



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Qvestiones Centvm Triginta super practica officij Inquisitionis eidem officio  
congruentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

Ritus combu-  
rendi statuas  
in hoc crimine  
ne quado coe-  
perit.

Quando caeperit haec laudabilis consuetudo combu-  
rendi statuas reorum absentium, qui ob contumaciam  
dantur in hoc crimine, incertum est mihi, credere  
tamen rem esse non valde antiqua; cum nec Eyme-  
ricus, qui diligentissimè cuncta ad praxim spectantia in  
hoc crimine complexus est, nec alij ex veteribus,  
qui de ordine procedendi contra hereticos scripserunt  
(quod ego legerim) huius consuetudinis meminerint:  
nec in codice illo Vaticano, nec in illo Illustrissimi  
Cardin. Sirey, ubi plurima sunt, etiam minutissima  
de ordine iudicandi, ac puniendi hereticos, aliquod  
reperitur huius consuetudinis vestigium: res tamè  
est valde laudabilis, & aptissima ad incutiendum ti-  
morem, & propterea omnino exercenda.

Atque hic est vnus casus, in quo statua eius qui  
damnatur pro hoc crimine, producit in publicam  
actionem, & curia seculari traditur. alios addo in-  
fra in hac 3. parte super q. 43.

Postremo illud est obseruandum, quod tamen si ab-  
sentis statua combusta sit, & ille postea vnus, siue  
spontè, siue vi comprehensus est, audiendus est tamè:  
nulla enim temporis praescriptione a causa defensione  
submoueri debet. l. annus. ff. de re iudic. reus, tradit.  
optimè Simancas de ca. ho. instit. tit. 2. nu. 20. & in

A Enchyrid. violat & religionis tit. 45. nu. 16. & si mi-  
sericordiam petierit, admittendus erit ad Ecclesia-  
gremium, nisi fuerit relapsus: acerbissime tamen puni-  
endus est propter contumaciam, quamquam tunc  
lenienda poenitentia erit, & rigori detrahendum:  
cum spori ad agnosendam culpam suam accesserit,  
aut impedimenta verisimiliter probauerit, quo mi-  
nus in tempore accedere potuerit.

Atque ex his remanent iudicio nostro satis decla-  
rata ea, quae pertinent ad ordinandos, & absoluendos  
quoslibet processus, qui fieri possunt aduersus quoscu-  
que huius criminis reos, viuentes tamen: nam qua ra-  
tione est processus sit ordinandus, qui contra mortuos  
cōcipitur in hoc crimine, quod morte non extinguitur,  
non docuit Emericus, idque propterea ut credo,  
quoniam ex dictis, ut difficulter poterat colligi: non  
eadè ferè (paucis tamè mutatis) sit series, & textu-  
ra. Caeterum ne quid in hac causa omissum esse videa-  
tur, & modum instituendi processum contra mortuos  
huius criminis reos, & formulas pronuntiandae sen-  
tentiae, damnandaeque defunctorum memoriae iuxta  
canonica instituta trademus copiose infra super q.  
43. ubi de potestate Inquisitorum procedendi contra  
defunctos disserit Emericus.

IN QVÆSTIONES CENTVM, ET TRIGINTA,  
super practica officij Inquisitionis obseruatio.



Aboluta praxi, non adhuc omnino fuit absoluendum opus. nam  
cum ingentes interdum difficultates in hoc negotio oriantur,  
quibus nondū erat satisfactū; ob id Emericus ne quid imper-  
fectum, aut parū explicatum reliquisse videretur in toto Inqui-  
sitionis negotio: nunc in fine huius operis centum triginta quaestio-  
nibus propositis vniuersas ferè difficultates, quae in titulis de hereticis continen-  
tur, declarat; pressius tamen, & obscurius interdum quàm fieri debuerit: sed  
nos nihil omittimus (nisi fallor) parum explicatum: & quamquam singu-  
lae ferè quaestiones tractatum integrum postularent, nihilominus maiori  
breuitate, quàm sit credibile, cuncta huc spectantia, complexi sumus.

QVÆSTIONES CENTVM  
TRIGINTA.

SUPER PRACTICA OFFICII INQUISITIONIS,  
eidem officio congruentes.

QVÆSTIO PRIMA.

De conditione Inquisitori.



PRIMA quaestio est: Inquisitor he-  
reticæ prauitatis, cuius debet esse  
conditio.

Respondemus, quod Inquisitor  
debet esse conuersatione honestus,

prudētia<sup>a</sup> circumspēctus, constantia firmus, sa-  
cra<sup>b</sup> doctrina fidei eminenter eruditus, & virtu-  
tibus circumfultus. Ita habetur supra parte 2. in  
litteris Urbani iij. & Clementis iij. ad Inquisi-  
tores generaliter: Prae cunctis. & infra. Prouidimus  
igitur ibidè ad presēs personas aliquas circūspe-  
ctas, p. tanto negotio deputari, quarū honesta cō-  
uersatio exēplum tribuat puritatis, & doctrinā  
fundat erudita labia salutarē, vt sacro ipsarū mini-  
strio



steno prefata partes ab huiusmodi contagijs ex-  
pugnetur. Et infra. quatenus in charitate Dei, ho-  
mouum timore postposito, virtutem Spiritus in-  
dantes ex alto, predictum officium, &c.

COMMENT. L.

**D**uo sunt genera iudicum in causa fidei, Ordi-  
narij, vt summus Romanus Pontifex, & Epi-  
scopi locorum, qui cum ordinantur, seu consecratur,  
inre diuino in hereticos accipiunt potestatem, & in  
iurisdictionem, vt optime scribit Conradus Brunus  
lib. 4. de heret. c. 1. Simancas de catho. instit. tit. 25.  
num. 3. & tit. 34. & Albericus tract. de agnos. as-  
sertio. q. 11. nu. 11.

Alij sunt iudices delegati, quibus a sede Apo-  
stolica hoc munus iudicandi hereticos in specie datum  
est, quos iura, Inquisitores, vocant: que appellatio  
vulgaris etiam facta est eum vulgus quoq; ita ap-  
pelleret. Emericus tum in hac, tum in sequentib. que-  
stionibus de his postremis potissimum loquitur, qua-  
nus de ceteris etiam agat, cum se offert occasio.

De his quidem inquisitorib. delegatis multa  
multi tradunt. Repertorium Inquisitorum, Locatus in  
opere iudiciali, Bernardus Comensis in Lucerna, &  
Tabienfis in summa, verbo, Inquisitor. Simancas de  
catho. instit. tit. 34. idem in enchyridio tit. 7. Ioan. Re-  
gas in singularibus fides, singulari 94. 95. & seq. &  
elegantur Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. &  
alii passim, qui cum de qualitate Inquisitorum disse-  
runt, quantum ad hunc Emerici locum illustranda  
spectat, eadem penitus tradunt; licet mutatis verbis:  
que tamen omnia hoc loco ab Emerico breuiter re-  
censentur, quibus adungetur Campegius apud Zanchi-  
mon tract. de heret. in prefatione verbo, circa.

Prudentia circumspectus. In omnibus iudici-  
bus prudentia virtus penitus requiritur, sed maxime  
desideratur in Inquisitoribus hereticæ prauitatis  
causis, plus in hac causa, que prudentiæ po-  
tius quam legum regulis debeant expediri. huc vero  
de prudentia Inquisitoris locum abunde tractat Si-  
mancas de catho. instit. tit. 34. nu. 10. quem video.

Sacra doctrina fidei eminenter eruditus. Vox  
Sacra, deest in Bononiensi & Sabellano, quam ha-  
bent Barcionensis & codex Cardinalis de Gabara.  
sed sine desit, sine adsit per doctrinam fidei vere &  
proprie theologiæ cognitionem accipere debemus: in  
ris prudentia enim non dicitur fidei doctrina.

Vnde videtur sentire Emericus, Inquisitores  
theologos potius quam iurisperitos esse eligendos: et ita  
plane cõtendit Melchior Canus theologus & ipse nõ  
vulgaris lib. 8. c. 7. de locis theologicis. vers. que cũ  
ita sint. & videtur etiam velle Conradus Brunus li.  
4. de heret. ca. 1. quibus fauet doctrina Illustissimi  
Cardinalis Caietani apud beatũ Thomã 2. 2. q. 185.  
art. 3. & Augustini de Ancona in summa de pote-  
state ecclesiastica q. 3. art. 5. afferentium omni ipe  
theologum iurisperitum, vt Episcopus fiat, esse prefe-  
rendum. manifestum est autem in hac causa animad-  
uertendi in hereticos, Inquisitores in locum Episcopi  
potius substitui: eligendi itaque videntur theologi.  
Quod si queras, an Inquisitor hereticæ prauitatis  
debeat necessario esse sacerdos, Respondetur quod nõ,

**A** licet contrariũ velit Franciscus Aretinus conf. 58.  
incipien. Diligenter nu. 6. nec. Restat igitur, nec. na-  
det ratio Aretini quia Inquisitor absoluit recem-  
tes, sed non in foro penitentia.

Simancas tamen de catho. inst. tit. 41. nu. 3. iurif-  
peritos esse eligendos relictis theologis cõtendit. nec  
desunt grauissimæ rationes pro vtraque parte, quas  
studio breuitatis consulto omitto.

Veruntamẽ hoc est certum, quod solus theologus  
aut solus iurisperitus non facile dirimet hanc licem,  
cum quisque causam suam tueatur, & pro se senten-  
tiam dicat.

Ego ita sentio, si fieri posset, is esset eligendus In-  
quisitor omnino, qui vtraque studia & theologia,  
& vtriusque iuris coluisset; sin minus, ritus cuius-  
vis prouincia obseruetur: tamen si enim maiori ex  
parte iri Italias inquisitores Apostolici delegati,  
theologi eligantur; non propterea causæ fidei tractã-  
tur in ipe, aut contra iuris regulas.

Hoc tamẽ esse debet exploratum, Inquisitores in  
primis diuinarum litterarum & sacrorum canonũ  
peritos esse debere, vt grauiet et vere docet Con-  
radus Brunus lib. 4. de heret. q. 1. & Campegius apud  
Zanchinum in prefatione, verbo, circa.

Illud adiungam, consultissimum mihi videri, vt  
illis ciuitatibus, in quibus duo sunt Inquisitores, unus  
eligatur probatissimus & doctissimus theologus  
alius constituantur iuriconsultissimus & canonon-  
peritissimus: graui enim sunt fidei negotia, & res,  
quas tractant, magna; & propterea per iudices in-  
tegrissimos & doctissimos esse peragenda.

QUESTIO. II.

De ætate Inquisitoris.

**S**ecunda questio est: Inquisitor cuius de-  
bet esse ætatis?

**D** Respondemus, quod quadraginta  
annorum sic, quod inceperit quadra-  
gesimum annum. Ita habetur in c. Nolentes. de  
heret. in clemen. vbi sic dicitur: Nolentes splen-  
dorem solitum negotij fidei per actus indiscretos  
& improbos quorumuis inquisitorum hereticæ  
prauitatis quasi tenebrosi fumi caligine obfusca-  
ri, hoc sacro concilio approbante, statuimus nul-  
lis ex nunc, nisi qui quadragesimum ætatis annũ  
attigerint, officium inquisitionis prædictæ com-  
mitti inquisitoribus. Hæc etiam ætas requiritur  
in inquisitorum commissarijs, vt dicit Ioan. And.  
in glo. super c. allegato.

Inquisitor  
theologus &  
iurisperitus  
simul eligen-  
dus.

Supra Pag.  
113

COMMENT. I. I.

**R**espondemus, quod quadraginta annorũ,  
&c. Atque in hac ætate nihil adhuc immu-  
tatum inuenio, licet in Commissarijs Inquisitorum  
triginta anni sufficiant, vt dicemus paulo post super  
quæst. 16.

Simancas de catho. instit. titu. 34. nume. 12. ge-  
nerali decreto Pontificis maximis constitutum di-  
cit, vt qui tricesimum annum attigerit, in Hispania  
Inquisitor esse possit. id decretum nondũ vidimus,

Inquisitorũ  
ætas, annorũ  
40.



nec scimus cuius Pontificis sit. & quamvis id in ea prouincia fiat, alibi ius commune omnino obseruandum censet; nam & experientia docet, in tam iuuenili etate non facile contingere tam acre adesse iudicium, & tantam prudentiam, quanta ad hoc grauissimum officium exercendum requiruntur.

Non tamen ambigo ex causa spectata persona probitate, doctrina & prudentia, super hac etate a iure communi requisita, dispensari posse.

Cur in Episcopo 30. anni sufficiant, non sic in Inquisitore.

Quod si quis quarat, cur in Episcopo, qui est Inquisitor ordinarius solum postuletur annis tricesimus. cum in cunctis. §. 1. de electio. in Inquisitore aut quadragesimus, causam docet Panor. in d. c. cū in cunctis. §. 1. nu. 6. dicens; Sed forte hoc contingit, quia promouendi in Episcopos transeunt cū magna Inquisitione: nam recipiuntur testes, & discutitur prius promotio in consistorio Papæ in collegio Cardinalium. Item quia promotus ad tā tam dignitatem presumitur ex omni parte idoneus, sed officium Inquisitionis nō committitur eum tāta indagatōe, & ideo voluerunt iurati, ut sit maturus a tate. hactenus Panormitanus.

Glossulemus in clem. nolentes. de heret. §. 1. verbo quadragesimum, dicebat hec esse de arbitrarijs: de quibus rationem reddere non cogimur, iuxta dictum iuris consulti in l. non omnium. ff. de legibus.

Ceterum hec 40. annorum etas Inquisitoribus statuta & requisita videri potest, vel quia hoc tempore solent prudentissimi esse homines, vt ait Dionysius lib. 2. Rom. antiquitat. vel quia eane potissimum viget mens & intellectus, vt ait Arist. lib. 7. politico. ca. 6. vel denique ob alias causas, quas grauius inquirat Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. sed vide Tabiēs in sum. verbo, Inquisitor. §. 1. & Locatū eodē verbo, n. 4. et Simācam de cath. inst. tit. 34. n. 1.

DE INSTITVTIONE Inquisitoris.

QVÆSTIO III.

De auctore potestatis Inquisitorum.

A Papa est Inquisitoris potestas,

**T**ertia quæstio est: Inquisitor a quo potestate habet, vt tale officium exequatur? Respondemus, q̄ a domino nostro Papa, qui interdum immediate Inquisitorem instituit oraculo viuæ vocis, & per suas litteras Apostolicas, vt fecit de multis: interdum cōmittit alicui domino Cardinali, seu eius Legato: regulariter tamen committit Magistro & Prioribus Prouincialibus Ordinis Prædicatorum; Generali ac Prouincialibus Ministris Ordinis Minorū, quatenus in partibus eis traditis, valeant de fratribus sui Ordinis de Inquisitoribus prouidere: ita habetur in eorū priuilegijs Apostolicis.

COMMENT. LII.

**R**espondemus, q̄ a domino nostro Papa. Et hoc est commune omnium decretū, Locatū in opere iudiciali, verbo, Inquisitor. nu. 5. Repertoriij Inquisitorum verbo, Inquisitor. S. item an Inquisito

res. & ceterorum. quod est apertissime definitum. Apostolico rescripto Clementis iij. incipiente: Catholica fidei. relato apud Eymericum supra par. 2. §. nam si prædicta sedes. quod refert iterum Eymericus paulo post in hac parte, q. 6.

b Regulariter tamen committit Magistro & Prioribus Prouincialibus, &c. Ratio vero potissimum, cur summi Pontifices tribuerint hanc potestatem eligendi Inquisitores Apostolicos Magistris Generalibus & Prouincialibus ordinis Prædicatorum, & Minorū, ea fuit, quoniam ipsi maiorē notitiā presuntur habere de Fratribus suis, & propterea facilius iudicant, qui sint magis idonei, vt tanto muneri præficiatur adde Syluestriū in simas, verbo, heresis 2. q. 1.

Multis vero Pontificum rescriptis constat de hac potestate Magistris Generalibus & Prouincialibus veriusque ordinis memorati concessa: Prædicatoribus quidem rescripto quodam Innocentiij iij. incipiente: Licet ex omnibus. quod est impressum in bullario litterarum Apostolicarū in fine huius operis. Itē alio Alexandri iij. quod incipit: Olim presentiens. quę nos authentica vidimus in Archiua Inquisitionis Bononiensis.

Minoribus vero eandem potestatem tribuit Clementes iv. rescripto incipien. Licet ex omnibus. & Alexander tr. rescripto item incipien. Licet ex omnibus. quorum, & multorum aliorum ad hæreticam prauitatem coercendam spectantium, authenticorū quidem eum pendunt i plumbeo, nobis copiam nuper humanissime fecit Illustrissimus & Reverendissimus Cardinalis Frater Felix † Perettus de Montealto vir piensissimus, & hæreticorū hostis accerrimus, quę suis locis sunt notata.

Hodie in tota Italia Apostolici Inquisitores nō eliguntur a Prelatis Ordinum prædictorū, sed a Reverendissimis Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus in vniuersa republica Christiana, qui diligenti inuestigatione facta eos eligunt. in Hispania etiam præses inquisitionis Inquisitores constituunt. Vide d. quæst. 9. c. 1. c. m. 16. fine.

QVÆSTIO IIII.

Inquisitor fit ne iudex ordinarius, an delegatus.



Varta quæstio est: Vtrum Inquisitor fit ordinarius vel delegatus?

Respondemus, quod non est ordinarius, sed delegatus domini nostri Papæ, quia nullam habet iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus, nec in causis, nisi vbi quæritur, & circa quos ei confert dominus noster Papa. vnde licet Episcopi vtantur potestate ordinaria in non exemptis, & delegata in exemptis, iuxta c. Ad abolendam. §. si qui vero. de heret. & c. Per hoc. §. siue autem ordinaria. de heret. lib. 6. Inquisitores tamen non ordinarij, sed semper delegata vtuntur, quia auctoritate Apostolica; ita habetur supra in secunda parte, in litteris Apostolicis prælati Urbani iij. & Clementis iij. Præ cunctis. & infra. Vt autem Inquisitionis officium contra hæreticos in præfatis partibus possit efficacius adimpleri: discretioni vestrae per



stra per Apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito, virtutem Spiritus induentes ex alto, praedictum officium in dictis partibus simul vel separatim, aut singulariter, prout negotij utilitas suadebit, ad extirpanda de ipsis partibus hereticam pravitatem sub spe mercedis eterne sic efficaciter prosequi, & exequi studeatis, ut per sollicitudinis vestrae prudentiam de partibus ipsis radix iniquitatis haeretica succidatur. Expressius habetur in c. Ne aliqui. de haeret. li. 6. ubi dicitur sic: Ne aliqui dubitationem sollicitam excitates, in dubium revocatis, an officium Inquisitionis haereticae pravitatis, sollicitudini vestrae infra certos limites ab Apostolica sede commissum expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit, &c. Ad idem in c. Multorum. in princip. de haere. in Clementinis.

COMMENT. LIII.

**V**trum Inquisitor sit ordinarius vel delegatus, *Arhidiaconus in c. ne aliqui. de haeret. lib. 6. in fine libenter admittit, Inquisitores haereticae pravitatis esse indices ordinarios, cum sint, inquit, a Principe ad universitatem causarum deputati. Ceterum sententia quam hic proficitur Eymennus, praevaluit, videlicet eos delegatos esse, eamque communi voto amplectantur, glossa singularis in Clement. nolentes, de here. verbo, ipsorum commissarij. Joannes. A. nd. Geminius, & ceteri communiter in dicto c. ne aliqui. de here. li. 6. Lepus allegatio ne 32. incip. An frater Minor. Federicus de Senio consi. 145. incipien. Joannes Episcopus nu. 1. Sylvesier in sum. verbo, haeresis 2. q. 1. Abbas in cap. causam matrimonij. nu. 7. de offic. delegati. Idem in c. p. n. de senten. & e. ind. Gondissilius tract. de haeret. quaest. 23. nu. 6. Alciatus, qui haec dicit communi opinionem in rubrica de offic. ord. nom. 19. Simancas de cath. insti. tit. 3. m. 13. Locatus verbo, Inquisitor nu. 5. & sequen. Berardus Comensis in Lucerna verbo, Inquisitor. §. 16. Joannes Rotas in singularibus fidei 44. & 97. & alij quos libenter in re manifesta omitto.*

*Illud tamen observatione dignum est, quod tamen Inquisitores non sint dati ad universitatem causarum, quo fit ut non dicantur ordinarij, sed sint dati ad specialem haeresis causam tractandam: sunt tamen dati ad universitatem personarum, cum in hac causa favore fidei adversus omnes personas (paucis quibusdam exceptis, de quibus suo loco dicemus) procedere possint. ita & vere Geminius in d. c. ne aliqui. de here. li. 6. atque ex hoc capite efficitur, ut parum ab ordinarijs distare videantur.*

*Quia nullam habent iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus, nec in causis, &c. Haec est probatio illius axiomatis, videlicet, Inquisitores non esse indices ordinarios, sed delegatos, quia nullam, inquit auctor, habet iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus, &c. quae verba ita sunt accipienda ac si dixissent eos non habere universalem iurisdictionem, ita ut adversus omnes personas pra-*

*ter committentes in fidem inquirat, & de omnibus delictis praeter haeresim cognoscant, & de omnibus causis praeter eas, quae ad fidem spectant, intromittant: quoniam hoc ordinarium est, & potestas Inquisitorum haec habet qualitatem annexam, ut non nisi ad quae negotium tangunt, fidei pertingat.*

QUESTIO. V.

De comparatione Episcopi, & Inquisitoris.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus, & inquisitor pares sunt, cum potestate delegata procedunt.
- 2 Citatus ab eis pro temporibus diversis debet utriusque parere.
- 3 Si vero pro eadem hora citetur, utri maluerit, obediat.
- 4 Inquisitor maior est Episcopo potestate ordinaria procedente.
- 5 Quare coram illo potius comparere debet citatus, & cet.
- 6 Ordinarius processum inquisitoris nequit pro-



**C**irca quaestio est: Vtrum Inquisitor sit maior Episcopo ordinario in officio Inquisitionis, ad quod ipse inquisitor est delegatus.

Respondemus, quod Episcopi, & praelati, ut dictum est supra, q. proxima, & patet c. Per hoc. extra de haeret. lib. 6. Quandoque procedunt contra hereticos, suspectos, seu diffamatos auctoritate delegata, quandoque auctoritate ordinaria.

1 Quando procedunt auctoritate delegata, pro ut faciunt semper ipsi inquisitores, tunc pares sunt: quia & isti & illi ab eodem, & ad idem delegati sunt. Unde quando Episcopus, & inquisitor procedunt contra aliquem exceptum, pares sunt; & unus maior alio non est, nec impedire eum potest. arg. 2. i. dist. Inferior.

2 Quare si Episcopus, & inquisitor eum citent, unus pro die una, & alius pro die alia, seu pro eadem die, sed unus pro hora Tertiarum, & alius pro hora Vesperorum, tenetur coram utroque; humiliter comparere: quia uterque potest eum citare, iuxta c. Multorum. de haeret. in Clem.

3 Vbi autem quilibet eorum eundem talem citet pro eadem die, & hora, sed ad loca diversa, in quibus non potest in simul esse, compareat coram illo, de quo placuerit, & liberatus est de rigore iuris. Si tamen compareret hora assignata coram uno, & coram alio alia hora etiam non assignata, protestando quod comparuit etiam coram alio, & non potuit coram utroque; pro hora eadem comparere; putarem quod prudenter ageret, si suspensionem, pro qua citatur, aliquantulum purgaret: licet ad huiusmodi minime teneretur.

4 Si autem Episcopi, & praelati procedant auctoritate ordinaria, seu Inquisitor semper procedat auctoritate delegata, certe maior est Inquisitor

tor



tor Episcopo; quia delegatus est: omnis enim delegatus in officio sibi commissio maior est quocumque ordinario, iuxta illud de officio, & potestate iudicis delegati. c. Sane.

Sed quid si Episcopus, & Inquisitor eundem citent, ille potestate ordinaria, iste delegata, comparebit ne coram utroque? utique, si citent pro diuersis temporibus, sic distinctis, ut citatus possit coram quolibet comparere; nam quilibet potest etiam vnus sine alio: ut in c. Multorum. de hær. in Clem.

Sed ponatur, quod quilibet eundem citet de fide responsurum pro eadem die, & hora, sed ad diuersa loca, siue ad tales terminos, & citatus non potest commode coram utroque in assignato termino comparere: reuera cum Inquisitor sit delegatus domini nostri Pape, ut in c. Ne aliqui. de hær. li. 6. quia aliud officium sibi non competit: auctoritatem habet illius, a quo delegatus est, ut not. 2. q. 6. Si Episcopus, & vices eius gerit, ac locum eius obtinet. 97. dist. c. vlt. Ad idem 97. dist. Nobilissimus, & de offic. iudic. deleg. Sane. Propter quod citatus, deserto Episcopi iudicio, comparebit coram Inquisitore. ff. de re iudi. Contra pupillum. ad maius enim tribunal vocatus est, & ab eodem preuentus est postquam pro eodem termino, & ad eundem terminum, ad diuersa loca citatus est: quia Inquisitor maior est: & ideo coram eo comparere debet. Nec obest si primo ab Ordinario citatus est, quia inquisitor maior est: & ideo coram eo comparere debet. 1. 1. q. 3. Qui resistit. & ff. de iudi. Contra pupillum.

Ordinarius  
processum in  
inquisitoris non  
potest prohibere.

Sed nonne potest ordinarius processum inquisitoris prohibere; Non: quia minor est, & minor in maiorem nullum habet iudicium, vel imperium, nec potestatem; immo nec in par. 2. 1. dist. Inferior. ff. ad Trebel. ille a quo, & potius est obediendum maiori potestati, quam minori. 1. 1. q. 3. Qui resistit. de his Archidiaconus in cap. Per hoc. de hær. li. 6. Et Guido Fulcodius postmodum Clemens iiii. in q. 1. illam quindecim, quas fecit ad Inquisitores hærenca prauitatis.

#### COMMENT. LIIII.

EX tota questionis huius serie colliguntur quatuor potissimum axiomata.

Primum est: Episcopus & inquisitor procedere possunt auctoritate delegata, & tunc pares sunt.

Alterum est: Cum Episcopus procedit auctoritate ordinaria, & inquisitor auctoritate delegata, tunc inquisitor est maior. ibi: Si autem Episcopi, & Prelati.

Tertium est: Si Episcopus, & inquisitor citant eundem, ut coram ipsis se sistat, responsurus de fide, citatus coram utroque debet comparere, si diuersa sint citationis tempora; & si eadem, compareat coram inquisitore. ibi: Sed quid si Episcopus, quod procedit etiam si prius sit ab Episcopo citatus.

Ultimum est: Episcopus non potest impedire processum inquisitoris.

Inquisitor  
aut maior  
Episcopo in  
causa fidei.

Præcipua huius questionis conclusio est, inquisitorem velut summi Pontificis delegatum, in causa hæresis maiorem esse Episcopo. hanc assertionem probat textus præcipuus in c. sane. lo. 2. de officio de

gati. concordat textus in c. Studuisti. de officio legati. textus in l. si. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio. & in l. si pretor. eo. tit. atq; ut vno verbo dicam, hæc est communis opinio. nec placet hic, quia breuitati studio, recensere varias interpretum contemplationes, que non tam utiles sunt, quam subtiles: eas in scholis disputandas libenter omitto.

Vbi autem quilibet eorum eundem talem citet, &c. Citationem ab Ordinario, & inquisitore eodem tempore debere comparere coram inquisitore, cum is sit maior, optime probant relata per Panormitanum in c. significasti. nume. 5. de officio delegati. & in c. finali. nu. 10. de consuetud. et in repetitione c. si quis contra. nu. 22. de foro compet. & in c. pro illorum. nu. 15. de preben. & in c. sane. nu. 3. & 8. de officio delegati. nam cum delegatus representet vices summi Pontificis in causa sibi specialiter commissâ, ei velut Pontifici summo relicto omni alio iudice, obtemperandum est. Immo amplius addit Auctor repertorij inquisitorum verbo, delegatus. §. delegatus representat. Ordinarium etiam eius mandato obedire debere; quoniam delegatus non modo summi Pontificis vices gerit, sed etiam eius locum tenet. c. si quis Episcopus. 2. q. 6. et c. vltimo. dist. 93.

Quantum ad hanc assertionem attinet, com probat latissime Carverius tract. de hær. nu. 71. vers. citantibus tamen ambobus. & Joannes Roias in singularibus fidei, singula. 49. & Guido Fulcodius, quem hic citat Emericus in fine questionis, in consultationibus ad inquisitores. q. 1. quod etiam tenet Lapus allegatione 32. incipi. An frater Minor. multa vero ad hæc questionem spectantia tradit Campegius apud Zanchinum, confuse tamē satis ac sine ordine, ita ut vix sepe intelligas quid velit.

Num autem huiusmodi prelationis, seu superioritatis privilegium, quod competit inquisitoribus supra Episcopos, conueniat etiam inquisitorum Commissariis, & gratis est questio, nec vulgaris, nec inuolans, aut infruigifera, que a me breuiter est hoc loco declaranda ex sententia Bartoli in l. filius. ff. delegationibus, quem ceteri, quos mox referam, vno consensu laudant & sequuntur.

Observandum est ergo duo esse genera vicariorum. Quidam enim sunt vicarij constituti ab ipsomet iudice inferiore, siue ordinario, siue delegato, qui succedunt, cum ipse iubet, in locum suum: quidam vero sunt constituti ab ipsa vniuersitate, siue a principe, qui sepe consuevit eligere magistratum aliquem, & amplius in locum eius mortui, vel absētis constituit vicarium.

Si de primo vicariorum genere sit sermo, illi non gaudent ea immunitate, & privilegijs, quibus fruuntur illi quorum sunt vicarij, dicta l. filius. & l. uicarius. ff. de legatio. & si de posterioribus vicarijs a principe constitutis sermo habeatur, illi proculdubio gaudent illis privilegijs, quibus utuntur illi quorum sunt vicarij. l. si. C. ut dignit. ordo seruet. li. 12. l. 2. c. de officio eius qui uices alterius gerit. & hanc Bartoli sententiam sequuntur cōmuni voto magne auctoritatis doctores Alexander in Rub. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. nu. 14. & sequ. Romanus singulari 367. incipien. Bartholus in l. filius. Abbas, & Decius in c. sane 2. de officio delegati. Abbas, & Felinus in c. mandata. de presumpt. Felinus



nis in Rub. de maiorat. & obediens Inson in l. 1. r. n. 7. ff. de officio eius. Ludouicus Gomez qui alios in h. sic sententia est ab in §. fuerat. in iur. de actio. Aretinus in §. cum autem. in iur. quibus modis ius pat. potest. fol. Inson in l. sed si hoc. ff. de in ius vocando. Cuius concordat etiam Baldus in l. aliquando. ff. de officio procon. & Cardinalis Florentinus in clem. 1. in 6. oppositio. de officio vicarij, per illum textum cum glossa in verbo sacerdotium. vbi dixit de consuetudine obseruari, vt distincte vice-rector gaudeat immunitate rectoris.

Quare in proposito nostro, si vicarius aut commissarius Inquisitoris ab ipso et Inquisitore fuerit constitutus, nec ordinario preferretur, nec indistincte omnibus alijs privilegijs gaudebit, quibus fruetur Inquisitor: quod si vicarius nominatum auctoritate Apostolica sit constitutus, ille & gaudebit privilegijs Inquisitoris, et ordinario preferretur, eis modis quos in hac quaestione tradidit Emericus, na. quauis subdelegatus sit, non est tamē su. delegatus a delegato, sed ab ipso principe, propterea par erit vtriusq; privilegium. & hanc sententiam veram puto, qua videtur quidamq; iudicare rescripta potestatis, vt obseruauit supra par. 2. super c. fraternitatis, §. in hac prohibito. p. videtur, quauis in casu de quo ibi videtur aliter sentire. hoc ipsum etiam tenere videtur Locatus in opere iudiciali verbo inquisitor. n. 7. per in contrariū est. Sed an ita tenent nec ne, parū refert. b. Et Guido Fulcodius, postmodum Clemens 11. i. [Guidonis autem huius verba ex duobus illis vetustis codicibus, de quibus alibi diximus, ita habent; Item constat q. delegatus in commisso sibi negotio maior est quolibet ordinario, vt extra de offic. & potesta. iud. deleg. sane, pone ergo citatur aliquis ab Inquisitoribus, nemo eerte dicit q. possit ordinarius prohibere processum, q. inferior est, vt dixi, & minor in maiorem nullū habet imperium, quinimo nec in parem, argumēto 2. dist. inferior. ff. ad Trebel. l. alle a quo. §. tempus iur. m. & potius obediendum est maiori potestati quā minori. 1. i. q. 3. qui resistit, quid igitur faciet ordinarius si illum citas, qui videtur ab Inquisitoribus non recte agere, quia citatus est coram maiore. ff. de in ius vocando. l. 2. §. si. ut si ponas, quod primo eum citauerat ordinarius, adhuc dico q. deserto eius iudicio debet venire corā Inquisitoribus, si eum citent. ff. de re indicata. contra pupillum. §. vltimo. & 1. i. q. 2. qui resistit. & ita nullus est effectus ordinarij processus, siue prauentus, siue prauentus ab Inquisitoribus. hactenus ille.

QVÆSTIO. VI.

Inquisitor à Pralatis ordinis sui institutus, cuius sit delegatus.

Extra quaestio est: Vtrum Inquisitor, qui est institutus ab ordine suo auctoritate Apostolica, sit delegatus tantum domini nostri Papae, vel etiam Magistri ordinis, seu Prioris

ris Praeualis, vel Ministri Generalis, seu Praeualis, qui eum instituit.

Respondemus, quod tantum domini nostri Papae, & non alterius. licet. n. dominus noster Papa commiserit praedictis ordinum Praedicatorum & Minorum praelatis, quatenus personam eligerent, nullam tamen sic eligentibus contulit potestatem. Ita habetur supra in secunda parte in litteris Apostolicis Clementis iij. & Urbani iij. directis Praedicatorum & Minorum Inquisitoribus, in quibus dicitur sic: Catholicae fidei negotium, & infra. Na. si praedicta sedes interdum praelatis aliquibus vestrorum ordinum, per suas sub certa forma committat litteras, vt ad exercendum Inquisitionis officium contra haereticam prauitatem, aliquos suorum ordinum Fratres assumere valeat, ipsosque eum expedire viderent, amouere, ac alios subrogare: non tamen per hoc quod ipsis ea dumtaxat de causa in hac parte committitur: quia de Fratrum suorum ordinum idoneitate, plenius habere notitiam praesumatur, aliqua eis super huiusmodi Inquisitionis negotio vobis immediate, à praedicta sede commissio & committendo, facultas, vel iurisdictione attribuitur, seu potestas.

Supra pag. 365.

COMMENT. LV.

Quo ad hanc quaestionem spectat, facile intelligitur ex his quae tradidimus supra super q. 2. huius partis. cum Emerico sentiunt Repertorium inquisitorum, verbo Inquisitores. §. item an inquisitores. Lucerna inquisit. eodem verbo, §. 1. & alij. Certissima est autem haec Emerici doctrina, inquisitores enim haereticae prauitatis a quoquoq; eliguntur, seu nominantur, semper sunt Papae delegati, & ab eo accipiunt iurisdictionem & potestatem, illi vero quibus hoc Romanus Pontifex committit, solent à Papa ministerium eligendi seu nominandi Inquisitores, ita praecitari & perire, conferunt tradita per Lapu allegatione 32. incipi. An frater Minor.

DE DESTITVTIONE Inquisitoris.

QVÆSTIO VII.

An defuncto Romano Pontifice expiret Inquisitoris potestas.

Prima quaestio est: Vtrum defuncto Romano Pontifice, qui Inquisitor est institutus, statim expiret potestas Inquisitoris ab eodem defuncto Romano Pontifice institutus: Respondemus quod non, sed manet etiam quo ad negotia non incepta. Ita habetur in c. Ne aliqui de haere. li. 6. vbi dicitur sic: Ne aliqui dubitatione sollicitate excitates, in dubio reuocet, an officium inquisitionis haereticae prauitatis sollicitudini vestrae intra certos limites ab Apostolica sede commissum, expiret per morte Romani Pontificis, qui commisit; praesenti declaramus edicto,

Supra pag. 106.

per mortem Romani Pontificis non expirat inquisitionis potestas.



edicto, ipsum officium non solum quo ad negotia viuente mandatore incepta, immo etiam quo ad integra, & non cepta, & (quod plus est) quantum ad ea, quae tunc nequaquam emerferant in fauorem fidei, post committentis obitum perdurare.

## COMMENT. LVI.

**E**X hac questione simul & ex textu quem auctor citat, duo colliguntur axiomata: Primum est: Inquisitorum officium morte concedentis non expirare.

Alterum est: eorum officium extendi ad negotia nondum cepta, & de nouo exorta, cum madator, sicut licet Romanus Pontifex moritur.

Primumque axioma fauore fidei est inductum, et maximam habet aequitatem: de quibus agunt communiter Doctores in c. ne aliqui. de haeret. lib. 6. & hic citat Emericus. & Nicolaus Arelatanus tracta. de haeret. notabili 4. Ioannes Roias tract. de heret. p. 2. num. 436. idem in singularibus fidei, singulari. & 115. incipi. iurisdic. de cath. inslit. tit. 34. num. 14.

Verum Geminianus in dicto c. ne aliqui. de haeret. li. 6. num. 4. vers. quid si isti Inquisitores, tunc dicebat more Pontificis non expirare officium inquisitorum, quando immediate a summo Romano Pontifice essent creati, secus si a Cardinalibus, Episcopis, seu Magistris ordinum Generalibus, Provincialibus, aut quibusvis alijs: quam sententiam persuadere conatur ex illis verbis in dicto cap. ne aliqui. Ab Apostolica Sede commissum: quasi aliud sit sentiendum, cum ab alijs: quam a Romano Pontifice inquisitoribus est officium commissum. Sed huius sententia tamquam falsa merito ab alijs explosa est: quoniam a quocumque eligantur inquisitores, semper ab Apostolica Sede habent auctoritatem, ut questione 3. & 6. huius partis apertissime docuit Emericus, & alij a nobis super eis locis citatis, quod est certo certius: nec debuit haec ignorasse Geminianus.

Geminiani sententia reiecta.

Ioannis And. & Arelatani opinio reiecta.

Ad hoc, Nicolaus Arelatanus in dicto notabili 4. nu. 3. secutus Ioannem And. in dicto c. ne aliqui. de haeret. lib. 6. vers. in glossa 1. in fine primum axioma dicebat verum esse, cum inquisitor simpliciter erat datus: secus autem si in privilegio poneretur huiusmodi clausa: Ad beneplacitum Romani Pontificis: Nam tunc, inquit, mortuo Papa expiraret inquisitoris officium, cum voluntas Papae delegantis & concedentis per mortem expirauerit, per textum in c. si gratiose. de rescriptis lib. 6.

Sed ut verum fatear, hoc etiam in hac causa falsum est, ut alibi copiose ostendimus. & summa haec est: quocumque modo sit inquisitor constitutus, siue ad beneplacitum Sedis Apostolicae, siue ad beneplacitum Romani Pontificis, non expirat eius officium morte delegatis, donec aut expresse, & nominatim fuerit reuocatus: aut nisi in litteris creationis contrarium caueretur, & hoc propter singularem fidei fauorem, ne incidamus in aliquem casum, in quo, aut in hereticos non inquiratur, aut eorum puniatio omittatur, seu differatur, neque ab hac sententia puto recedendum, & ex his remanet declarata haec questio.

### An defuncto praelato instituyente Inquisitorem, experiet potestas Inquisitoris.

**Q**uaestio est: Vtrum defuncto promotore, seu attho Magistro Provinciali, seu Ministro, qui inquisitor est instituit auctoritate Apostolica, seu etiam Cardinali, vel Legato, expiret potestas Inquisitoris taliter instituti?

Respondemus quod non: nam (ut dictum est supra statim q. 6.) talibus fuit data potestas personam eligendi, sed non auctoritatem, nec potestatem aliquam, sic electis conferendi: Vnde potestatem habent Inquisitores a domino nostro Papa immediate, & eius funguntur auctoritate, non ab alio quocumque. Et etiam quoniam si defuncto Romano Pontifice, qui Inquisitorem instituit, & ei officium commisit, non expirat potestas inquisitoris, ut dictum est statim supra q. 7. & habetur in c. Ne aliqui. de haeret. li. 6. quanto minus expirabit defuncto Magistro, vel Ministro, qui auctoritate, non sua, sed Apostolica persona electi, & nulla electa persona potestatem contulit.

## COMMENT. LVII.

**N**ulla sup hac questione occurrit notatu digna difficultas. rectissime autem argumetur hoc loco Emericus, quoniam si defuncto Papa, a quo habet auctoritatem, iurisdictionem & potestatem, non expirat inquisitorum potestas, ut dictum est in questione proxime praecedenti, multo minus expirauit defuncto praelato, qui solum habebat ministerium eligendi seu nominandi.

An autem inquisitor durante officio possit ab inferiore a Papa promoueri ad aliquod aliud officium seu dignitatem, questio est, nec huius loci, nec nostrae breuitatis, vide Lapum allegatione 32. incipien. An Frater Minor.

## QUESTIO IX.

### A quo possit inquisitor ab officio remoueri.

**Q**uaestio est: Vtrum solus dominus noster Papa, possit inquisitorem ab officio remouere?

Respondemus quod dominus noster Papa, & et alius a Papa, quia Magister Provincialis, & Minister Generalis, vel Provincialis, & Vicarius Provincialis possunt, auctoritate tamen Apostolica, Inquisitores suorum ordinum ab officio remouere. Ita habetur in privilegijs ordinis Praedicatorum, quae incipiunt, Virtute conspicuos. & infra dicitur sic: illos vero ipsius ordinis Fratres, qui ad praedicandum crucem, vel inquirendum contra haereticam prauitatem, seu ad alia huiusmodi negotia sunt, vel fuerunt ubi cumque a sede Apostolica deputati: Tu filii Magister, inique successores remouere, ac reuocare, penit.



penitus transferre, ipsiſq; q̄ ſuperſedeant iniū- gere, alioſque ſubſtituere, cum expedire videri- tis, licite, ac libere valeatis: & in eo ſi contra ven- nerint, ceſuram eccleſiaſticam exercere: ac qui- libet Prior Prouincialis, vel eius Vicarius eiſdē ordinis in ſua Prouincia, citra Fratres ipſius ordi- nis, quibus ab eadem ſede familia cōtingeret in illa committi, facere poſſit.

COMMENT. LVIIII.

**C**irca remouendos Inquiſitores tria potiffimū ſunt tractanda. Primum, quis poſſit eos remo- uere, de quo in hac quaſtione diſſeritur: Alterum, quibus ex cauſis poſſint remoueri, quo tractatur q. 10. & 12. Tertium eſt, quis poſſit remouere Inqui- ſitoris Commiſſarios ſeu Vicarios, de quo agitur q. 17. De duobus poſtremis ſuis locis dicetur: nūc de primo videamus.

Optimo conſilio hac tractat Eymericus. nam cū remouere Inquiſitorem a tanto officio, et dignitate ſit valde odioſum, iure dubitatur à quo poſſit remo- ueri. & plane niſi auctoritate Pōriſſicā cautum eſ- ſet, vt Magiſtri Generales, & Prouinciales, aut alij quibus id ius datum eſt, poſſent eos remouere, ſolus id Papa facere poſſet.

Quantum vero attinet ad hoc priuilegium, quod hoc loco citat Eymericus, cuius initium eſt: Virtute conſpicuos, id nobis nondum contingit videre, nec circumfertur in impreſſis ordinis Fratrum Pre- dicatorum priuilegijs: ſunt tamen alia, quæ nos vi- dimus in inquiſitione Bononię eiusdem roboris Innocentijs III. quod incipit: Licet ex omnibus, ſit aliud eiſdem, quod incipit: Odore ſuaui. Quod etiam ipſum cōtinetur in priuilegijs Clemētis III. & Alexandri III. miſſis ad Magiſtrum Prouin- cialem ordinis Minorū, quæ habuimus ex bibliothe- ca Illuſtriſſimi Felicijs Peretti Cardinalis de Mō- te alto, quo loco in eo reſcripto quod incipit, Licet ex omnibus, hæc ſunt verba: Si vero quemquam eorundem Inquiſitorū, ex cauſa videris aliquan- do amouendum, alium illo amoto ſubſtituas pari potestate functurū, quoties id faciendū, delibera- tione cū diſcretis Fratrib. præhabita, tibi vel Vi- cario tuo te abſente, viſū fuerit expedire. hæc ibi egerorū reſcriptorum de hac re eadē eſt ſententia.

Atq; hæc quidem ante EymERICI tempora, poſt EymERICUM vero annis ferme ceterum, SIXTUS III. anno Domini MCCCCLXIX. idē renouauit in bul- la aurea incipiente: Sane Prædicatorum, & Mi- norum. & ſi in aliquo, quæ habetur in libro pri- uilegiorum ordinis Prædicatorum fol. 163. pag. 2.

Propterea autem, vt credo, his prælatis data eſt facultas remouendi Inquiſitores: quoniam facilius ipſi intelligunt quando remouere expediat, cū ſuos quiſque cognoſcant Fratres, & cuiusque notas ha- beat vires, & an ſufficiant ad tantum officij exer- cendum: hæc enim non tam facile intelligeret ſupre- mus Pontifex. verum non temere ac pro libero vo- luntatis arbitrio remouere poſſunt Inquiſitores, ſed ex cauſa, vt paulo poſt aperiam.

Hodie nulla ſunt horum prælatorum partes in remouendis Inquiſitoribus, nam Reuerendiſſ. Domi- ni Cardinales Inquiſitores Generales in vniuerſa repub. Chriſtiana, ex cauſa, re maturè cognita (vt

A decet) Inquiſitores remouent, mutant, ac de vno, cum expediat, ad alium locum transferunt. *rel. r. p. c. 596. com. 12. fac.*

QVÆSTIO X.

An Inquiſitores ex mera prælato- rum ſuorum voluntate remo- ueri putant.



Ecima quaſtio eſt: Vtrum præſiden- tes ordinum Prædicatorum, & Mi- norum poſſint Inquiſitores ſuorū ordinum ab officio remouere vo- luntate libera abſq; cauſa legitima

atque iuſta?

Reſpondemus, q̄ non mera & libera volun- tate, ſed exigente cauſa rationabili, legitima, at- que iuſta. Ita habetur ſupra quaſt. proxima, in clauſula priuilegiorum prædicatorum ordinis al- legata, vbi dicitur ſic: Tu fili Magiſter, cuiq; ſue ceſſores remouere, ac reuocare, penitusq; tranſ- ferre, ipſiſque quod ſuperſedeat iniungere, alioſ que ſubſtituere, cū expedire videritis, licite & li- berè valeatis. In hoc, quod dicit: cum expedire videritis: iudicium dicit & iuſtitiam, & non volun- tate merā. Et in c. Nolentes, de hære. in Cle- men. loquendo de Inquiſitoribus & Commiſſa- rijs pecunias extorquentib. committitur præla- tis eorum, & dicitur ſic: Qui equidem prælati In- quiſitores & Commiſſarios prædictos, reos inde repertos, ab officijs amouere, & amotos alios pu- nire debite, ſeu corrigere teneantur. Videant ta- mē prælati glo. Ioannis And. Pauli, & Gézelli- ni, quid eſt pecunias extorquere: nam penas pe- cuniarias applicandas officio non prohibet, ſed illicitas exactiones, vt videbitur in fra quaſt. 104.

Relat. ſupra pag. 113.

De penis pe- cuniarijs.

COMMENT. LVIII.

**N**unc proſequitur ſecundum caput, eorum triū, que ſuperiori quaſt. circa remouendos Inquiſi- tores diximus eſſe conſideranda.

Secundum autem caput eſt: ex quibus cauſis poſ- ſint Inquiſitores remoueri: & in hac quaſtione Eymericus ſolum in genere docet non poſſe remoueri Inquiſitores, niſi ex cauſa iuſta, rationabili, ſed le- gitima; quod apertiffime indicant verba reſcripti à nobis citati in ſuperiori commentario.

Quæ autem ſint cauſæ legitime, & rationi con- ſentaneæ ad remouendos Inquiſitores, explicabitur à nobis in fra ſuper q. 12. Eymericus vero ſubtiliter hoc loco ex illius reſcripti à ſe citati verbis, cū ex- pedire videritis, docet cauſas hæc iuſtas, & equas eſſe debere: nam hæc verba: cum expedire, equita- tem, & iuſtitiam continent. c. non ſolum, de re- gula, lib. 6. notat Archidiaconus in cap. cum expedi- diat, de electio. li. 6. tradit Albericus in l. 1. §. 1. ff. de aqua quotidiana & æſtina.

Rurſus hæc verba: cum vilum fuerit expedi- re: important arbitriū boni viri, vt pulchre tradit Decius conſil. 493. nu. 17. vt vel hinc colligas, quæ vere, & ſecundum legum decreta Eymericus ſem- per loquatur.

Inquiſitores non niſi ex cauſa iuſta remouendi.

Quid ſignifi- cent hæc ver- ba, cum expe- dire videbi- tur.

Hanc



Hanc quaestionem habes etiam apud Locatum in opere iudiciali verbo, Inquisitor. S. Inquisitor non tantum nu. 3. adde Campegium apud Zanchinum tract. de here. in praefatione.

Q V A E S T I O. XI.

Mandari ne possit Inquisitoribus à suis praelatis, vt superfedeant ab executione officij.

**V**ndecima questio est: Vtrum praelati Ordinum Praedicatorum, possint mandare Inquisitoribus suorum Ordinū, superfedere quo ad certos articulos, certae personae, seu eos suspendere, ne suum officium exequantur?

R. elae. supra p. 130.

Respondemus, q. olim sic, per clausulam privilegiorum ordinum praedicatorū in qua st. duabus supra proximis allegatam, vbi dicitur sic: Ipsi quoque superfedeant, in iungere, & cetera. Hodie tamē nō, & bene: & hoc patet sū pra in secula parte, in Privilegio Alexandrini iij. Clementis iij. & Urbani iij. directo Inquisitoribus Praedicatorum, & Minorū, vbi dicitur sic: Catholicę fidei, & infra: Etti forsā Magister, & Minister Generales, alijq; Priores, & Prouinciales, ac custodiae, seu Guardiani aliquorū locorum vestrorum Ordinū, praetextu quorumcumq; privilegiorū, seu indulgentiarum eiusdem sedis, dictis Ordinibus concessorum, aut concedendorū in posterum, vobis vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quocummodo praeeperint, vt ad tempus vel quo ad certos articulos, certae personae in negotio superfedeatis eodem: Nos vobis vniuersis, & singulis auctoritate Apostolica districtiue inhibemus, ne ipsi obedire in hac parte, vel intendere quomodo libet praesumat: Nos enim privilegia, sed indulgentias huiusmodi (quantum ad hunc articulum) tenore praesentium reuocantes, omnes excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas proflus decernimus, & inanes.

COMMENT. LX.

**R**eservat hęc Eymerci doctrinam Locatus in opere iudiciali verbo, Inquisitor. S. nota quod nu. 39. Ioannes Rojas tract. de heret. p. 2. nu. 418. & Campegium apud Zanchinum c. 31.

Hoc autem privilegium, vt praelatis suorū ordinum non teneatur obedire Inquisitores in spectantibus ad suum officium: fauore fidei ipsis tributū est. nam cum Romani Pontifices sacrum Inquisitionis officium ab omni impedimento liberum, et immune constituere sapienter, & religiose decreuerint, vniū que ac praecipuum impedimentum nasci potuerit à praelatis religionum, si cum Regulares Inquisitores creantur, suis praelatis obedire in suo officio tenerentur, propterea prudentissima ratione cautum fuit, vt ab eorum quo ad hoc iurisdictione eximerentur: nec praelati ordinum super Inquisitionis negotio vl-

lam habent potestatem; immo vero tamquam impeditores sancti officij acriter possent coerceri, iuxta qualitatem impedimenti, si quid eorum committerent, quae in hac quaestione recensentur, ac prohibetur illis ne faciant.

Et profecto ob eandem causam tollendorum scilicet omnium impedimentorum Pontifices summi omni aetate ac tempore varij privilegij, & praesidij sanctum Inquisitionis officium munire studuerunt, vt ex multis constitutionibus in eius fauorem editis, manifeste constat.

Q V A E S T I O XII.

An inquisitores teneatur reddere rationem praelatis ordinis de spectantibus ad officium suum.

S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitores subduntur praelatis ordinis in concernentibus religionem suam.
- 2 Non autē in ijs quae sunt officij Inquisitionis.
- 3 Ab Inquisitore ad praelatos ordinis nō potest appellari.
- 4 Diluuntur obiecta quaedam contra praefata.
- 5 Quae sint causa legitima remouēdi Inquisitorē.



**D**odecima quaestio est: Vtrum praelati ordinū Praedicatorum possint mandare Inquisitoribus suorū ordinū, quatenus eis, seu Capitulo Generali, vel Prouinciali reddat rationē

de his, quae spectant ad eorum officium Inquisitionis prauitatis?

Respondemus q. non: Inquisitores enim, & sunt religiosi, & sunt domini nostri Papae delegati, iuxta c. Ne aliqui. de here. lib. 6. In quantum sunt religiosi suis praesidentibus, ac domino nostro Papae sunt subditi, vnde quo ad ea quae concernunt suam religionem subiecti sunt domino Papae, & etiam praesidentibus suae religionis: & ideo si Inquisitores committunt contra vota, seu regulam, aut alias obseruantias regulares, & denuntiantur, & interrogantur, & inquirunt, tenentur veritatem dicere de his, & de alijs etiam concernentibus religionē, vt si inquiratur quid, vbi, & quantum habent, & similia, tenentur praesidentibus eorum inquirentibus reddere rationē extra de stat. mon. c. Cum ad monasterium.

In quantum vero ipsi Inquisitores sunt domini nostri Papae, & nullius alterius delegati, vt in c. Ne aliqui. de here. li. 6. soli domino nostro Papae sunt subiecti, vnde quo ad ea, quae concernunt ipsam delegationem, seu delegationis officium, in nullo subdunt eorum praesidentibus, sed solā soli domino Papae.

Et ideo si ipse Inquisitor indebite aliquē verax captū pro haereti, uel ipsi capto videretur, talis non posset appellare ad praesidentē illius religionis, sed tantum ad dominum nostrum Papam, nec Inquisitor praesidenti suae religionis pe-



anti vt sibi respondeat de citationibus, captioni- bus, processibus, abiurationibus, ac sententijs per eum latis, & alijs ad suum officium pertinentib. tenetur ei in aliquo obtemperare, sed soli domino, nostro cuius immediate gerit vices. Quis enim sana mentis diceret, quod visitator, seu vicarius Magistri Ordinis Prædicatorum, seu Ministri Generalis Minorum, ad aliquam prouinciam visitanda destinatus, teneretur reddere rationem eorum quæ reperit atque concernunt suam vicariatum, seu visitationem, alteri præfidenti illius religionis, nisi soli Magistro, vel Ministro; qui eum ad huiusmodi destinauit? Et certe si aliquis alius à Magistro, seu Ministro ei mandaret, & ille obtemperaret, vterque ignoranter ageret, & dignus pena foret, quanto magis si præfidentes ordinum Prædicatorum madarent Inquisitoribus suorum ordinum, quatenus eis de con- cementibus illorum officium redderent ratione, & illi obtemperarent, & isti & illi agerent vt ignorantes, ac digni pena, tanquam viurpantes iurisdictionem domini nostri Papæ haberentur?

4 Et si dicatur, aliquando sic factum est, respondetur, quod male factum est, & contra ius factum est, & non est curandum quid factum est, sed quid fiendum est. Nam quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi. Nec ad consequentiam est trahendum, si illi, qui hoc fecerunt, magis fuerunt, quia à iure cõmuni exorbitauerunt: quæ autem à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda, extra de reg. iur. Nec etiam obuiat supradictis, quod in c. Nolentes. de heret. in clem. mandatur præfatis Inquisitorum, quod si eos reos reperiant, modis scilicet illicitis pecunias extorquendo, quod eos deponat, & depositos puniat: hoc autem (vide nar.) requirit præuiam inquisitionem, in qua si interrogetur Inquisitor, teneatur super huiusmodi respondere: Nã dicitur quod hoc factum est ad correctionem Inquisitoris, & ista est sola culpa vna in qua conceditur præfatis deponere. Inquisitorum in c. allegato. à particulari, aut ad vniuersalem, consequentia est nulla. Et etiam quia modis licitis pecunias extorquere, non est actus officij Inquisitoris, immo est contra officium Inquisitoris: quia à Papa in c. allegato Nolentes. est eis interdictum. Et si tenetur Inquisitor præfatis suo requirenti, an modis illicitis à talibus extorserit pecunias respondere, non tamen sequitur quod teneatur de alijs quibuscunq; respondere, vt pro te, quos processus fecit, si contra talem processus, & quid talis testificatus fuerit, & similia. Nec valet si dicatur, quod iuxta privilegia ordinum prædicatorum, Magistri & Priores Prouinciales, ac Ministri Generales, & Prouinciales possunt Inquisitores suorum ordinum remouere seu reuocare, cum eis visum fuerit expedire, quod denotat dictorum præfidentium non meram voluntatem, sed causam rationabilem sic exigente; quod requirit iudicium præuium & Inquisitione. Nã verum existit quod eos possunt reuocare, cum viderint expedire, & non libera voluntate.

Expedit autem videtur, inquisitorem ab of-

ficio remouere, cum eum præfidentes facti euidenter ad laborandum viderint impotentem, infirmitate, senectute, & q. deterius est, ignorantia: seu alijs, cum facti euidenter ad laborandum viderint eum negligentem, & tunc ante debent eum sollicitare, & ad diligentiam excitare. Quod si tempore congruo expectatus noluerit vacare, possunt eum licite reuocare, vel si euidenter eis constiterit, quod pecunias extorserit modis illicitis, vitio digeste quid est de iure, & secundum glo. c. Nolentes. alleg. modis illicitis pecunias extorquere. His modis & similibus expedit Inquisitores per dominum nostrum Papam, ac per eorum præfidentes ab officio reuocare.

B Sed quod ipsi eorum præfidentes inquirant eum eisdem, contra quos, & qualitate processerunt, qui & quæ testificati fuerunt, & similia directe officij contingentes, nequaquam tenentur eorum præfidentibus in & super his inquirere; respondere, quia subiecti eis in huiusmodi non existunt, sed tantummodo domino nostro Papæ, in quibus auctoritate eius agunt, ac vices eius gerunt, vt not. 2. q. 6. Si Episcopus. & locum eius obtinet. 93. dist. c. vt. quare maiores in officio eis tradito ordinum præfidentibus sunt, vt in c. Sanc. de offic. iudic. deleg. Minor autem in maiorem non habet imperium, immo neque in parem. argu. 2. 1. dist. Inferior. & ff. ad Trebel. Ille à quo. quare in his obedire Inquisitores talibus præfidentibus non debent, sed Papæ, qui potius est obediendum maiori potestati quam minori. 1. 1. quas. 3. Qui resistit.

COMMENT. LXI.

Totam hanc EymERICI disputationem transiit Locatus in suum opus iudiciale verbo, Inquisitor. §. reddere autem rationem. nu. 40. retulit etiam, seu breuius, Campegius apud Zanobinum, c. 3. 1. vers. secundum quod ad superiores attinet. meminuit eiusdem privilegij, de quo hic differitur, 10. ad nos Rojas tract. de heret. par. 2. nu. 418. tota per se est facilis, nec fere indiget interpretationis lumine: verum more nostro insigniora illustrabimus.

a A particulari autem ad vniuersale consequentia est nulla. Axioma est Aristotelis li. 1. Prior. Anal. c. 7. dicentis, in nulla syllogismorum figura ex sumptionibus particularibus, siue sint aie res siue negantes, effici necessariam conclusionem.

b Expedire autem videtur Inquisitorem ab officio remouere, cum eum præfidentes, &c.] Hæc disputatio de causis, quibus remoueri possunt Inquisitores, propria erat questionis decimæ. sed quoniam occasio non inepta oblata hoc loco fuit, ad hanc disputationem habendam, propterea res hic ab Eymérico tractata persequitur autem tunc breuiter, tum diligenter singulas remotionis causas: sunt vero in genere tres, impotentia, negligentia, iniquitas dolus se fraudis prætextu officij commissæ, de quibus suo ordine dicam.

Ac de causis quid remouendi indices singularis extat constitutio in l. si quos. c. de offic. præfati præfati.

Causæ amouendi inquisitorem.

Num. 4.

Num. 5.

Causæ ex quibus possunt Inquisitores remoueri.



prato. Orient. in hac verba: Si quos iudices vel ppter aduersam & longinquam corporis valetudinem: vel propter negligentiam, aut futurum vel simile aliquod vitium sublimitas tua inuitiles esse reperit: his ab administratione remotis, & vice eorum alijs subrogatis, furibusque penis legitimis subactis, ad nostram mansuetudinis scientiam, non criminata, sed vindicta referatur. hac ibi. Sed ad Eymericum reuertor.

Ob quam infirmitate possit Inquisitor remoueri.

Sub impotentia ad exercendum officium Inquisitionis contra hereticos ponit & recte, infirmitatem, senectutem, ignorantiam, siue imperitiam: quauis enim quod ait hic, Eymericus de imperitia Inquisitionis non sit in Barchinonensi impresso, nec in Bononiensi, nec in codice Cardinalis de Gambarara, in Sabellano tamen recte ponitur, vt paulo post aperiam.

Sed iam percurramus singula, de infirmitate distinguendum est: nam quae admodum est temporalis, alia vero perpetua. ob temporariam, siue transuentem infirmitatem non est Inquisitor remouendus; nam tunc ipsemet Inquisitor infirmitate durate, potest sibi vicarium, seu commissarium instituire, cui conferat plenam vicem, sicut, quod inue fieri posse alibi documentum: nam cum sit principis delegatus, iob in ista causam potest subdelegare. infirmitatem vero & absentiam iudicis delegati, iustas esse subdelegandi causas explorari iuris est. l. 1. vbi communitur Doctoris. ff. de officio eius cui mand. est iurisdic. vbi vero liberatus fuerit a morbo, poterit ad se subdelegatam iurisdictionem reuocare, vt optime docet Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor, §. 2. cuius sententiam veram esse aduersus Panormitanum in c. venerabili. nu. 6. notabili. 9. de officio delegati. & Locatum in opere iudiciali verbo, Inquisitor. nu. 9. copiose alibi probauit.

Quod si infirmitas, aut perpetua sit, aut talis ut Inquisitorem vel omnino impediat, aut certe inopertentem reddat, tunc remouendus erit. argumento textus in l. morbus fonticus. vbi glossa & Doctores. ff. de verb. signifi. Et eorum quae docet sanctus Thomas 2. 2. q. 71. art. 3.

De senectute idem sentiendum arbitror, vt morbo comparetur, iuxta illud Terentianum: Senectus ipsa morbus est. & ideo de senibus etiam distinguendum arbitror. Quidam enim sunt, adeo senio confecti, vt nec memoriam valeant nec iudicio; qui quauis fuerint prudentissimi, interdum tamen vel deliberrant, vel non sunt eorum consilia tuta ob rationis & iudicij imbecillitatem, de quibus vere accipitur illud: Vis pueri senes. & hi iuste, immo necessaria remoueri debent.

Inquisitores quando ob senectutem possint remoueri.

Sunt alij consistentes, & mente & iudicio validi, & ob multam aetatem, & rerum experientiam, multa prudentia decorantur: & hi non modo remoueri non debent, verum in officio sunt confirmandi; quamuis illi id tractare recusent, hi enim ad regendum & gubernandum aptissimi sunt, vt grauiter & vere docuit Aristoteles li. 7. politicorum, & beatus Hieronymus Epistola quadam ad Nepotianum, tradit optime Archiepiscopus in cap. tanta distinctio. 86.

Iam qui dicantur senes, docet Speculator titu. de reffe. §. nunc tractemus. versicu. sed quos vocat

senes. & Felinus in c. quoniam. extra, vt lite non contest.

Quod vero ad imperitiam spectat, exploratissimum est ob eam posse Inquisitores amoueri. si enim non sunt quales docuit Eymericus paulo ante quest. 1. velut inepti reijci debent. & generaliter quidem cautum est, iudices omnes peritos esse oportere: imperitos vero remouendos. in aut be. de iudicibus. §. 1. consensit textus in c. ex litteris. §. ceterum. de eo sanguinit. & affinit. cuius verba sunt, Ceterum tua prudentiam volumus non latere, quod non sunt causa matrimonij tractanda per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habent iudicandi & statuta canonum non ignorent. hactenus ibi. Quod multo magis obseruari debet in causis fidei, quae causis matrimonij preponderant. facit textus in §. 1. in istit. de officio iud.

Debent autem Inquisitores, si fieri potest, theologia, iuris canonici, & ciuilibus periti esse: nam & peritorum nomine hos intelligimus, vt docet Ioannes And. in c. vt commissi. de heret. lib. 6. quod si eliguntur, vt sepe contingit, non plene intelliguntur, ac deinde oportet eos diligentissimos esse in cognoscendis omnibus his, sine quibus vix possunt suo muneri satisfacere; & nisi ita faciant, non dubito, quin grauissime peccent.

Nunc vero huic incommodo satis occurrere poterunt Inquisitores, cum in vno hoc Directorij volumine demum illis quidquid ad eorum officium secure exercendum attinet, nam quod non est apud Eymericum tractatum, in nostris hisce exiguis laboribus videbunt fortassis non male explicatum.

De negligentia, nulla dubitatio est, quin ea causam prebeat Inquisitorem remouendam, cum generaliter, quilibet prelati iurisdictionem habentes possint ob negligentiam circa officium suum remoueri, c. si qui Episcopi. 1. q. 1. Glossa, Hostiensis, & communiter Doctores in c. excommunicamus 1. §. vlt. de heret. & negligentia dolo equiparatur. Specialit. de ressit. in integrum §. 1. versu. vt autem iam quanto tempore inducatur et quomodo probetur negligentia, tradit Bart. in tract. de resibus, & Felinus in c. si autem. de rescript. nu. 3.

Monebo hic, vt Inquisitores in hac fidei causa negligentiam omnino euitent: quoniam etsi in omnibus iudicibus negligentiam circa officium suum graue peccatum sit; in Inquisitoribus tamen ingenitum est scelus, & non caret sanctorum hereticorum suspitione, iuxta tradita per Eymericum par. 2. q. 53. n. 1. hinc grauis, imo olim poena statuta sunt in Episcopos negligentes procedere aduersus hereticos, vt accurate docet Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 1. & tradit textus in cap. excommunicamus 1. §. vlt.

Generaliter autem etiam appello negligentem, qui aut non exercet, aut debito tempore non exercit, quae ad munus suum spectant. itaque non modo dico negligentem eum, qui non procedit contra hereticos, verum etiam illum, qui non debito tempore procedit, vt si procedat quando capi non possunt, aut quando iam hereses doctuerunt, cum potuerit, si diligenter egisset, hinc incommoda praecandere. & de ne-



de negligentia Inquisitorum extra textum in clem. haret. §. verum quia. vers. quod si odij.

Denique ob iniquitatem possunt etiam remoueri inquisitores, de qua loquitur hic Emericus num. 5. dum ait. vel si euidenter eis constiterit, quod pecunias extorserit modis illicitis. sub iniquitate ergo pono cum auctore primum auaritiam, & extortionem illicitam pecuniarum sacri officij prae textu. per textum in clem. 2. §. 1. de haret. & facit textus in l. illicitas. ff. de officio praesid. & in c. in tantum. & in c. audimus. de sim. tradit Bernardus Comensis in lucerna verbo, inquisitor. §. 10. & Franciscus Squillacensis tract. de fide cath. c. 53.

Nomine vero pecuniarum (vt obiter id dicam) hoc loco non solum intelligimus pecuniam numeratam aut casam, sed rem etiam quamcumque pretio est immobilis, vt ait optime Zabarella in dicta clem. 2. de haret. quod apertissime docet Hermogenianus in l. pecuniae nomine. ff. de verb. signi. Pecuniae nomen non solum numerata pecunia, sed omnes res tam soli quam mobiles, & tam corpora quam continentur. haec ille.

Rursum sub iniquitate colloco prauitatem, qua imponunt alicui crimen, vel suspicionem haereticis. de qua in clem. 1. §. verum quia. de haret. traditque Bernardus Comensis in lucerna verbo, inquisitor. §. 9. & alij communiter tum ibi, tum alijs locis.

Alijs quoque modis possunt per iniquitatem inquisitores in grauissimo & integerrimo tribunali delinquere, quos singulatim tradere non est artis. atque vt tandem finiam, nullae sunt causae ob quas possunt inquisitores remoueri, quae ad haec tria generalia capita non referantur.

Quod si queras a quo puniri debeant inquisitores, cum in causa sancti officij deliquerint, respondebo iure cautum esse in clem. 2. de haret. §. qui eandem vt a suis praelatis puniatur in hęc verba. Qui equidem praelati, inquisitores & commissarios praedictos reos inde repertos ab officijs amouere, et amotos alios punire debite seu corrigere teneantur. haec ibi.

Ceterum hodie sicut nec Praelati ordinum cōstituti, aut destituunt seu remouent Apostolicos inquisitores, vt supra q. 9. dictum est, ita nec eos puniunt, sed ea res ad Cardinales inquisitores generales in vniuersa republica Christiana delata est, ipsi enim culpabiles puniunt.

In Hispania praeses inquisitionis (quem Maiorē inquisitorem vocamus) inquisitores delinquentes coerec, quod iure videtur posse facere per textum in dicta clem. 2. de haret. quem paulo ante retulimus, & refert Emericus supra q. 10. huius partis. nibi hominis diplomate quodam Leonis V. Pontificis maximi id ei expressius indultum est.

Quibus tamen minime obstantibus quotiens domino Papae visum fuit ad Rom. curiam liberē potest quoslibet inquisitores quorūcumque regnorū vocare, & punire: cum sit omnium iudex, et inquisitores ab eo sint delegati, & ad eum spectet eorum causas delictaque cognoscere & coercere. quod si alij de eis cognoscant, id ex potestate à Papa contingit, quam quotiescumque voluerit, & auferre poterit, & ad se negotium auocare.

A Ex quibus sit consequens, minus decenter & vere Joannem Roian tract. de haret. par. 2. tit. de priuilegijs inquisitorum, nu. 417. vers. itē inquisitores. dixisse, inquisitores non posse ad Rom. curiam citari; id enim absolute & simpliciter falsum est. Equidem non possunt inquisitores à quibusuis iudicibus, & pro quibusuis sicut alij quilibet ad Romanā curiam euocari, & à Romano Pontifice velut proprio & immediato iudice, & possunt quidē citari, & debent ipsi (nisi rebelles haberi velint) & obedire & cōparere, nullis, indultis aut priuilegijs obstantibus quorum ope nullo pacto à Romani Pontificis iurisdictione eximi possunt.

Citari possunt inquisitores ad Romanam curiam.

B Postremo cum de puniendis inquisitoribus in causa sancti officij delinquentibus agitur, id obseruandum censeo quod beatus Thomas admebat 2. 2. q. 70. art. ad 3. argum. edisserens de coerendis Cardinalibus Rom. Ecclesiae, vt scilicet caueatur ne ex condemnatione, aut punitione alicuius eorum derogetur in opinione hominum dignitati & auctoritati sancti officij sacrosanctae & inquisitionis, quod est periculosius, quam impunitum relinquere aliquem peccatorem: nisi tale esset delictum vnde scandalū oriatur, ac propterea non esset impunitum relinquentium: cum enim inquisitores Apostolici multis ac praesertim sceleratis hominibus sint formidabiles & inuisi, si facile ac publice punirentur, non difficile eorum delicta à populo stulto & insana plebe in odium & dedecus sancti officij traherentur. itaq; cū necessitas punire inquisitores cogit, caute id fieri debet, ne in superiora incommoda prolabamur.

Caute sunt puniendi inquisitores.

C Et quod deterius est, ignorantia. Hęc verba in solo codice Illustriss. Cardinalis Sabelli reperiebatur, quae nullo pacto visa sunt omittenda, et satis est verisimile haec scripsisse Emericum, vt prioribus praecipua consentanea tradat. cum enim supra q. 1. huius partis dixerit, inquisitorē dēre esse eminenter eruditū, consequitur eum propter ignorantiam, seu imperitiā remoueri posse, vt paulo antea diximus.

N

DE INSTITVTIONE Commissarij Inquisitoris.

QVÆSTIO XIII.

An Inquisitor possit instituire sibi Vicarium.



Terriadecima quæstio est: Vtrū inquisitor possit sibi Vicariū seu Commissarium auctoritate Apostolica instituire?

Respondemus q̄ sic: quia delegatus est domini nostri Papae, vt dictum est supra in hac par. 3. q. 4. & patet in c. Ne aliqui. de hareticis lib. 6. Delegatus autem potest subdelegare. C. de iudicijs. l. a iudice. & extra de offi. iudic. deleg. c. Super questionū. Possunt igitur Inquisitores subdelegare, & commissarios seu vicarios facere vel instituire, & hoc supponitur in capi. Multorum. de hareticis in clem. §. verum. vbi dicitur sic: Verum. & in fra: Episcopo & inquisitori praedictis, ac alijs ad

Relat. supra pag. 111.

M m dicti



dicti executionem officij substituendis ab eis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis aeternæ præcipimus, &c. & supra eo. c. s. porto. & eo. tit. in c. Nolentes. §. & tā ipsorum: ubi dicitur sic: Et tā ipsorum quā Episcoporum, seu capitulorum sede vacante, super hoc deputatis cōmillarijs quibuscumque, districtius iniungentes, &c. & infra: Notarij vero, & officiales dicti officij, nec non Fratres & socij Inquisitorum, & commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut commissarios, &c.

## COMMENT. LXII.

**N**on ineptè hanc quæstionem proposuit Emericus: quia olim & initio cōstituitur delegatus inquisitionis, & pauco post tempore dubitatum fuit, An inquisitores possent sibi vicarios, seu commissarios constituere. hodie tamen hæc res omni dubitatione caret, non modo per canones in hac quæstione ab Emerico citatos; verum et ob sequentiā Pontificam rescripta: in primis vero per bullā Pij II. incipientem: Cū iam dudum missam ad Gabrielem de Barchinona inquisitorem Bononiensem, quā vidimus in Archiepiscopi inquisitionis Bononiensis. & per Bullā Clementis VII. missam ad Paulum Butigelam, quæ incipit: Cū sicut, ubi ita scriptum extat: Decernimus insuper, ut vestros vicarios siue cōmissarios instituere valeatis; viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo atatis trigentesimum annum attigerint. hæc ibi. Refertur in libro privilegiorum ord. Prædicat. fol. 201. pag. 2. & in bullario literarū Apostolicarum pro officio inquisitionis in fine huius operis.

Quod si plura hæc spectata videre cupis, ea tradunt Decius in ca. cum causam. de appella. notabili 4. Antonius Butrius, Panormitanus, & ceteri in c. super quæstionem. §. si verus, de officio deleg. Bonifacius Vitallinus in clem. 2. de here. nu. 80. & seq. Godissalvus tract. de here. q. 7. nu. 12. Zanchinus de here. c. 30. & ibi Campogius. Repertorium inquisitorum verbo, commissio. Ioan. Roias in singu. fidei, sing. 97. Bernar. Cōmissis in lucerna verbo, inquisitor. §. 2. Simacas de cath. inst. tit. 34. nu. 29. & alij, ex quibus intelliges & delegatum posse subdelegare, & inquisitorem plenarie posse committere vices suas: quod & verum est, & sequenti commentarij fusius ostendemus.

## QUESTIO. XIII.

An vicarij Inquisitoris ab ipso solo institui possint, & non ab eius prælati.



Varta decima quæstio est: Vtrum solus Inquisitor possit in officio sibi tradito vicarios seu commissarios instituere; vel et magistri et Prouinciales Ordinis Prædicatorum, Ministri Generales & Prouinciales Ordinis Minorum illud possint?

**R**espondemus, quod solus potest inquisitor, & non dictorum ordinum præfidentes: quia præfidentibus nulla attribuitur potestas, seu iurisdictione prauitatis hereticæ officium exequendi: sed tantum attribuitur eis ministerijs inquisitorum personas eligendi, quia præsumitur, eos habere suorum fratrum notitiam pleniorē, ut dictum est supra par. ista. q. 10. Quare ipsi inquisitores, & non dictorum ordinum, præfidentes, sunt in dicto inquisitionis officio delegati, & consequenter ipsi inquisitores solum possunt sibi commissarios substituere, & subdelegare.

## COMMENT. LXIII.

**P**ræticam creandi Vicarios seu Commissarios luculenter ostēderat Emericus supra in principio huius 3. partis nu. 39. & multis sequentibus, at ex illis non liquebat huius difficultatis solutio, & propterea hoc etiam fuit declarandum. Unica vero conclusio re absoluit, videlicet à solis Inquisitoribus, non ab eorum prælati, de quibus hic, posse creari commissarios seu vicarios. rō quæ vitur auctoritate est et certa, nec indiget amplius declaratione nra.

Hanc quoque quæstionem Locatus transulit in suum opus iudiciale, verborum Vicarius.

Inquisitor non modo vnū aut alterū, sed plures interdum Vicarios aut Commissarios sibi constituere potest, cum eius diæcesis seu prouincia late pateat, ac multa in ea ciuitates continentur. nam cum tunc inquisitor singulis per se interesse non possit, necesse est Commissarios in eis constituere.

Creabit vero in singulis vnū commissarium, virum prudentem, doctum, Christianum veterem, pium, & negotio aptum atque idoneum, sui vel alterius ordinis religiosum, aut clericū, & cularem, verbi gratia aliquem in ecclesia principali eius ciuitatis in dignitate constitutum, aut canonicum, quem proculdubio credat negotia fidei diligenter & iuxta canonicas sanctiones esse curaturū, iā qualis esse debeat inquisitoris Commissarius paulo post docet auctor q. 16.

## QUESTIO. XV.

An Inquisitor vices suas alij plene committere valeat.

## SUMMARIUM.

- 1 Inquisitor vices suas alij plene committere potest.
- 2 Vicarius inquisitoris nō potest Vicariū substituere.
- 3 Quoniam sibi reseruare cōsueverunt inquisitores.
- 4 Et cōmuni & priuato iure licet inquisitori plenarie committere vices suas.



Vintadecima quæstio est: Vtrum Inquisitor Vicario suo seu commissario, plenarie committere vices suas? Respondemus quod sic; Nam inquisitor (ut dictum est supra par. ista. q. 13.) est delegatus domini nostri Papæ, ut patet in c. Ne aliquis de her. li. 6. Et ois delegatus potest subdelegare, et alteri plenarie committere vices suas, ut extra de officio iudic.



indis. deleg. Super questionum. Non tamen sic plenarie, sicut Inquisitor potest Commissariu in suuere, quod ipse comisarius possit etiam alium commissarium substituere: nam subdelegatus non potest subdelegare.

Potest igitur inquisitor commissarium instituere, & eidem committere, ut possit delatos vel suspectos citare, testes examinare, reos condemnare, & generaliter eidem committere plenarie vires suas.

Sed licet possit, attendat tamen quibus eommittit: nam in pluribus non sunt ita experti sicut inquisitores, nec ita reuerentur, nec timetur; & ideo non committitur eis regulariter condemnatio relapsorum, nec impenitentium: immo etiam raro quod possint tententias diffinitivas ferre, nisi prius consultato inquisitore, cuius est processus etiam suorum commissariorum, quadam decencia defendere.

Sed si inquisitor potest de iure communi ut delegatus, commissarijs suis committere plenarie vires suas, cur non de iure priuato: ut in priuilegijs Urbani, Innocentij, Alexandri & Clementis summorum Pontificum ad inquisitores. Et in c. Ve commissi. de heret. lib. 6. conceditur eis de inquisitoribus, quatenus possint committere citationes, testium examinationes, & sententiarum denuntiationes. Respondet Io. And. quod propter preedictam decretalem, ut commissi olim dubitabatur a nonnullis, an inquisitor hoc possit: sed hodie non est dubium, quia est expressum in c. Multorum. §. verum, & in c. Nolentes. §. inquisitoribus. & §. Notarij, de heret. in Clem. vbi. expresse committitur inquisitoribus substituere & commissarios ponere. not. de hoc Io. And. in c. Nolentes allegato.

COMMENT. LXIII.

Ex hac questione dua potissimum colliguntur assertiones.

Prima est: inquisitores Vicarijs seu Commissarijs a se institutis plene committere possunt vires suas.

Altera est: Commissarius tamen cum plena potestate institutus, non potest sibi alium Commissarium substituere.

Quantum ad primam assertionem attinet, ea ab u de docuit Emericus paulo antea in hac 3. par. tit. De forma instituti Vicarium speciale. nu. 37.

& dixi ibi. eamque ostendunt etiam illi, quos citauimus paulo ante super q. 15. §. quod si plura. quibus adde Locatiu in opere iudiciali verbo, inquisitor, n. 4.

Non tamen sic plenarie, &c. Hec est secunda assertio, quam probat Emericus dicens, subdelegatum non posse subdelegare.

Hec tamen ratio valde est controuersa et anceps inter Doctores: nam Raphael Fulgosius in l. more maiorum. ff. de iurisdic. om. iud. quem videtur laudare Iason in l. a iudice. C. de iudic. subdelegatu posse iteru subdelegare ex multis contendit, cuius plane rationes non sunt fortassis debiles, nec contemnendae, quos apud ipsos videto. neque. n. instituti nostri est scholastico more singula discutere, sed summa-

A. tim certiora tradere.

Panormitanus tamen in c. cum Bertholdus. nu. 25. extra de senten. & re iudi. hac difficultatem distinctione tollebat. horum tamen sententias conuinciora & veriosimiliora secuti libenter omittimus.

Communis enim opinio est, delegatum principis, qualis est Inquisitor, subdelegando, non posse dare facultatem subdelegato suo seu Vicario, ut iterum ille subdeleget. ita glossa singularis in c. super questionu. §. porro. verbo, transfert. de officio iud. delegati, & gl. in c. cu causa. verbo, delegatus. de appellat. Archidiaconus in c. quans. & Io. And. in c. is cui. de offi. dele. li. 6. Alexander in d. l. a iudice. C. de iud. q. ipsu sequitur ex ipse Albericus in l. more maioru. ff. de iurisdic. om. iud. & Panormitanus in c. super questionu. §. si vero. nu. 2. de officio iud. deleg.

Probari potest hec sententia, quam hic sequitur Emericus viuis quidem nec obscuris rationibus. prima est Io. And. praecitato loco: quoniam si delegatus posset suo vicario aut subdelegato concedere facultate subdelegandi, progressus esset in infinitum, nam & subdelegatus subdelegati id etiam posset, cum nulla diuersitatis ratio afferri commode possit aut probabilis. progressus vero infinitus vicari leges iubent. l. si de commissu. §. si quis. ff. de legat. 3.

Altera ratio & vera esse potest: quoniam delegatus potestatem quam habet subdelegandi, a lege habet, quod est velut personale priuilegium, quod cu personam, cui tribuitur, sequatur, in alterum transferri non potest, & cu persona extinguitur. c. priuilegium. de reg. iuris li. 6. notat Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de iucapio. et glossa in c. quam sit, de electi. li. 6. ex quibus fit perspicuum, doctrinam Emerici hoc loco securam & sanam esse, & commentibus interpretum votis miri quare Commissarius non potest sibi alium substituere commissarium.

Quam aut facultatem possit Inquisitor concedere suis commissarijs, copiose explicatu est supra in hac 3. parte nu. 37. super tit. de institutione Vicarij seu Commissarij.

QUESTIO XVI.

De etate & conditionibus Vicarij Inquisitoris.

Extadecima questio est: Inquisitoris Vicarius seu Commissarius cuius debet esse conditionis, & praesertim aetatis?

Respondemus, quod debet esse vir litteratus, constans, & firmus, multum circumspectus, fideique zelator feruidus, ut literatura, atque scientia sciat discernere inter lepram & lepram, haeresim & haeresim, catholicam veritate & haereticam prauitatem, ut constanter aduersitates & labores toleret pariter, nec trepidet, sed constanter & viriliter negotia fidei exequatur, ut circumspetione sit prouidus, atque prudens, & sciat prouidere quomodo & qualiter sit agendu & ut fidei zelo & seruore sit deuotus, ac sub spe mercedis aeternae negotia fidei deuotius exequatur.

M m 2 Quan-

Vicarius inquisitoris non potest alium Vicarium & bi creare.

D

E

ratio

plura

Quibus

ebat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat

probat



Quantum vero est de aetate, non est in iure expressum de ipso commissario, quamvis de Inquisitore quod debet attingere quadagesimum annum, in c. Nolentes. de hare. in Clem. glos. ta men Jo. And. ibi habet, q. idem de commissario putat, sed si ipse putat, non sequitur, quod alij putent, nec quod ita sit, cum iure non sit cautum.

## COMMENT. LXV.

**Q**uales esse debeant Inquisitorij Vicarij.

**D**va sunt partes, vna est de qualitate commissarii, altera de eius aetate.

Quantum ad primam attinent, eadem sermo dicit Emericus de qualitate Vicarij Inquisitoris, q. supra ques. i. de ipsomet Inquisitione tradiderat, nec immerito: nam eum subrogatum seu substitutum debeat sapere naturam eius in cuius locum subrogatur, l. parabolani. C. de Episco. & cleri. eandem qualitates, quibus decoratur inquisitor, debent eius commissarium illustrare.

Quantum vero est de aetate, &c. De aetate commissariorum, ut vere scribit hoc loco Emericus, in re nihil cautum nominatim ostenditur: & quidem annos quadraginta natum esse debere Inquisitorem volebant. quam opinionem, quamvis non refellat auctoritas, non tamen videtur approbare, ac satis tuto di ei poterat pauciores annos natum constitui olim potuisse, cum regulariter, nec omnia, nec maxime ardua fidei notitia inquisitorum Vicario demandari.

Triginta anni sufficiunt in Vicarij Inquisitorij.

Verum tamen hodie hec controuersia sublata est per rescriptum Clementis VII. quod incipit: Cum licet. §. decernimus. quo loco & commissariorum qualitas, & eorundem triginta annorum aetas licet rescripto prescribitur. eius rescripti verba relata sunt a nobis paula antea super q. 13. vbi videto.

## QVÆSTIO XVII.

## De destitutione commissarij Inquisitoris.

## S V M M A R I V M.

- 1 Vicarij inquisitoris amouere non possunt Prælati ordinis.
- 2 Electio personæ inquisitoris cur sit Prælati commissaria.
- 3 Verba canonis non sunt in pœnalibus extendenda.
- 4 Locus à maiore non habet semper locum in iure.
- 5 Vicarios et Notarios Inquisitorum mutare non licet Prælati.
- 6 Quales se præstare debeant Prælati erga inquisitores.



Decima septima quaestio est: Vtrum Inquisitoris Vicarium seu commissarium, possint Magistri seu Priores Provinciales ordinis Prædicatorum, vel Ministri Generales seu Provinciales ordinis Minorum, infra eorum ordinem amouere?

**A** Respondemus, quod non: Nam eius est destituere, cuius est instituere: & omnis res p. quascumque causas nascitur, per eandem dissoluitur. extra de reg. iur. Magistrorum autem, Priorum, Provincialium, seu Ministrorum, non est Vicarium seu Commissarium Inquisitoris instituere, sed solius Inquisitoris, ut patet supra hac parte 3. q. 14. vbi de hoc quaeritur: Igitur nec illorum prædicatorum, sed solius Inquisitoris est Vicarium suum destituere. Et ultra: Delegati. n. est subdelegare: & illius solius in officio, ad quod est delegatus. C. de iudic. A iudice, & extra de off. iud. dele. Super questionum. Inquisitor autem domini nostri Papæ est delegatus, ut patet in c. Ne aliqui. de her. li. 6. & non Magistrorum, nec Ministrorum, nec Priorum, ut patuit supra par. 3. q. 7. vbi de hoc quaeritur: Igitur Inquisitoris solius est Vicarium subdelegare, & subdelegatum tenere, & à subdelegatione, cum ei videbitur, reuocare.

**B** Et Amplius: Licet enim Magistrorum, Ministrorum, & Priorum Provincialium sit potestas Inquisitoris eligere, ut patet in eorum privilegijs & indulgijs, hoc ideo fit, quia plenior notitiam de idoneitate suorum Fratrum videntur habere, quam dominus noster Papa: & ideo commisit eisdem personam eligere, ut de hac causa patet in privilegijs Inquisitorum Urbani III. & Romani Clem. III. Cartholicae fidei. & patuit supra hac par. 3. q. 11. Nullam tamen potestatem seu iurisdictionem super dicto inquisitionis officio tribuit prædictis antedictis, ut patet expresse in privilegijs, & quaest. prædictis, sed personam ab eis electam, scilicet Inquisitori, cuius tantum est auctoritate Apostolica Vicarium sibi instituere, & subdelegare, in causa fidei procedere, inquirere, testes cogere & examinare, & sententiam cum dispensatione ferre. Sicut igitur prædicti prædicatorum non possunt in causa fidei procedere, nec testes ad testificandum cogere, nec processus Inquisitionis detruicare, nec reuocare, nec eius sententias mutare, nec testes prohibere ne deponant, sic nec possunt Vicarios in officio instituere, nec infirmos destituere, nec eis mādare ne procedat quod si fecerint, tanquam impeditores officij inquisitionis, excommunicationis muerone eo ipso sunt percussus, in qua si steterint per annum animo indurato, ex tunc sunt ut hæretici condemnandi, ut patet in c. Ut inquisitionis officium. de hare. li. 6. Et ultra hoc contra eos ut contra fautores hæreticorum, per ipsos Inquisitores est procedendum iuxta privilegium Urbani III. & Clem. III. Præcunctis. in §. ceterum vero. quod habetur supra par. 2. Vicarium igitur Inquisitoris instituere & destituere est Inquisitoris solius, & non alterius nisi domini nostri Papæ, qui habet super istum & illum plenitudinem potestatis.

**C** Nec valet quod allegatur ab eorum quibusdam, quod eis committitur potestas inquisitoris instituendi & destituendi, & consequenter eius Commissarium per locum à maiori, quia cui conceditur quod est plus, videtur & concedi quod est minus. Nam commissio facta alicui tantum valet, quantum verba foras, nec sunt verba extendenda per eandem

**D** detruicare, nec reuocare, nec eius sententias mutare, nec testes prohibere ne deponant, sic nec possunt Vicarios in officio instituere, nec infirmos destituere, nec eis mādare ne procedat quod si fecerint, tanquam impeditores officij inquisitionis, excommunicationis muerone eo ipso sunt percussus, in qua si steterint per annum animo indurato, ex tunc sunt ut hæretici condemnandi, ut patet in c. Ut inquisitionis officium. de hare. li. 6. Et ultra hoc contra eos ut contra fautores hæreticorum, per ipsos Inquisitores est procedendum iuxta privilegium Urbani III. & Clem. III. Præcunctis. in §. ceterum vero. quod habetur supra par. 2. Vicarium igitur Inquisitoris instituere & destituere est Inquisitoris solius, & non alterius nisi domini nostri Papæ, qui habet super istum & illum plenitudinem potestatis.

**E** Nec valet quod allegatur ab eorum quibusdam, quod eis committitur potestas inquisitoris instituendi & destituendi, & consequenter eius Commissarium per locum à maiori, quia cui conceditur quod est plus, videtur & concedi quod est minus. Nam commissio facta alicui tantum valet, quantum verba foras, nec sunt verba extendenda per eandem



factum in odiosis & penalibus, quia odia restrin-  
guntur autem congruit ampliari extra de reg.  
jur. In privilegijs autem predictorum preside-  
ntium, & commissionibus eis factis, & si fit men-  
tio de Inquisitoris destitutione, non tamen de des-  
tutione eius Vicarij; quare cum destitutio sit  
odiosa, non est ad Vicarios extendenda.

4 Nec locus a maiori in iure habet locum. Si  
enim Papa aliquem delegat ad inquirendum de  
vitijs, moribus & regimine alicuius Magistri vel  
Ministri Generalis cum potestate etiam deponen-  
di, de quibus est informatus seu deformatus, nul-  
la facta mentione in commissione de Prioribus,  
vel Ministris Provincialibus, seu Guardianis, non  
quidem poterit de eis inquirere ac eos deponere  
iniquaquam. Sic nec in proposito. Destitutio  
ergo dicti Vicarij ad Inquisitorem, & non ad pre-  
dictos noscitur pertinere.

Et vitra: Si enim dominus Papa male, sed ve-  
re informatus de malo regimine, vitijs, & moribus.  
Archiepiscopi p eius bonos suffraganeos & Ec-  
clesia zelatores, delegat aliquem ut inquireat de  
Archiepiscopo, cum potestate eum suspendendi  
vel deponendi, nulla facta mentione in litteris de-  
legationis de inquisitione, suspensione, seu de-  
positione sciendis de suffraganeis antedictis, poterit  
ne delegatus agere ad suspensionem vel depositio-  
nem suffraganeorum predictorum, nequaquam:  
sic & in proposito; cum in litteris Apostolicis  
predictis presidentibus directis fiat mentio tan-  
tum de destitutione Inquisitoris, & non eius Vi-  
carij; poterit illum ex causa legitima, & non vol-  
untate libera deponere, ut habetur supra parte  
ista 3. q. 10. sed non eius Vicarium: sed amoto In-  
quisitore spirat statim potestas Vicarij antedicti.

5 Minusque valere videtur quod ab eorundem  
quibusdam replicatur: quod praesidentes predicti  
possunt Fratres suos de loco ad locum, ab officio  
ad officium transferre ad libitum voluntatis, quod  
nequaquam fieret, si non possent Vicarios & Com-  
missarios Inquisitorum destituere libera volun-  
tate: Na ab illo eodem, scilicet a domino nostro  
Papa, cuius est religiones condere, & approba-  
re, & sustinere, & privilegiare; a quo dicti praesi-  
dentes habent quod praesideant, & quod Fratres  
eis subiaceant, ab eodem habent Inquisitores, &  
eius Commissarios, & Fratres, qui antequam intra-  
rent ordinem, habebant auctoritatem officium no-  
tariatus exequendi, quod in causa fidei procedat,  
Inquisitor ut delegatus & Commissarius ut sub-  
delegatus, & Frater dudum notarius, si per Inqui-  
sitorem fuerit requisitus, quod sit eius notarius  
auctoritate tunc Apostolica fultus, ut in c. Ut of-  
ficium. §. ad conferendas. de heret. lib. 6. Qua-  
re presidentibus non licet eos in officio eis tra-  
ditos impedire, eos de loco ad locum transferendo  
vel de officio ad officium transmutando, per quod  
ipsi in causa fidei ne procedant, valeant impedi-  
ri: nec ipsi dictis praesidentibus in huiusmodi sunt  
subiecti, sed domino nostro Papa, & ideo illi &  
non istis debent obedire: nam potius est obedi-  
endum maiori potestati, quam minori. 11. quaest. 3.  
Qui resistit.

A 6 Debent igitur Praesidentes praedicti, Inquisi-  
tores, eorum Commissarios & locios ac notarios  
fouere, & causam omnem licitam praestare, ut tamen  
salubre officium diligentius exequatur, & ad co-  
trarium nullatenus causam dare debent.

Et etiam Inquisitores salua sui officij libera exe-  
cutione, Fratribus materiam non praestare, ut a  
sua obedientia resiliant salutari. Igitur illi & isti  
suis terminis sint contenti, cum sint insimul diui-  
nis obsequijs mancipati.

Saluberrima  
a monitio.

COMMENT. LXVI.

**I**n tota hac quaestione vult praecipue axioma tra-  
ctatur, videlicet: Solum Inquisitorem posse Com-  
missarium a se institutum deponere, & nullo modo  
id posse religionum suarum praefectos, quod axioma  
probat multis eisdemque viuis quidem ac spiranti-  
bus rationibus: inde vero obstantia diluit argum-  
ta, sibi: Nec valet quod allegatur ab eorum qui-  
busdam.

Solum Inqui-  
stor deponit  
Vicarij sibi  
substitutum.

Totam hac tractationem retulit Capogius apud  
Zanchinum, breuius tamen, c. 30. vers. denique di-  
cit. & Locatus in opere iudiciali, verbo, Vicarius,  
num. 1. & alij, est autem tota quaestio facilis, &  
per se perspicua, adeoque dilucide loquitur auctor, &  
nulla nostra fusiore interpretatione indigeat, imo  
excepto, quod mox explanabo.

a Nec locus a maiori in iure habet locum, Sec. J  
Depositione Commissariorum esse odiosam, ut in pro-  
ximis praecedentibus verbis ostendit Eymericus,  
certissimum est, & exploratissimum: at locum a ma-  
iori in iure non habere locum, paradoxon videtur esse  
& improbabile, cum communis sit theoria, ar-  
gumentum a maiori & forte esse in iure, & freques,  
& utile, c. licet vniuersis, vbi glossa extra de testi-  
bus. l. nec ex vrea. c. de acquire. possess. l. 1. c. de ne-  
gocijs gestis. glossa, Joan. And. & Panorm. in c. cu  
in cunctis. de electio. & copiose Euerar. in locis ar-  
gumentorum legalibus in loco a maiori.

Num. 4.  
Locus a ma-  
iori in iure va-  
lidum.

**D** Sed quo apertius hec intelligas, frange Eymericum  
hinc argumento respondere: Cui licet quod est plus,  
licet utique quod est minus, c. cui licet, de regu. iur.  
lib. 6. at praelatis ordinum licet remouere inquisito-  
res, quod videtur plus: ergo licebit Commissarios eo-  
rum, quod est minus. Eymericus respondet maiori  
propositioni dicens, praedictam regulam in iure non  
habere locum, id est, non semper habere locum; quod  
est verum: nam argumentum a maiori tunc solum  
procedit, quando minus continetur sub maiori tan-  
quam species vel pars, cum itaque Vicarius Inqui-  
sitoris non sit eius pars, aut species subiecta, non mi-  
rum, si is qui remouet Inquisitorem, non possit re-  
mouere eius Vicarium.

Locus a ma-  
iori ad mi-  
nus, quando  
non procedat.

**E** Rursus dico saepe eos qui possunt maiora, non pos-  
se agere minora, quotiens ius, consuetudo, vel priui-  
legium repugnant. Sed vide Hostiensium & Prae-  
positum in c. per venerabilem. extra qui filij sunt le-  
git. gloss. singularem in Clement. vlt. verbo, defensor  
de rebus Eccles. non alienari. Paulum Castrensem  
in anth. multo magis. c. de sacros. Eccles. & Zaba-  
rell. in clem. ne Romani. in 4. oppositio de electio.  
Multis quoque alijs modis praefata regula non pro-  
cedit, quos refert Euerardus in loco a maiori num. 4.





ex quibus intelligimus prudenter fuisse locutum au-  
torem. qui, ut alibi monuit, hoc habet familiare, ut  
non citatis legibus secundum leges loquatur, & ob  
id nobis fuit valde molestum has in eum adnotatio-  
nes perficere.

## QVÆSTIO. XVIII.

## De creatione Notarij inquisitionis.

**D**ecima octava quæstio est: Vtrum Inqui-  
sitor possit sibi notarium creare?

Respondemus quod nõ, nec de iure  
communi, nec priuato, nec in priuilegijs Inqui-  
sitorum de hoc aliquid reperitur. Habeat ergo  
notarios publicos Episcoporum, locorũ, vel do-  
minorum temporalium illarũ terrarum vel re-  
gnorum, in quibus officium est sibi commissum  
qui processus conscribant, & alia, quæ ad negotia  
fidei pertinent, exequantur, vel petat à domino  
nostro Papa creari sibi tres vel quatuor, quos si-  
bi nominauerit in notarios, quod sibi non nega-  
bitur, qui auctoritate Apostolica in partibus In-  
quisitori traditis, negotia fidei exequantur, dum  
modo hoc tolerant dicti domini temporales, q̄  
male libenter communiter faciunt: quare tutius  
est, cum notarijs Episcoporum, locorum, vel do-  
minorum temporalium illarum terrarum vel re-  
gnorum, quod processus fidei conscribantur.

## COMMENT. LXVII.

**P**robabit aliquis imprudenter loqui hic Emericũ,  
dum dicit non posse Inquisitorem sibi notarium  
creare, cum aliud videatur esse statutum in c. vt offi-  
cium. §. verum. quia, de hæret. li. 6. et in litteris Vr-  
bani IV. incipien. Licet ex omnibus. §. ad conscri-  
bendas. verumtamen non est ita: nam illis locis, so-  
lum cauetur, vt qui iam notarij erant, ab Inquisito-  
ribus compellantur ad id munus exequentũ, tamen  
si religiosi facti sint: nec vllum vidimus antiquum  
rescriptum, quo tribueretur Inquisitoribus potestas  
creandi notarios: ideoque olim notarijs deficientib.  
quia notarios creare nõ poterat, duos viros idoneos  
assumere poterant ad acta inquisitionis conscriben-  
da, vt alibi fusius diximus.

Ceterum hodie quodam Pij IV. rescripto incipie-  
te: Pastoralis officij cura. dato Romæ apud sanctũ  
Petrum anno Domini MDLXI. sexto Calen. Sep-  
temb. quod refertur in bullario litterarum Apostoli-  
carum in fine huius operis, cautum est, vt Inquisi-  
tores & eorum commissarij in quibusuis fidei cau-  
sis cum viderint expedire, auctoritate Apostolica  
possint vnũ vel plures etiam clericos seculares,  
vel quorumuis ordinum regulares in notarios eli-  
gere, assumere, atque creare.

Sed in hac causa hoc animaduertere oportet, nõ  
propterea religiosum, aut clericum notarium creari  
quod ab Inquisitoribus iussus sit officij sacri acta cõ-  
scribere, sed vt cuncta valida sint, coram alio nota-  
rio hunc religiosum notarium creare oportet, testi-  
bus adhibitis, tradito sibi de more calamo & atra-  
mentario, additoque solemniter iurando, & verbis  
consuetis vt scilicet: Esto notarius & fidelis, adda-

Olim inqui-  
sitores non  
poterant sibi  
notarios crea-  
re, hodie se-  
cus.

in creando  
notarios qd  
obseruandum.

**A**gium apud Zanchinum. c. 9. vers. adde rursus. et la-  
catum in opere iudiciali, verbo, notarius n. 4. & 5.  
et circa huc spectantia dicam seq. qua. 51.

## QVÆSTIO XIX.

An Inquisitor cogere possit ad exe-  
quendum tabellionatus offi-  
cium clericos, & alias per-  
sonas idoneas.

**D**ecima nona quæstio est: Vtrum Inqui-  
sitor, clericum seu religiosum etiã  
sacerdotẽ, aliãs notarium, vel alias  
personas idoneas, possit cogere ad  
exequẽdũ tabellionatus officium, quo ad eas q̄ cõ-  
cernũt inquisitionis officium hæreticę prauitatis?

Respondemus quod sic, iuxta c. Vt officium.  
de hæret. li. 6. §. Ad conscribendas. vbi dicitur sic: P̄  
Ad conscribendas quoque huiusmodi deposito-  
nes testium, & ad faciendum omnia, quæ in cõ-  
missio vobis officio ad scriuarij, seu tabellionis  
officium pertinent, teneri districte præcipimus,  
cum per vos fuerint requisiti, omnes & singulos  
vestri ordinis Fratres, qui dum essent in sæculo  
tabellionatus officium habuisse aut exercuisse no-  
seuntur: & illos etiam, quibus idem tabelliona-  
tus officium ratione præfati negotij fidei, fuit ab  
Apostolica sede commissum, & in posterum cõ-  
mitteretur, cõcedentes huiusmodi Fratribus, nec-  
non & alijs religiosis quibuslibet, qui similiter  
dũ essent in sæculo, tabellionatus officium habue-  
runt & exercuerunt, quibusuis etiã clericis sacra-  
laribus officium ipsum habentibus (etiam si ijde  
Fratres religiosi & clerici sint in sacris ordinib.  
constituti) exercendi libere officium ipsum, quo  
ad præmissa, nõ obstante statuto aliquo cõtrario  
canonis vel ordinis quocunq; vallato munimi-  
ne potestatem. Et eo. c. §. verum. dicitur sic: Vo-  
lumus & mādamus vt in examinatione testium  
quos recipi super crimine prædicto, ipsũque  
contingentibus oportuerit, adhibeatis duas reli-  
giosas & discretas personas, in quarum præsen-  
tia per publicam (si commode potestis habere)  
personã, aut per duos viros idoneos, fideliter eo-  
rundem depositiones testium conscribantur. Ea-  
dem verba habeatur in priuilegijs prædictis. Vr-  
bani iij. & Clemẽtis iij. Præ cunctis. §. verum.

## COMMENT. LXVIII.

**P**ersonas religiosas cuiusuis ordinis, qua-  
dũ est-  
sentes in sæculo, notarij fuerant, posse per Inqui-  
sitores compelli ad hoc officium exequentũ ob sin-  
gularem fidei suorum, canit etiam Urbanus IV. in  
rescripto incipien. Licet ex omnibus. §. ad conscri-  
bendas. relato in bullario litterarum Apostolica-  
rum. & Alexand. IV. rescripto incipiente: Ne cõ-  
missio. §. ad hæc. relato itẽ in bullario in fine huius  
operis. quæ sub pendem i plumbeo authentica vidi-  
mus in archiuo inquisitionis Bononiensis: quo loco  
in hac



in hac causa hunc ordinem observandum videtur in-  
mere Papas, ut primū laici notarij vocentur, & il-  
lis deficientibus, personæ religioſæ, quæ dum eſſent  
in ſaculo officium tabellionis exercuerant, accerſan-  
tur: quibus denique deficientibus, alij duo viri ido-  
nei clerici vel laici ad acta officij ſcribenda accede-  
re debeantur. ſed hodie, ut ſuperiori commẽtario do-  
cui, notarij creari poſſunt, ne ex defectu ſcribentiũ  
quicquam omittatur, quod ad fidei negotium propa-  
gandum ſpectet.

Notario  
Illud eſt tamen hoc loco diligenter observandum,  
ut quotiens Inquiſitores notarios quolibet de no-  
uo advocant ad coſcribenda acta ſacri officij, denuo  
ab illis exigant iuramentum de officio fideliter exer-  
cendo, & cuſtodiendo ſecreto, non obſtante, quod ſi  
deliter ſemel iuraverint cuſtodia exercere, cum pri-  
mum notarij fuerint creati: quod eſt in cauſa fidei  
particulari, ut notat gloſſa in clem. 1. §. porro. ver-  
bo, iurabunt, de hæret. & ibidem Paulus, Ancha-  
ranus, & ſmola. Nicolaus Arelatanus tract. de  
hæret. notabili 39. incipien. Nota quod quamvis.  
Joan. Rojas ſingulari 141. incip. Notarius. Bernar-  
dus Comenſis in lucerna verbo, notarius. §. 1.

Cetera huc ſpectantia tradunt Repertorium In-  
quiſitorum, Bernardus Comenſis in lucerna: & Lo-  
catus in opere iudiciali, verba, notarius. Campegius  
apud Zanchinum cap. 9. verſ. omnia faciet. & Si-  
mancas de catho. in ſtit. tit. 41. nu. 7. & ſeq.

Q V E S T I O . II.

De ſocijs Inquiſitoris.

S U M M A R I U M.

- 1 Non poteſt Inquiſitor ad libitum ſui ordinis  
Frates in ſocios aſſumere.
- 2 Sunt ei tamen à prælatiſ ſocij grati & idonei  
conſignandi.
- 3 Ad Romanam curiam ire poſſunt Inquiſitores  
cum ſocio ſive prælatorum ordinis licentia.
- 4 Gregorij XI. de hac facultate litteræ.

**V**icesima queſtio eſt: Vtrum Inquiſitor  
poſſit ſibi libere Frates ſui ordinis in  
ſocios aſſumere, ad ſe aſſociandum, cõ-  
morandum, et ad exequendum officiũ  
hæreticæ pravitatis, & cũ eiſdem procedere hinc  
& inde, etiam ad Romanam curiam, & ibi cau-  
ſas ſui officij ducere, nõ habita nec petita ſui or-  
dinis præſidentium licentia ſpeciali?

- 1 Reſpondemus duo: Primum eſt, q̄ licet in c.  
Nolentes. §. notarij. de hæret. in Clericis. fiat men-  
tio de ſocijs Inquiſitorum, & eorum Commiſſa-  
riorum: tamen nec in iure communi, nec privaa-  
to inveniuntur, q̄ Inquiſitor regulariter, ꝛ̄ niſi ut  
dicetur, poſſit ſibi aſſumere, abſque ſui ordinis  
licentia ſocium, vel ſocios ſui ordinis Frates ad  
ſe aſſociandum, ſecundum commorandũ, & ad  
exequendum officium hæreticæ pravitatis.
- 2 Bene tamen inveniuntur, quod præſidentes eo-  
rũ tenentur eis concedere ſocios, de quibus meri-  
to coſolentur: Vnde in privilegij Urbani ijij. &

A Clementis ijij. directis Prioribus Prouincialib.  
Cõuentualibus, ac Subprioribus & Vicarijs or-  
dinis Prædicatorum, dicitur ſic: Ne catholicæ fi-  
dei negotium dilectis filijs Fratribus veſtri or-  
dinis, infra designatos limites, ſedis Apoſtolicæ  
auctoritate commiſſum, & in poſterum commit-  
tendũ, ex perſonarum defectu contingat (quod  
abſit) quomodolibet impediri, volumus & præ-  
ſentium auctoritate vobis diſtricte præcipiendo  
mãdamus, quatenus tu fili Prior Principalis, ſin-  
gulis ex prædictis Fratribus, ſingulos ſocios, Fra-  
tres videlicet ipſius ordinis, prouidos & diſcre-  
tos, ac eidem negotio congruentes, de quibus hi  
quibus conſignati fuerint, merito valeant coſo-  
lari, ſublata difficultate qualibet, aſſignare, pecu-  
res, & nihilominus tã tu, quã vos alij Priores,  
Subpriores, Conuentuales, ac Vicarij quoties ab  
eiſdem Fratribus, quibus dictũ eſt comiſſum ne-  
gotiũ & comittetur in poſterũ, fueritis requiſiti,  
& dicto negotio fuerit opportunum, de alijs etiã  
Fratribus eiſdem ordinis præter illos, qui eis in  
ſocios deputati fuerint, cũ omni promptitudine  
prouidere curetis; ita quod præfatũ negotiũ, nul-  
lã ꝛ̄ ex veſtra negligentia ſuſcipiat detrimentũ.  
3 Secundum eſt: quod confertur Inquiſitorib.  
libera poteſtas, ad curiam Romanã eundi ac mo-  
randi, & ſocium aſſumendi abſque licentia ſui  
ordinis, ut patet in litteris Gregorij XI. impetra-  
tis per me Inquiſitorem Fratrem Nicolaum Ey-  
merici, tenoris ſequentis.

4 Ad perpetuam rei memoriam. Catholicæ fi-  
dei negotium per Nos ipſos promouere, & per  
alios promoueri facere (pro vt ad id tenemur) ple-  
nis deſiderijs affectates, vniuerſis & ſingulis Præ-  
dicatorum & Minorum Fratribus Inquiſitorib.  
hæreticæ pravitatis, vbilibet conſtitutis, præſenti-  
bus & futuris veniendi libere ad Romanam cu-  
riam, & in eadem morãdi cum vno ſocio ſui or-  
dinis, non obtenta, vel petita licentia quorumcũ-  
que ſuorum ſuperiorum, ſeu prælatorum, & hu-  
iuſmodi ſocium mutãdi, & alium de ſua Prouin-  
cia aſſumendi, & ſecum tenendi quotiens fuerit  
opportunum, non obſtantibus quibuſcunque  
prohibitionibus, ſed conſtitutionibus eorũdem  
prælatorum, ſeu capitulorum generalium, ſeu  
Prouincialium, ordinum prædicatorum, quorum  
cunque tenorem exiſtant, contrarijs plenam li-  
cẽtiam tenore præſentium impartimur.

COMMENT. LXIX.

**M**agnã habet æquitatẽ quod hic docet Eyme-  
ricus, cũ nõ ſit æquũ, Inquiſitorẽ ſolũ in ma-  
gnis reb. et negotijs tractãdis ac peragãdis degere.  
Sive ergo Inquiſitores ipſi ſocios ſibi eligant, ſi-  
ue à prælatiſ ſuis eis conferantur, eos eligi oportet,  
quorum prudentia & conſilio in arduis re poſſint,  
& aduerſa ſuperare.  
Quantum vero attinet ad primũ reſcriptum, q̄  
hic citat Emericus, id integrum extat, & authẽti-  
cum in archiuo inquiſitionis Bononiẽſis, quod et  
curamus imprimẽdum in Bullario litterarum  
Apoſtolicarum, in fine huius operis.  
Joannes Rojas tract. de hæret. par. 2. tit. de pri-  
uilegijs

Inquiſitorib.  
aſſignari de-  
bent ſocij of-  
ficio congruẽ-  
tes, & eis gra-  
ti.

† In autogra-  
pho ita, nul-  
lam ex negli-  
gentia veſtra  
dilationẽ ca-  
piat, ſed po-  
tius ex dilige-  
tia continuũ  
ſuſcipiat in-  
crementum.

Quales eſſe  
debeãt Inqui-  
ſitorũ ſocij.



in legijs inquisitorum: nu. 418. ver. item inquisitores. Monachi, huius privilegij de quo hic Eymericus meminisse etiam videtur.

DE EXCOMMUNICATIONE Inquisitoris, eius socij, & notarij.

QVÆSTIO IX.

Excommunicare possit Inquisitor & eius notarij ab Apostolicę Sedis delegatus.

**V**icesima prima quęstio est: Vtrum sedis Apostolicę delegatus, aut executor, a sede Apostolica deputatus, possit inquisitorem, & eius notarios excommunicare.

Habetur supra pag. 132.

Respondemus quod non, vt patet in litteris prædictis domini Urbani iij. tenoris sequentis: Ne inquisitionis negotium contra damnatam heresim prudentiã vestra committum, impediri (& absit) propter aliquorum astutiam, vel etiam retardari contingat, vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt nullus sedis Apostolicę delegatus, vel subdelegatus, ab eo conseruatus, aut etiã executor a sede Apostolica deputatus eadẽ, seu etiam deputandus, in vos, vel quatuor notarios siue scriptores vestros, super his vobis fideliter obsequetes, quamdiu in prosecutione huiusmodi & negotij vos & ipsi fueritis, possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdici sententiam promulgare, absque specialis mandato prædictę sedis faciente plenã, & expressam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritã, & inane, si secus fuerit attentatum. Nulli ergo, &c.

COMMENT. LXX.

Inquisitores nequeunt ab inferioribus excommunicari.

**I**n signe hoc est, & præclarum privilegium fauore fidei concessum, ne cause religionis propter excommunicationem inquisitorum, aut aliorum officij ministrorum deferantur, aut impediatur; et iterum impeditis iudicib. heretici impune grassentur.

Concessit Urbanus hoc privilegium inquisitoribus anno Domini MCCLXI. idem prorsus tribuebat paucis antea annis. A lex. 1111. anno Domini MCCLIX. a Agnig. xiiij. Cal. Maij, referturq; in libro privilegiorum ord. Prædicat. fol. 49. pag. 1. idem concessit etiam Clemens IIII. rescripto incipiente: Catholicę fidei. vers. vos enim eorum. quod refertur supra apud Eymericũ. p. 2. & huius etiam privilegij meminit Campegius apud Zanchinum c. 31. vers. secundum autem.

An ministri inquisitorũ, hæc eorum notarij & nequeunt excommunicari.

**V**el quatuor notarios siue scriptores vestros, Quod hic de quatuor notarijs dicitur, de plurib. etiã intelligendum est, si plures constituerentur; & quatuor expressis, quoniam tunc illi sufficiebant.

**A**n autem hoc privilegium de non excommunicationis Inquisitoribus vel eorum notarijs competat etiam nunc alijs inquisitorum, & sacri officij ministris, veluti aduocatis, penatori fiscali, consultori

**A**bus, carcerum custodibus, & similibus dubitari potest: & posset qd fortassis satis probabiliter dicere alijs quoq; ministris competere, in quia fauores ampluari debent, non restringi. c. odia. de reg. iuris lib. 6. tem fauore fidei: in postremo quoniam eadem et in his ministris ratio reperiri videtur, quare idem statui oporteret. l. illud. ff. ad leg. Aquilia. ac sane quomodocumque res se habeat, satis videtur aquũ, vt Sanctitas sua etiã ad alios ministros extendat.

**V**erum id est notandum quod in rescripto conuenitur, videlicet: Quandiu in prosecutione huiusmodi negotij vos, & ipsi fueritis; vt intelligatur non tribui hoc privilegium ministris amotis ab hoc officio: quoniam cessante causa privilegij privilegium cessat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. c. cũ cessante. de appellatio.

**A**tque ex his rescriptis, quorum cum Eymericus meminimus, respondetur ad dubium nobis aliquando propositum; an scilicet Inquisitor heretice prauitatis obligatus in forma camere ad soluendam pensionem, aut ad quodlibet aliud possit virtute obligationis excommunicari ob non solutionem, nam non posse in personam ipsius inquisitoris intentari aliquam actionem, aut excommunicationem ferri, durante officio per hec rescripta videtur esse certum: nec apparet inter privilegia præfecti Cameralis, vt etiam contra inquisitores possit censurã proferri, quare fauore fidei ne in officio impediatur absque expressa Romani Pontificis facultate, faciente de hoc privilegio mentione, ac illud reuocãte, nullus cuiusuis auctoritatis, aut potestatis existat, potest inquisitores censuris ecclesiasticis innodare.

**N**ec obstat, si dicatur, inquisitorem obligando se in forma camere huic privilegio renunciasse; quoniam respondeatur, quod cum aliquod beneficium seu privilegium concessum est toti potius alicui ordini, quam priuatis personis eius ordinis, tunc tali privilegio renuntiare non potest, c. si diligenti. extra de foro competen. & ibi communiter glof. Hostiens. Jo an. And. & alij. quare cum privilegium prædictũ sit concessum toti ordini, & collegio inquisitorum: item propter publicam vtilitatem, nempe ob fidei fauorem, & vt hereses extirpetur, consequitur plene, vt ei renuntiare non possit.

**Q**uod si dicas ex hoc damnificari contrabentes cum inquisitoribus, cum non possint ius suum consequi, respondebo id non esse ita, cum vel ad sanctissimum dominum Papam, qui quoslibet privilegiatos coercet, vel ad supremos inquisitores recursus haberi possit, qui re cognita iubeant, atque decernant, vt inquisitores, & iuri, & debitis suis satisfaciant: nõ enim debet officij ac privilegiorum suorum prætextu quemquam ledere. Clem. 1. §. 1. de heret. vbi communiter Doctores.

QVÆSTIO XXII.

An inquisitor absque incurfu excommunicationis requirere possit DD. temporales excommunicatos.

Victh.





**V**icesima secunda quaestio est: Vtrum Inquisitor absq; incurtu pena excommunicationis, possit requirere dominos temporales, eorumq; officiales excommunicatos, quatenus iuxta officium suum praesent sibi auxilium, & fauorem?

Respondemus quod sic, vt patet in ca. Praesidentes de haeret. lib. 6. vbi dicitur sic. Praesidentes regimini alicuius regni, prouincia, siue loci licet excommunicati, vel de facto tantu, & non de iure iurisdictionem habentes, ac eorum officiales ad requisitione ordinariorum, vel delegatorum ipsorum, aut inquisitorum haereticę prauitatis no valentium sine mora dispendio, vel negotij periculo, recursum habere ad superiores (qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exequi) possunt, & debet contra haereticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, iustitia, & suum officium exercere. Ne requirentes huiusmodi excommunicatos, propter hoc sententia excommunicationis incurrunt. Non tamen praesidentibus praescribitur, vel officialibus eorundem, propterea in alijs casibus intelligatur concessum aliquid, vel permissum.

COMMENT. LXXI.

**A**lexandri IIII. est hoc rescriptum, quo proposita quaestio dirimitur, quod dedit Anagnina V. Calēd. Iunij, Pontificatus sui anno 6. qui incidit in annum Dom. MCCLIX. incipiebat: Quae sunt ista, id vidimus integrum, & authenticum in Archiuo inquisitionis Bononiensis.

Fauor e fidei respicit, & etiam inquisitoribus privilegium tribuit non vulgare: quoniam participans cum excommunicato maioris excommunicationis vinculo innodatus, minori excommunicationi supponitur. c. nuper. & c. si quidem de sent. excom. c. quonia multos, l. 1. q. 3. quod tamen incommodum hic fauore fidei emittant inquisitores.

Notat hoc privilegium Gondissalvus tract. de haeret. q. 19. num. 8. Joannes Roias sing. 59. incip. Excommunicatus est. & sing. 72. incipien. Gelta per Regem. idem tract. de haeret. par. 2. nu. 441. Nicolaus Arelatanus tract. de haeret. notabili 40. incipien. Quamuis tyrannus. quibus locis dicunt hoc esse speciale fauore fidei, vt notat etiam glossa in ca. 1. de offic. Vicarij, lib. 6.

Est aliud etiam speciale: quoniam gesta per tyrannum ipso iure sunt nulla. c. fundamenta. §. quod si se eius. de electio. in 6. Clemen. pastoralis. de re iudic. l. decernimus. C. de sacros. Ecclesijs. at fauore fidei si iussu inquisitorum quid in haereticos exerceat tyrannus, aut alius iniustus dominus, validum est. ita praecitati.

Monebo tamen haec tunc locum habere, cum inquisitores no possunt sine mora dispendio superiores consulere: quod patet ex illis verbis: Non valentiu sine mora dispendio, &c. aliter enim in excommunicationem inciderent. glossa in c. praesidentes. verbo, dispendio. de haeret. lib. 6. & notat nominatim Gondissalvus praecitato loco.

QVÆSTIO XXIII.

An Inquisitor, & eius socius se mutuo absolueri possint ab excommunicatione.



**V**icesima tertia quaestio est: Vtrum inquisitor, ac eius socius, si forsan recognouerit se esse excommunicatus vinculo innodatos, aut et irregularitate ligatos, possint se mutuo absolueri, & in irregularitate etiam dispensare?

Respondemus quod sic, vt patet in litteris Urbani IV. tenoris sequentis.

Vnngoriam fidei valeatis liberius promouere, vobis auctoritate praesentium indulgemus, vt si vos, & fratres vestri ordinis socios vestros excommunicationis sententiam, & irregularitatem incurrere, aliquibus casibus ex humana fragilitate contingat, vel recolis et incurrisset: quia propter iniunctum nobis officium ad Priores vestros de leui super hoc recurrere non potestis, mutuo vos super his absolueri, iuxta formam Ecclesie, & vobiscum auctoritate nostra dispensare possitis in casibus, in quibus dictis Prioribus, vt dicitur, est ab Apostolica sede concessum: Nulli ergo, &c.

COMMENT. LXXII.

**M**agnum est etiam hoc privilegium, et est duplex. vnum vt ab excommunicatione se possint absolueri: alterum vt super regularitate secum possint dispensare. concessit haec Urbanus anno Domini MCCLXI. idem refert Repertorium Inquisitorum verbo, irregularitas. §. si tamē, & Campegeus apud Zanchium cap. 3. in princ. Joannes Roias tract. de haeret. par. 2. num. 423.

Obseruanda tamē sunt illa rescripti verba: Quia propter iniunctum vobis officium ad Priores vestros de leui super hoc recurrere non potestis: Na a contrario sensu optime videtur sequi, Inquisitores non posse, aut no debere se mutuo absolueri ab his cōsiris, si facile, & sine fidei, & sacri officij detrimento ad suos possint recurrere superiores, a quibus mutuo absoluantur.

Et quauis haec sententia summo iure suuineri possit. altera hic aduersa benignior est, & fortassis verior, cum sit fauorabilis: nec argumentum a contrario sensu semper locum habet, vt latē docent Doctores in rub. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisd.

Nun autem hoc privilegium Commiss. et inquisitorum competat, dubitari potest, & verius est coepere fauore fidei, sed de hoc alibi plenius scripsimus.

QVÆSTIO XXIV.

Quibus casibus inquisitores excommunicationem Papę reuertam incurrant.

SUMMARIUM.

In tribus casibus excommunicationem Papę reuertam incurrant.

Inquisitores mutuo se absolunt, & se cum in irregularitate dispensant.



- servatam incurrunt Inquisitores.*
- 2 Si contra iustitiam, & conscientiam ex odio, vel amore omittant procedere, &c.
  - 3 Si modis illicitis pecuniam extorqueant.
  - 4 Si bona Ecclesie ob delictum clericorum scienter fisco applicent.

Relat. supra pag. 171.

**V**icesima quarta questio est: Vtrum sint aliqui casus speciales excommunicatio nis, a quibus inquisitor non possit absolvi si incurrat, nisi per dominum nostrum Papam?

**R**espondemus, quod sic: & sunt tres, vnus qui ponitur in cap. Multorum, §. verum, de har. in Clem. vbi dicitur sic:

- 2 Veru, & infra, Quod si odij, gratia, vel amoris, lucri, aut comodi temporalis obtentu, contra iustitiam, & conscientiam suam omiserunt contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate: aut obtentu eodem, prauitatem ipsam, vel impedimentum officij sui alicui imponedo, cum super hoc presumpserint quocum modo vexare (prater alias penas pro qualitate culpe imponendas eidem) Episcopus, aut superior, suspensionis ab officio per trienu: alij vero excommunicationis sententias, eo ipso incurrant. A qua quidem excommunicationis sententia, qui eandem incurrunt, nisi per Romanum Pontificem nequeant (praterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione premissa) absolutio nis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio suffragante.

Supra pag. 173.

- 3 Alij casus duo ponuntur in c. Nolentes. §. Et tam ipsorum de hare. in Clemen. vbi dicitur sic: Et tam ipsorum, quam Episcoporum, seu capitulorum sede vacante, super hoc deputatis Comissarijs, quibuscunque, districtius iniungentes, ne pretextu officij inquisitionis, quibusvis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant.
- 4 Nec scienter attentent ecclesiarum bona ob clericorum delictum, predicti occasione officij, fisco etiam ecclesie applicare. Quod si fecerint in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententia eos subiacere decernimus ipso facto: A qua non possint absolui praterquam in mortis articulo, donec illis, a quibus extorserunt plenè satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis priuilegijs, pactis, aut remissionibus super hoc valituris.

COMMENT. LXXIII.

Quibus casibus non possint inquisitores se mutuo absoluere,

**H**ec questio superiorem limitat, & eius summa est: Tres esse casus, in quibus inquisitores mutuo se non absoluunt.

**P**rimus est: cum omiserunt procedere contra quem procedere debuerant.

**S**ecundus est: cum alicui hereseos crimen falso imposuerunt; aut dixerunt eos impediuisse sacrum officium, qui re vera non impedierunt. & hi duo continentur in Clem. 1. de heret. §. verum quia, hoc loco ab auctore relata, quamuis Emyericus vnū hic tantum casum contineri dicat.

**T**ertius est: cum illicitis modis pretextu officij pe-

**A** cunias extorserunt, ut in Clem. nolentes. §. Et tam ipsorum, de hare. ex quo loco auctor hic ponit duos casus, vnū de illicita extorsione pecuniarum, alterum de confiscandis ecclesiarum bonis ob delictum clericorum. & ita re vera erunt quatuor casus, duo in Clem. 1. et alij duo in Clem. 2. & vobis in memini. Campagnus apud Zauchinum, c. 3. 1. in principio, et Caiet. in summa verbo, excommunicatio. casu. seu. c. 2. in his ergo casibus inquisitores non se absoluunt mutuo.

**R**ursus et ab illis casibus non se possunt absoluere, quorum absolutio non est suis superioribus concessa, quod indicant non obscure illa rescripti verba relata in q. 23. proxime precedenti in fine dum dicitur: In casibus, in quibus dictis Prioribus (vt dicitur) est ab Apostolica sede concessum. Ergo a contrario sensu aliud est in casibus non concessis: quod est verum, & diligenter obseruandum.

**O**bseruandum tamen est, qd ab hoc, vt inquisitor subiaceat predictis & penè ex omissione procedendi contra quos procedere debuerat, requiritur non solum, vt illa omisso sit contra iustitiam, sed etiam contra conscientiam, & scientiam ipsius inquisitoris; Papa enim noluit predicta pena plesti inquisitores omittentes procedere, ex ignoratia, sed eos qui cum intelligerent, ac scirent esse procedendum, odio, gratia, amore, pretio vel prece, contra iustitiam, & conscientiam propria omiserunt procedere vbi fuerat procedendum, aut contra processerunt, cum non debuissent. ita colligitur non obscure ex textu in dicta Clem. 1. §. verum, de heret. & docet nominatim Caietan. in summa verbo, excommunicatio. casu, seu. c. 2. quod etiam videtur posse colligi ex B. Antonino, par. 3. tit. 24. c. 7.

CONTRA QVOS POTEST procedere Inquisitor.

QVÆSTIO. XXV.

**D** An Inquisitor, vel quisquā alius procedere possit contra Papam deprehensum in harefi.



**V**icesima quinta questio est: Vtrum inquisitor, vel quis possit procedere contra Papam deprehensum in heretica prauitate.

**R**espondemus, qd Inquisitor non: quia deleg. eius est, & consequenter inferior, inferior autem in superiorem non habet potestatem, vt 22. dist. Inferior, & ff. ad Trebel. l. ille a quo.

**Q**uis autem sit illius iudex, vel generale Conciliū, vel Cardinalium consistorium, nihil ad preffens negotium: sed de hoc vide Archidiaconum in cap. In fidei. de heret. lib. 6. in principio.

COMMENT. LXXIII.

**G**rauis est difficultas, qua hoc loco proponitur: Et ad ea, que nec huius est loci, nec temporis, nec nostre breuitatis.

**Q**ui tenent summam Pontificem (postquam ritè & legi-



legitime electus est Pontifex Romanus. & Ecclesia caput posse incidere in heresim, mox de iudice querunt, ut hic facit Eymericus. Primum ergo querendum erat, an Papa hereticus fieri possit, inde de iudice erat investigandum.

Quantum ad primum attinet, Eymericus aperte sentit, Papam in heresim posse incidere: cuius sententia communi Theologorum, & Canonistarum voto recepta est: qua tenent Turrecremata in sum. de Ecclesia, lib. 2. ca. 93. & multis seq. Caiet. in opusc. de auctoritate Pape, & concilij, Cardin. Hieronymus Albanus Parisiensis consultus celeberrimus in lib. de potestate Pape, par. 1. Dominic. Sotus lib. 4. sent. dist. 2. q. 2. art. 2. versic. dubium autem est. Alfonso Castrius lib. 2. c. 23. in princip. de iusta heret. punitione. Melchior Canus li. 6. c. vlt. de locis theologicis. Syluester in sum. verbo, Papa. q. 4. m. 4. Canonista communiter in c. si Papa. 40. dist. Ioannes Roias singu. 146. incipien. Papa de crimine heresis. Augustinus de Ancona in sum. de potestate Ecclesias. q. 5. per totam quaestionem. Simancas de catho. inst. tit. 12. nu. 12. & tit. 45. de Papa. num. 35. & alij, quos longum esset recensere. quorum frequentiori sententia, Papa effectus hereticus Cocilio veluti legitimo iudici supponitur.

Sunt alij, qui intrepide asserant, Papam non posse fieri hereticum, inter quos est Albertus Pighius Campanensis lib. 4. c. 8. de Ecclesiast. Hierarchia, cuius sententia satis probabilis videtur, & consona rationi, & fortassis etiam antiquorum Patrum dictis. qua si vera sit, omnes superiorum Doctorum longissima altercatione facile cessabunt.

Hoc certum putat Albertus Pighius praecitato loco, oes Romanos Pontifices, qui in heresim incidisse commemorantur, posse ab heresis nota liberari, ostenditque rem aliter habuisse, ac a multis referatur.

Et haec sententia illo potissimum nititur fundamento, quod Christus oravit pro Papa ne deficiat fides sua, ut ipse fratres in fide nutantes confirmaret; quasi videatur hoc privilegium personale esse, & annexum, qui rite, et canonice electus est Pontifex Romanus, ex assistentia Spiritus sancti non permittentis eum in heresim labi; quamvis in quibus alia delicta possit ex humana fragilitate incidere, sed de his alibi plura.

Interim Locutus haec eadem, quae ab Eymericodicitur, refert in opere iudicali verbo, Papa, nu. 6. ubi addit extare bullam Pauli Quarti de hac materia diffuse loquentem.

QVAESTIO XXVI.

An inquisitor possit procedere contra officiales Pape.

Decimasexta quaestio est, Vtrum inquisitor possit procedere contra officiales, seu nuntios domini nostri Pape, si detentantur de heretica prauitate?

Respondemus quod non; ut patet in litteris domini Ioannis xxij. tenoris sequentis: Cum Mattheus de Pontiniano ordinis Praedicatorum, inquisitor

hereticae prauitatis in Regno Siciliae auctoritate Apostolica deputatus, friuola occasione qualita, ac nostra, & Apostol. sedis reuerentia, & honore postpositis in dilectum filium magistrum Guilermum de Baletto Archidiaconum Foroluiensem, capellanum nostrum, Campaniae maritimaeque rectorum excommunicationis sententiam, inconfultis motibus non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cetero talium praesumptionibus, et obuiare: vniuersis, & singulis tam ordinarijs, quam delegatis iudicibus, ac inquisitoribus, prauitatis eiusdem, & alijs vniuersis, & singulis quacumque auctoritate fungantur, auctoritate Apost. districtius inhibemus, & mandamus expressè, ne contra nostros, & Apostol. sedis officiales, vel nuntios, aut ipsorum aliquem quavis occasione, vel causa, absque nostra, & Apostol. sedis licentia speciali, eis per sedis ipsius litteras cedenda, plenam faciente de tenore praesentium mentione, procedere quoquo modo praesumant, aut in eos, vel ipsorum aliquem excommunicationis, vel suspensionis, seu qualvis alias sententias promulgare: Nos enim ex nunc decernimus irritum, & inane, quicquid contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi contigerit attentari. Volumus tamen quod dicecesani, & inquisitores praedicti super his, quae negotium tangunt fidei, alij vero super his, quae rem tangunt, vel publicam, vel priuatam, siue ordinarij, siue delegati, quacumque auctoritate fuerint, prout possent ad eorum officium pertinere, si quid per officiales, & nuntios ipsos indebite forsitan attentatum extiterit, se plenius informare: idque nobis significare studeant, ut prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, & c. Datum Auinionis xij. Cal. Ianuarij. Pontificatus nostri, anno vndecimo.

¶ a. praesumptionibus.

COMMENT. LXXV.

Duplex axioma colligo ex hac quaestione. Primum est: inquisitores non procedunt contra officiales, & nuntios sedis Apostolicae.

Alterum est: Possunt tamen talium delicta sedi Apostolicae denuntiare.

Et quoniam alibi promisi me hoc loco de hac re disputaturum; ideo quamuis tractatio sit late patens, breuissime tamen non expediam.

Per hanc quaest. videtur ampliari definitio cap. inquisitores de her. li. 6. et limitari inquisitorum potestas: quia nemo contra Episcopos, sed neque contra officiales, & nuntios sedis Apostolicae possunt procedere.

In hac quaest. tota difficultas posita est in intelligendo quis dicatur nuntius, aut officialis sedis Apostolicae. & quamuis nomen nuntij sit generale, quo significamus eum, per quem quid alijs denuntiamus, nobisque; vicissim quid alijs denuntiamus. l. i. ff. de procurato. l. qui autem. §. vlt. ff. de constit. pecunia. at hic per nuntium, seu officialem sedis Apostolicae, cum accipimus, qui nuntium eius, siue mandatum profert, qui & Legatus dicitur. 97. dist. in. cap. nobilissimus.

Rursus obseruandum est, duo esse genera nuntiorum, officialium, seu delegatorum sedis Apostolicae. Quidam sunt, qui dati sunt ad decidendam causam aliquam

Quis dicatur officialis, vel nuntius sedis Apostolicae.

Officialium sedis Apostolicae duo genera, & contra quos non procedat inquisitores.



aliquam inter partes, que ad sedem Apostolicam non pertinet, sed priuatorum utilitatem respicit. Alij sunt ab ipsa sede constituti, circa ea, que honorem, et dignitatem sedis Apostolicam respiciunt, & qui vices Pontifici summi in aliquibus causis, seu causa gerunt, quorum officium circa negotia sedis Apostolicam versatur. primi non gaudent privilegio immunitatis, de quo hic Emericus: postremi oino illo privilegio fruuntur: neque enim inquisitores possunt procedere contra eos. ita voluit Lapsus de Castilione antiquus iuris interpretes quodam responso de hac re edito incipien. Factum super quo. vers. Ad secundum vero dicendum est. quod responsum nunc circumfertur post consilia Odradici, Lapsus sequitur Dec. in Rub. ff. de officio eius. nu. 8. & in rub. extra de officio deleg. nu. 9. quorum sententia vera est, & tenenda; nam cum hoc privilegium sit tributum ob reverentiam, & honorem sedis Apostolicam, valde equum est, ut illi solo eo versatur. negotia immediate ad dictam sedem spectantia tractant: quando vero liceat absolute inquisitoribus contra hos procedere, dicam in quaest. seq. & ex his brevissime dictis remanet tota hec quaestio clarissima.

### QUESTIO XXVII.

#### An Inquisitor procedere possit contra Episcopos.

**V**icesima septima quaestio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra Episcopos, & prelatos alios superiores super haeretica prauitate.

relat. supra pag. 109.

Respondemus non: ut patet in c. Inquisitores, de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: Inquisitores haeretice prauitatis, ab Apost. sede, seu alio, vel alijs quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine inquirere contra Episcopos, nequeunt, aut eius pretextu procedere contra eos: nisi in litteris commissionis Apostolice, quod hoc possint, continetur expressse. Si tamen Inquisitores ipsi, Episcopos, vel alios superiores Prelatos sciuerint, vel inuenerint circa crimen haereseos commississe, aut eos de hoc diffamatos existere, vel suspectos, id tenebuntur sedi Apostolice nuntiare.

### COMMENT. LXXVI.

**P**rivilegium est Episcopalis dignitatis, cui sepe plurimum tributum est, ut inquisitores non inquirant in Episcopos. & tradit Gondissalvus tract. de heret. q. 7. nu. 15. Simancas de cath. instit. tit. 25. nu. 7. & 8. Repert. inquis. verb. Episcopus. §. ad secundum. Carreus tract. de heret. num. 74. vers. prohibentur autem tales, & alij communiter.

Monendi tamen sumus, posse Inquisitores recipere dicta restitum adversus Episcopos, ut eorum delicta sedis Apostolice possint denuntiare, ita Simancas, & Repertorium praecitatis locis: quod & verum puto.

Num. quandoque liceat inquisitoribus id sensisse etiam videtur Ioannes Monachus in c. inquisitores, de heret. lib. 6.

Num. aut aliqui sint casus, in quibus liceat Inquisitoribus, agere adversus Episcopos, non erit inutile

investigare, & Repert. Inquisit. verbo Episcopus. §. ad secundum, & Gondissalvus tract. de heret. q. 7. nu. 15. dicitur, quod licet Inquisitores non possint cognoscere de hoc crimine contra Episcopos: si tamen id specialiter illis a Papa committeretur: tunc proculdubio possent procedere. idem Simancas in Enchyridio tit. 8. num. 1. neque de hoc est aliqua dubitatio, cum id expressum esse videatur in dicto c. Inquisitores, de heret. lib. 6. ibi, nisi in litteris commissionis Apostolice, quod hoc possint continetur expressse, haec ibi.

Rursus, si Episcopus haereticus esset suspectus de fugatione inquisitores possent eum incarcerare, ut ad Papam remitteretur: ita dicitur se credere posse fieri Repertorium, & Gondissalvus praecitatis locis.

Quod si verum est, multo magis tunc procederet contra Episcopos, aliquid moliretur, quod in manifestum fidei detrimentum, et fidulum perniciem conuerteretur, ut si haereses predicaret, & fideles seduceret, aut quid simile graue, & horridum patraret: tunc enim expediret Episcopos capere, & custodire, donec Romanus Pontifex certior redderetur.

Ceterum, quia video generaliter prohiberi Inquisitoribus, ne contra Episcopos procedant. c. Inquisitores, de heret. lib. 6. & generaliter causa criminalis grauioribus etiam haeresis contra Prelatos sedi Apostolice referuntur, ut sancit concilium Tridentinum sess. 24. de reform. c. 5. parvissime, & rarissime videtur est hac facultate, nec aliquid molendum puto in hac causa contra Episcopos, nisi ex urgentissimis, & exquisitissimis considerationibus, & cauere oino debent inquisitores ne pretextu superioris sententiae, & facultatis aliquid committant incautum, ne quod in amplificationem fidei est concessum, in detrimentum ministrorum eius conuertatur, itaque ubi tales casus acciderint, si consulere Papam commode non possunt, prudentissime id gerant, quod fidei seruiorem, & utilitatem respiciat, & caueant ne scandalum aliquod inde ruinosum consequatur.

Item quod de Episcopis diximus, eadem putamus habere locum ob eisdem causas in officialibus, & nuntijs sedis Apostolice aduersus quos ob reverentiam, & dignitatem Apostolicam nec temere, nec facile in hoc casu procedendum.

Num. aut vice versa non possit Episcopus, procedere contra inquisitorem, grauis est quaestio, de qua Emericus paulo post quaest. 30. ubi dicam.

Sed ad Episcopos reuertor, quorum huiusmodi causa si quandoque necessario extra Romanam curiam committenda sint, quibus personis committi debeant, & quanta cum cautela id fieri debeat, diligenter caui concilium Tridentinum sess. 24. de reform. c. 5. et sine committatur, sine non committantur, semper diffinitiva sententia sanctissimo domino Papae reservatur.

Illud postremo adiungam, quod Pius Papa V. Romanus sancit per extraneitatem incipien. Romanus Pontifex, anno Domini MDLXIII. ut scilicet Reverendissimi Cardinales Inquisitores generales in uniuersa Republica Christiana procedere possint contra Episcopos, & quoslibet alios Prelatos, & quibus ibi, eosque moneant, citent, & requirant, ut intra certum terminum personaliter compareant, idque sub grauius poenis in dicta extraneitatis sententia



etiam, ut cum processus confectus fuerit sanctissimo domino nostro referatur, ut debita, & iusta sententia contra tales promulgetur. hac autem extraneus refertur inter litteras Apostolicas pro officio sanctissima inquisitionis in fine huius operis.

QVÆSTIO XXVIII.

An Inquisitor possit procedere contra religiosos exemptos.



Icesimo octava questio est: Vtrū inquisitor possit procedere contra religiosos exemptos, & præsertim contra Prædicatores, & Minores, & maxime Inquisitor de ord. Prædicatorum, contra Fratrem Minorem: & Inquisitor de ord. Minorum, contra Fratrem Prædicatorem.

Respondemus quod sic, ut patet in c. Ut officium. §. denique de hæret. lib. 6. ubi dicitur sic: Denique ut circa præmissa plene vobis, & singulis vestrum coercionis expedita, & inuiolabilis ad sit auctoritas; volumus ut ea oia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij sæcularis: cōtradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo: Non obstantibus aliquibus privilegijs, vel indulgentijs, quibuscunque personis cuiusvis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, cōtatibus, vel vniuersitatibus, ciuitatibus, & locorum, specialiter, vel generaliter, sub quacumque verborum expressione, vel forma, à memorata sede concessis, vel in posterum concedendis, cum ex huiusmodi, vel alijs privilegijs, vel indulgentijs, nullū vobis in tante pietatis negotio vel inus obstaculum interponi.

Et in c. Accusatus, de leg. lib. 6. in fin. ubi dicitur sic: Religiosi et sunt immutationis pœna, vel alia grauius puniendi, quam seculares: si inuenti fuerint in hæresi, vel cōsimilib. deliquisse. Eadē verba habentur in privilegijs Alex. iv. & Vrt. an. iv. quod supra habetur et magis expressse in litteris Clementis, Alexan. & Urbani. in quibus de hoc dicitur sic: Denique ut circa præmissa plene vobis, & singulis vestrum, coercionis expedita & inuiolabilis ad sit auctoritas, volumus, ut ea oia viriliter exequamini; inuocato (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis: cōtradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Non obstantibus aliquibus privilegijs, vel indulgentijs quibuscunque personis, cuiusvis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, & præsertim Cisterciens. Prædic. & Minorū, seu Eremitarum, siue communitatibus, &c. Sequitur generalis clausula sicut prius. Et si inueniantur literæ Clementis. iv. quod Prædicator nō inquirat contra Fratrem Minorem, & econtra, per eundem fuerunt postmodum reuocata, & post per Bonifacium viij. in Sexto.

COMMENT. LXXVII.

Vnica est assertio, & vera: Hodie inquisitores in quoslibet religiosos exemptos inquirere

A possunt, & procedere, quia quo ad crimen hæresis omnis exceptionis cessat immunitas, licet olim in hac re aliter quandoque fuerit statutum.

In hac causa multa antiquis temporibus fuit varietas circa facultatē procedendi contra exemptos: nā Alexander. iij. rescripto quodam incipiente: Ne commissa vobis. anno Dom. MCLX. statuit, ut indistinctē inquisitores contra quoslibet religiosos, & exemptos procederent: idem ipsum, & alij sancierunt. verum ea res mutationem passā est: nā Pius. ij. circa annos Dom. MCCCCLX. generali Vicario ordinis Fratrum Minorum concessit, ut ipse inquisitionem, & punitionem suorum Fratrum in fide, vel hæresi suspectorum exereceret, inde post aliquot annos Sixtus per bullam auream incipientem: Sacri Prædicatorū, quæ habetur in libro privilegiorū ordin. Prædicatorum, fol. 163. sancit, ne Prædicatores contra Fratres Minores, aut Minores cōtra Fratres Prædicatores in locis, in quibus exercent inquisitionis officium, procederent. Inde verò aliquot annis interiectis Innocentius. viij. omnibus inquisitoribus interdixit, ne contra Fratres Minores quomodolibet procedere, vel inquirere auderent, ut patet in litteris Apostolicis de hac re conscriptis, & relatis in libro, cui titulus est: Fundamētum tituli ordinum B. Francisci.

Verū, cum ex his immunitatibus manifestā, quādoque in fide pericula sequerentur, posteriores Pontifices valde salubriter omnes religiosos etiam aliā exemptos in causa fidei (sicut olim) inquisitoribus hæretice prauitatis subiecerunt, ut Clem. viij. rescripto incipiente: Cum sicut, relato in bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctæ Inquisitionis in fine huius operis: & Pius. Papa. Quartus rescripto incipiente: Pastoris æterni, quod est etiam impressum in bullario litterarum Apostolicarum, in fine Directorij.

In nonnullis religionibus ordo præscribitur, qui seruari debeat in Fratribus hæreticis, aut suspectis denunciandis: nam (ut alias omittam) in constituto vobis Fratrum B. Mariae Seruorum in rubrica de Prædicatoribus. c. 25. & in rubrica de visitatoribus. c. 30. de hac re cauetur, & postremi loci verba ita habent: Si qui Fratres de fide suspecti inueniantur, vel libros habeant ab indice prohibitos, Prior conuentus Prouincialis, & Prouincialis Generalis, & Generalis sanctissimo officio inquisitionis denuntiet. hæc ibi. sed ut hic circuitus cui tetur, ubi commode superiora obseruari nō poterūt, ne causa fidei differatur, solus Prior poterit denunciare, au. eo absente alius loco eius.

Tametsi verò in præcitato rescripto Pij Quarti contineatur, ut inquisito. possint in hac causa procedere contra quoslibet religiosos, & exemptos, dummodo à suis superioribus non fuerint præuenti, vnde consequitur non obscure posse religiosos contra fidē delinquentes, si eorum superiores iudiciū, & causam prælati preoccupent, ab eisdem suis superioribus iudicari: nihilominus tamē quoad hanc partem, illa extraneus non videtur fuisse in usu recepta, & quamquā aliquādo recepta fuerit, nūc sancti tribunalis stylus & consuetudo conerarium obseruat; nulli enim superiores audēt suos subditos religiosos in hac causa iudica-

Omnes religiosi in causa fidei subdantur potestati Inquisitorum.

Prælati religionū hodie non iudicant suos subditos in causa hæresis.



judicare, aut punire, sed protinus ad sanctū officium causam deferunt, nec aliud agentes benefecerunt.

Fuistiſſimè vero, atq; rectiſſimè huius causæ cognitio contra quoscunq; à cæteris abdicata est, & ad solos inquisit. sine delegatos, sine ordinarios delata: nã in horū tribunali magis iuridice cuncta geruntur, & cū maiori secreto: & cū ex cotidiana experientia notos habeant hereticorū mores, melius intelligant modū, & ordinē interrogandi, examinandi, et convincendi reos, quàm quilibet alij religionum superiores, qui tamen si essent viriſq; iuris peritiſſimi tamen ob non frequentatum hunc iudicandi morem non possent ita diligenter processus fabricare sicut iudices fidei in suo tribunali, ac ob has quidem, & alias causas fortassis grauiore, quas prudens omitto, non debent contra suos subditos procedere.

Contra prela-  
tos religio-  
ni caute pro-  
cedendum.

Postremo hoc admonēbo, & tamen si inquisitores, ut proxime dictum est, contra quoscunq; religioſos et exemptos procedere possint, nihilominus tamen certi quidam sunt religioſi, contra quos ob prerogatiuam dignitatis non facile debent priuati inquisitores procedere, sed fere cum eis eadem obseruanda censerem, quæ paulo antea custodienda dixi cum agerem de ca. usis Episcoporum.

In hoc numero reponi possunt Magistri ord. Generales, veluti Generales ordinis Prædi. Minorum, & similes: item Magistri Generales religionum militarium, contra hos enim cum procedendum est, res prius nuntianda videtur Generalib. inquisitoribus, qui causa cognita decernant, quid factū opus sit.

#### QVÆSTIO. XXIX.

An inquisitor procedere possit contra sacerdotes.

Vicesima nona quaestio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra sacerdotes.

Relat. supra  
pag. 105.

Respondemus quod sic: ut supra patet. quaest. proxima, & in c. Accusatus. §. sacerdot. extra de heret. vbi dicitur sic. Sacerdotes in super, & alij clerici, qui negotium inquisitionis instruendo citatos hereticos, vel eorum credentes, de celanda veritate, vel dicenda falsitate, seu eos indebitè liberando, inuenti fuerint impedire (cum non sit dubium eos ipsa facere in fauorem hereticæ prauitatis,) per Inquisitores à talibus compelli possunt, & pœna debita castigari, tam per captionem perlonarum, quàm aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. Eadem verba habentur in priuilegijs prædictis Alexandri Quarti, & Urbani Quarti, quæ sunt supra.

#### COMMENT. LXXVIII.

Cum de sacerdotibus puniendis tum in hoc, tum in alijs criminibus agitur, duo potissimum obseruanda sunt. Vnum est, ut caute admodū ad actus iudiciales veluti ad capturam, & ad publicam pœnitentiam procedatur, tum ob prerogatiuam sacer-

dotalis dignitatis, tum ob iniuriam totius ordinis sacerdotalis: laici enim quos infestus esse clericis iuras, & experientia testantur, cap. laicos. & capit. laici in accusatione. 2. quaest. 7. magnopere latantur in peccatis, & punitione eorum, & tales esse ceteros facile, & suspicantur, & iactitant.

Alterum est, ut cum in hac causa de eorum confiteri crimine, quod facile excusationem non admittat acris, & seuerius quàm laici puniantur, argumento textus in cap. accusatus. §. sacerdotes, ver sic. religioſi. de heret. lib. 6. & eorum, qua docet Andreas Tiraquellus in tract. de pœnis temperan. aut remittendis, causa 31. num. 25. quem retulimus supra par. 2. super cap. grauem, de pœnis. §. volentes tamen, quis enim neget sacerdotem, qui tante dignitatis nobilitatem potissimum Deo debet, si in fide, & religione ipsius errauerit, multo magis in eū peccare, quàm laicum.

#### QVÆSTIO XXX.

An Episcopus, vel Inquisitor procedere possit contra alium Inquisitorem.

Tricesima quaestio est: Vtrum Episcopus vel Inquisitor possit procedere contra alium Inquisitorem delatum, vel suspectum de heretica prauitate?

Respondemus, quod Episcopus non: quia Episcopus (ut supra dictum est) inferior est. Nec etiam Inquisitor, quia par est: Inferior autem in superiorem, & par in par non habent dominium. 21. dist. Inferior. & et ipse inquisitor est officialis, vel saltem nuntius domini nostri Papæ: quia delegatus eiusdem, ut patet in cap. Ne aliqui. de heret. lib. 6. contra officiales autem, & nuntios domini nostri Papæ non possunt episcopus, & inquisitor procedere, ut patet supra par. 2. in extrauag. domini Ioan. xxij. Cum Mathæus. vbi reprehenditur inquisitor, quia processerit contra G. capellani domini nostri Papæ, vbi dicitur sic.

Nos volentes de cætero talium præsumptionibus obuiare, vniuersis, & singulis tā ordinarijs quàm delegatis iudicibus, ac inquisitoribus prauitatis eiusdem, & alijs vniuersis, & singulis quacunq; auctoritate fungantur, auctoritate Apostolica distinctius in hibemus, & mādamus expresse, ne contra uos; & Apostolicæ sedis officiales, vel nuntios, aut ipsorum aliquem, quauis occasione, vel causa absque nostra, & Apostolicæ sedis licentia speciali eis per sedis ipsius litteras concedenda, procedere quoquomodo præsumat, aut in eos, vel ipsorum aliquem excommunicationis, vel suspensionis, seu qualuis alias sententias promulgare. Nos enim ex nunc decernimus irritum, & inane quidquid contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi contigerit attentari.

Crederem tamen, quod sicut ibidem dicitur de officialibus, & nuntijs domini nostri Papæ, & de Epi-



de episcopis dicitur in c. inquisitores. quod inquisitores non possunt procedere contra eos. sed possunt. & debent se plenius informare. & significare domino nostro Papa. quod ita possit fieri in proposito. quod informant se. & significant domino nostro Papa.

COMMENT. LXXIX.

**E**x hac questione una potissimum colligitur conclusio videlicet: Neq; Episc. neq; alij inquisitores possunt procedere contra inquisitorem hereticum. aut de heresi suspectum. sed recipere debent informationes contra eum. & summo Pontifici denuntiare. Hec questio longe difficilior est. q̄ illa. qua a nob̄ s̄ tacta est supra. super q. 2. 7. quoniam in hac nulla nominatim reperitur summi Pontif. definitio. & ob id. & a plurib; & maiori v̄onum robore hinc. & inde tractatur. de qua breuiter etiam dicam. quia facile pot̄ huiusmodi factū merdere. de quo Zanchinus tract. de heret. c. 8. nu. 9. vers. sed pone. & ibid. Cāpegius. Locatus in opere iudiciali verbo. inquisitor. nu. 15. & verbo Episcop. nu. 2. Geminianus in c. inquisitores. de heret. lib. 6. nu. 5. vers. sed quæro. an Episcopi. & ibidem Abbas. et Lopus. Gondissaluis tract. de heret. q. 7. nu. 17. Repertorium inquisitorū verbo Episcopus. §. 1. Ioan. Roias singul. 109. incipien. Iudices si sunt duo. Alfonso Guerrerus in thesauro religionis Christianæ. tit. de heret. num. 9. & alijs plerisque locis.

Hi vero inter se dissentiunt: nā Zanchinus. Repertorium. & Gondissaluis posse Episcopum contra inquisitorem procedere. libenter admittunt. Sed Locatus. Cāpegius. & nonnulli alij id Episcopis licere negant. ceteri de crimine distinguunt: nā si inquisitoris esset manifesta heresis. tunc Episcopus posset contra inquisitorē procedere: secus si esset occultæ. tunc enim summo Pontifici esset nuntianda.

**N**os in hac controuersia diluēda. eadē fere illa obseruanda crederemus. qua tradidimus supra super q. 2. 7. §. nam aut. & seq. nam neque temere in inquisitores delegatos irruendū est. quamuis. n. non sint Episcopali dignitate decorati. at proculdubio sūt officiales summi Pontif. & proinde continebuntur sub dispositiones extrauagantis. cum Marth. de her. de quo Eym. paulo antea q. 26. Quare sicut Episcopis plurimum in hac re desertur pp̄ priuilegium Episcopalis dignitatis. ita. et inquisitoribus plurimum deferri debet. ac tribui. pp̄ reuerentiam sedis Apostolicæ. cuius sint officiales. & propter summi Pontificis eminentem honorem. cuius personam inquisitores representant. itaque si her. fuerit inquisitor. aduersus eum Episcopus. aut alius inquisitor informationes secreto recipere poterit. vt summo Pontif. denuntiet. vt optime docet hoc loco Eym. §. crederem. at ad capturam realem accedere non credo tutum.

Quod si manifestissima esset inquisito. heresis. & malitia effrenis: vt si contra fidem predicaret. aut scriberet. aut predicari. et scribi permitteret. aut hereticos captos impunitos dimitteret. & his similia perpetraret. qua in manifestum fidei detrimentum conuerterentur. nec facile summus Pontifex posset consuli. & interea fides periclitaretur: liceret tunc

**A** Episcopo in inquisitorem agere. Geminian. in ca. inquisitores. de heret. lib. 6. nu. 5. Locatus. Repertorium. & Ioannes Roias præcitatū locis.

**V**erū in hac quoque re cauti. & prudentes debent esse Episc. & cauere debent. ne ad has punitiones. et capturas descendant absque exquisitissimis considerationibus. et causis. m. turo consilio pensatis. & cui aliter fides defendi non potest. nam magnus honor habendus est ei. quem summus Pontifex idoneum indicauit. vt tanto numeri præficeretur: est enim. & dicitur inquisitor. fidei defensor. c. vt inquisitionis. de heret. lib. 6. tradit Albertinus super rub. de heret. lib. 6. q. 5. num. 3.

**I**am id rescriptū. quo vtitur auctor in hac quæst. optime conuenit inquisitoribus: quamuis enim in eo nominatim de inquisitorib; mentio non fiat. at proculdubio sub rescripti verbis continentur. cum sint officiales summi Pontificis. immo personam eius representant. vt alibi diximus. & docuit etiam singulariter Lopus responso de hac re conscripto. quod habetur post consilia Oldradi.

**E**t quod diximus de Episcopis. idem sentimus de inquisitore contra inquisitorem. nam unus aduersus alium procedere non facile posset. nisi prædictis modis fauore fidei.

**I**dem fortassis etiam dici posset de Commissarijs inquisitorum. A postol. auctoritate constitutus iuxta id. quod disseruimus supra in hac 3. par. super q. 5. §. num. autem.

Quid de Commissarijs Inquisitorum.

Q V A E S T I O XXXI.

An Inquisitor possit procedere contra Reges. & omnes laicos indistinctè.

**T**ricefima ptima quæstio est: Vt inquisitor possit procedere contra principes. & omnes laicos indistinctè in heresi in reos. suspectos. vel diffamatos.

**R**espondemus. q̄ sic: vt patet in c. Vt officii. §. Relat. supra denique. de her. li. 6. sæpius allegato ibi: Cuiuscunque sint conditionis. dignitatis. vel gradus: Patet etiam in literis Clem. & Urbani. que incipiunt. Praeterea. in quibus eadem clausula est inserta. vt visum est supra quæst. 28.

Relat. supra pag. 129.

**C**onsulerem tamen. vt contra reges. & regales personas publicè non procederent Inquisitores: sed vt cauti. & tutius negotium fidei possit agi. informaretur primitus dominus noster Papa. vt procederetur eius consilio. & mandato. & secundū modum. quem ipse decreuerit obseruandū.

COMMENT. LXXX.

**D**va sunt assertiones. & vera amba. & communiter receptæ.

**P**rima est: inquisitores aduersus quoslibet. quacunque auctoritate decoratos procedere possunt.

**S**ecunda est prioris veluti declaratiua: Quāuis in oēs procedere possint. utius tamen est. cum proce. de idum est aduersus principes. & magnates hereticos.



reticos, aut de heresi suspectos, vt summus Pontifex consularum, cuius arbitrio, et modo ab eo prescripro aduersus eos procedatur.

Prima conclusio nullā hēc difficultatem: nā si possumt inquisit. agere contra exēptos, vt docuit paulo antea q. 28. multo magis. pcedēt in eos, qui nominatim nō sūt exēpti. adde Carrer. tract. de her. nu. 85. vers. it ē pōt procedere contra quascunq; personas.

Quantum ad secundā assersionem spectat, cā tenet etiam Ioan. And. in c. inquisitores. de her. li. 6. quem sequitur v. idem Geminian. vers. quaro an indistinctē. & Philippus Francus circa fin. ca. vers.

Quando non debeat Inquisitor contra laicos procedere.

Et dicit hic Ioan. Andr. & horum sententia vera quidem, & prudentia plena talis est. Prædictū ca. Inquisitores. de heretic. lib. 6. quo prohibentur Inquisitores procedere contra Episcopos, prohibere ēt ne procedant contra laicos: inconstituto Romano Pontifice, quotiens, vel magna sunt persone, & dignitate conspicue: vel tanta est hæreticorum multitudo, vt si contra illos procederetur, aut ingens periculum, aut grauis populi turbatio proventura crederetur.

Non tamen intelligas eadem rōne vtrūque prohiberi: nam ob prerogatiuā Episcop. dignitatis, Inquisitores in Episcopos non inquirunt: sed in viros potentes, & illustres, idē non inquirunt, ne ob id scandalum oriatur, non quōd in hoc casu aliquid nobilitati derogetur, quæ propter heresim amittitur. Adde Smancam de cathol. instit. tit. 23. num. 8.

Quos appelleret auctor viros regales.

Viros aut regales vocat hic Emericus, vel Regulos, quales sunt Duces, Marchiones, & similes: vel eos, qui Regib. adstant, vt consiliarios, & senatores: vel denique potentes Barones cuiuslibet ciuitatis, qui regali luxu viuunt, & opib. abundāt, quos velut patronos multi tum nobiles, tum plebei sequuntur in omnibus ferme ciuitatibus: vel denique intellegi pōt per viros regales ciuitatum magistratus, vt Gubernatores, Potestates, Consules, & similes: in hos enim, si publicē vellent inquisitores aduertere, facile impediretur, præsertim in locis suspectis, & vbi inquisitores sicut pauperes, & imbelles.

Abundante hæreticorum multitudine, quid facere debeat inquisitor.

Illud postremo monebo, vt quando ob multitudinē hæreticōrum inquisitor non pōt procedere, tunc quæ hæretici suscipiunt incrementū, et fideles corrumpuntur, inquisitores in publicū prodire debent, et audacter verbū Dei predicare: quāuis intelligant graue sibi periculū imminere, vt nutantes in fide cōfirmēt; quo casu necessaria est inquis. theologice cognitio.

QVÆSTIO XXXII.

An Inquisitor cogere possit ciuitatū rectores ad iurandum de defendenda Ecclesia contra hæreticos.



Ricesima secunda quæstio est: Vtrū Inquisitor possit, & debeat in speciali procedere contra Comites, Barones, Potestates, Capitaneos, Balliuos, ac ciuitatum, & locorum Consules, & Rectores, quatenus iurent coram eo de

defendenda Ecclesia contra hæreticā prauitatē. Respondemus, quōd iuxta c. Ad abolendam, §. statuumus. de hæret. & in c. Vt officium. §. statuumus. de hæret. lib. 6. omnes prædicti tenentur ad requisitionem episcoporum, vel inquisitorū, iurare Ecclesiam defendere contra hæreticos fideliter, & efficaciter, bona fide iuxta posse, & officium suum: & obseruare, & obseruari facere toto tēpore sui regiminis, in terris suo regimini, seu iurisdictioni subiectis, constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorum filios, & nepotes, à sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas. Quōd si iurare noluerint, debet inquisitor procedere contra eos, secundum tenorem illorū capitulorum, & ad pœnas ibi contentas in capit. alleg. Ad abolendam. vbi dicitur sic: Statuimus in super, vt Comites, Barones, Rectores, & Consules ciuitatum, & aliorum locorum iuxta commonitionem Episcoporum, præstato corporaliter iuramento promittant, quōd fideliter, & efficaciter, cum ab eis fuerint requisiti, ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium, & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinent, spoliuntur: & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdicto ecclesia supponendis. Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistentem, vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & episcopali se nouerit dignitate priuandam.

In c. v. officij. §. statuimus. dicitur ita: Statuimus in super, vt Pōtas, Capitaneus, seu Rectores, vel cōsules, seu quicunq; alij, qui ciuitati præsit, vel loco alteri ad præsens, aut præerunt in futurum, ad requisitionē dicæcesanorum, vel Vicariorum suorū, seu Inquisitorum hæreticæ prauitatis iurent præcise attendere intolabiliter, et obseruare, ac facere à suis subditis obseruari toto tēpore sui regiminis, in terris suæ iurisdictioni, regiminiue subiectis, constitutiones cōtra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorū, ipsorūque filios, & nepotes à sede Apost. promulgatas, ac etiam approbatas: quas qui iurare noluerint, & seruare, vt infamis, & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide suspectus officio, & honore sui regiminis spoliatur: nec vltorius Potestas, capitaneus, consul, vel rector habeatur in aliquo aut de cetero in aliquam dignitatem, vel officij publicum vltius assumatur: et quæ vt Potestas, balliuus, consul, vel rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

COMMENT. LXXXI.

DE compellendis ciuitatum magistratibus ad præstandum hoc iuramentum de defendenda Ecclesia ab heretica prauitate, et custodiendis legibus in hæreticos laicos, copiose egit Emericus supra initio tertiæ partis, nu. 9. & sequent. quo etiam loco nos ea abunde tradidimus, quæ ad hanc quæstionem illustrandam spectant. adde Simancam de cath. instit.



habet. tit. 17. nu. 8. & 9. & copiose Repert. inquis. verbo iuramentum. & Campegi apud Zanch. c. 31. ex quib. accipies quæ hanc quæst. & seq. illustrabunt.

QUESTIO XXXIII.

De iuramento à Dominis temporalibus præstando in initio officij de extirpandis hæreticis.



Ricesima tertia quæstio est: Vtrū inquisitor debeat cōpellerere, seu monere dominos temporales, perpetuam, vel temporalem iurisdictionē habentes, quatenus in eorum nouitate antequā eorū officium exequantur, intrent corā inquisitore hæreticos per Ecclesiā denotatos pro viribus à suis terminis extirpare?

Respondemus, q̄ sic: iuxta c. Execramus itaq; de hæret. §. moneantur. vbi dicitur sic: Moneantur aut, & inducantur, & (si necesse fuerit) per censuram Ecclesiast. compellantur sæculares potestates, quibuscunq; fungantur officijs, vt sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publicè iuramentū, q̄ de teris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus extirpare studebunt: ita q̄ amodo quandocunq; quis fuerit in potestatem, siue perpetuam, siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. hæc ibi. & non solum in sua nouitate, immo semper, vt patet in c. Ad abolendam, §. statumimus, de hæret. & c. Vt officium, §. statumimus, de hæret. lib. 6. & patet expressè supra parte ista tertia, q. 32. proxima.

COMMENT. LXXXII.

DE hoc iuramento præstando, ac de eius formula copiose actum est supra cum Eymérico in principio huius partis, num. 9. & seq.

Interest aut secularium magistratuum, & principum non modo requisitos, sed et spontaneos hoc iuramentum præstare, et heret. debellare, cum facile corrumpant principatus, & regna, in quib. hæretici impune permittuntur habitare. equidē multa in hanc sententiā conferri poterant, quæ gratia breuitatis omitto. illud tamen quod de Regib. Hispan. legitur in Concil. Tolet. 6. c. 3. quod habitū fuit ex a. 686. non est silentio prætereundū, videlicet, vt cū sortiti fuerint Regni apicē, non ante conscendant regiam sedem, q̄ inter reliqua cōditionum sacramenta polliciti fuerint se non permissuros habitare in Regno suo eos, qui nō fuerint catholici. quod vtinam nunc vbique & in vsum reuocaretur, & inuolabiliter custodiretur.

QUESTIO XXXIIII.

An inquisitor cogere possit ad reuocandum statuta impediencia officium sanctę Inquisit.

Ricesima quarta quæst. est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra dominos temporales, seu eorum officiales condentes statuta, per quæ inquisitionis negotium, seu officium, directè vel indirectè impediatur, seu quomodolibet retardetur?

Respondemus, q̄ sic: vt patet in c. Statutū. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Statutū ciuitatis, castri, ville, vel alterius loci, per quod negocium inquisitionis hære. prauitatis directè vel indirectè (ne in eo libere procedi valeat) contigerit impediri, vel quolibet retardari, nullius existere firmitatis, ipsiusq; ciuitatis, vel loci dominum, potestatem, capitaneum, consules, vel rectores, per quem, vel quos eadem ciuitas, seu locus regitur, quocunq; nomine censentur, ad statutum huiusmodi loci diocesano, vel eius vicario, aut inquisitori, seu inquisitoribus labis præfatæ sine moræ dispendio exhibendum: & si tale inuentum fuerit, reuocandum omnino, vel saltem eatenus moderandum, quod per illud inquisitionis processus non impediantur, vel aliquatenus retardentur: per censuram Ecclesiast. decernimus compellendos.

COMMENT. LXXXIII.

Omnia impedimēta, quib. iurisdictioni inquisitorū poterat cōhiberi, quominus libere in hæreticos possent aduertere, sustulerunt vbique summi Rom. Pontif. quia verò unum poterat esse, idque maximum, statuta, seu leges municipales cuiuslibet oppidi: ideo hæc deleri iubentur, cum directè, vel indirectè sacro huic officio opponuntur.

In eadem sententiā extat elegans rescriptum Alex. iv. quod incipit: Im placida relatio, quod vidimus authenticum in archiuo Bonon. inquisitionis, & retulimus in bullario litterarum Apost. in fine huius operis. idem canit Innoc. iv. ante Urbanum iv. rescripto incipiente: Ad extirpanda, §. ceterum teneatur. relato item in litteris Apost. pro officio sanctę inquisitionis. idem quoque consiuerunt & alij Rom. Pontifices uno consensu, de quo agit et Carrer. in tract. de hære. nu. 93. vers. item potest tollere. Campegius apud Zanchinum, c. 31. vers. cessat præterea. circa finem. Repert. inquisit. & Locatus verbo statutum.

Quamuis autem rescriptum hoc, quo vtitur Eymericus, indicet statuti nomen sumi strictè, sine præse pro iure priuato cuiuslibet ciuitatis, vel oppidi, iuxta notata per Bartolum, & Doctores in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. quasi hoc solum deleri debeat, si negotio fidei opponatur, non autem ius commune: nihilominus tamen id ipsum locum habet fauore fidei aduersus ius commune: quare si in iure communi reperiretur aliqua lex, per quam negotium inquisitionis impediretur directè, vel indirectè, eam etiam iubere possent inquisitores cessare.

Ad id nomen statuti quandoq; generale esse, et ius commune etiam completi. l. quamuis. C. de iuris, et facti. c. decessorum. 25. q. 2. & quod dico de statutis, & legibus delendis, cum fidei negotium impediunt, idem intellectum volo de consuetudinibus, quamuis esset vetus, & inmemorabilis, si enim per

Supra pag. 106.

Statuta, per que officium inquisitionis impeditur reuocari debet.

Præuilegium de delendis ita tutis negotio fidei oppositis, sæpius cōfirmatum.

Idem locum habet aduersus ius commune.

Item aduersus consuetudinem.





eam negotium inquisitionis impediretur per inquisitores possit aboleri; nec consuetudo cessari debet, sed abusus, & prava corruptela.

Leges, & statuta impediētia negotij fidei, ipsa sunt nulla.

Illud tamē obiter dixerim, huiusmodi statuta, et leges directe, vel indirecte officium inquisitionis impediētia ipso iure nulla esse, & prorsus inuvalida, tanquam edita contra Ecclesie catholice libertatem, ut constitutione quadā Federici Imper. tit. de statutis, & consuetud. contra libertatem Ecclesie editis in princ. plenius continetur, & refertur in autb. cassā, & writa. C. de sacros. Eccles. vbi glossa, & communiter Doctores. adde Tabiensem in sum. verbo, inquisitor. num. 10.

Quid autem sit directe, vel indirecte negotium fidei impedire, tradit Symericus supra par. 2. q. 54. vbi dixi in §. quidam namque sunt.

### Q V A E S T I O XXXV.

An inquisitor possit procedere cōtra Dominos tēporales negantes ei debitum auxilium.

#### S V M M A R I V M.

1. Domini temporales requisiti ab Inquisit. tenentur illi parere in captione hereticorum, &c.
2. In mittendo captos ad loca designata intra districtum dominij eorum.
3. Et in recipiendo sibi relictos, ac puniendo debita pena.
4. Nec possunt de hoc crimine cognoscere, vel iussu inquisitoris captos liberare.
6. Neque eius iudicium, sententiam, vel processum nullo modo impedire.

**R**icesima quinta quaestio est: vtrū inquisitor possit procedere cōtra dominos tēporales, & eorum officiales, qui requisiti per eundē nō iurāt eū iuxta posse, & officij suum, seu eidem nō obtemperant prout debent?

Respondemus, quōd sic: ut patet in c. ut inquisitionis. de heretic. lib. 6. vbi dicitur sic: Ut inquisitionis. & infra.

Relat. supra pag. 110.

**I**n iustos saeculi Potates, & dominos tēporales, ac prouinciarum, terrarū, ciuitatum, aliorūq; locorum rectores quibuscūq; dignitatibus, vel officijs, aut nominibus ceantur, requirimus, & monemus, ut sicut reputari cupiūt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei diocesanis Episcopis, & inquisitoribus haereticarū prauitatis à se de Apostol. deputatis, aut in posterum deputandis, pareant: & intendāt in haereticorum, creditium, fautorum, receptatorum, & defensorū ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti.

**2** Et ut praefatas personas pestiferas in potatem seu carcerē Episcop. aut Inquisit. dictorū, vel ad locum, de quo ipsi, vel aliqui ex eis mandauerint infra eorundē domin. Potatem, vel Rectorum districtum ducant, vel duci faciant sine mora: vbi per viros cathol. à praefatis Episcopis, seu Inqui-

sitorib. vel eorum aliquo deputatos sub arcta, & diligenti custodia tenentur, donec eorum negotium per Ecclesie iudicium terminetur.

**3** Vtq; de heresi à diocesano Episc. vel Inquisit. seu Inquisitoribus condemnatos, praefati potates, domini temporales, siue rectores, vel eorum officiales, seu nūti sibi relictos statim recipiant indilate, ad aduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus praedictorum nequitiae filiorum: cum tā secundum ordinationem praedecessorum nostrorum, quam secundum legem Imperialē appellationis, & proclamationis beneficium expresse sit haereticis, et credentibus, ac eorum receptatoribus, fautorib. & defensoribus interdictum.

**4** Prohibemus quoq; districtius potestatibus, dominis tēporalibus, & rectoribus eorundemque officialibus supra dictis, ne ipsi de hoc crimine (cū mere sit Ecclesiast.) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absque dictorum Episcop. siue inquisitorum, aut factem alterius eorundem licentiam, vel mandata à carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diocesano, vel inquisitoribus, seu inquisitore iniunctā, prompte (prout ad suū spectat officium) facere, seu adimplere detrectent: vel alias diocesanorum, aut inquisitorum iudicium, sententiam, seu processum directe, vel indirecte impedire praesumant.

**5** Si quis vero de praedictis Potatibus, dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum officialibus seu balliuis, contra praedicta fecerit, aut praefato fidei negotio sepefatis diocesano Episcopo, vel inquisitoribus incumbenti, se opponere forte praesumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire: necnon, & qui scienter, in praedictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excoicationis se nouerit mucrone percussum: quā si per annum animo fuis inuenerit pertinaci, extunc velut haeret. condemnatur. In litteris vero Urbani. iij. & Clemens. iij. Prae cunctis. de hoc habetur sic: Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscūque conditionis huic negotio uobis commissio se opponere, seu illud praesumptum fuerit aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eodem: immo nisi seu requisiti id fouerint, & iuxta officium, et posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos tanquam haereticorum fautores, & defensores secundum functiones canonicas freti eadem auctoritate intrepide procedatis.

**D** Prae cunctis. de hoc habetur sic: Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscūque conditionis huic negotio uobis commissio se opponere, seu illud praesumptum fuerit aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eodem: immo nisi seu requisiti id fouerint, & iuxta officium, et posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos tanquam haereticorum fautores, & defensores secundum functiones canonicas freti eadem auctoritate intrepide procedatis.

### COMMENT. LXXXIV.

**M**ateria huius quaestiones est etiam spectata, ut Inquisitores muniat, quo liberius, & validius officium suum exequantur.

Multis quoque Pontificum rescriptis, & extragantibus tributum est privilegium, de quo hic agitur inquisitoribus haereticarū prauitatis, que reseruntur inter litteras A post. in fine huius operis. de quo Carverius tract. de heret. num. 93. vbi item potest cogere. Locutus in opere iudiciali, verbo, dominus tēporales. Simancas de cathol. instit. tit. 2. §. de dominis tempo-



temporalibus. nu. 8. at q. Matth. de Afflictis in proce- mio constitutionum regni Siciliae, nu. 52. & multis sequent. et alijs pleriq; in locis, quae prudens omitto.

QVAESTIO XXXVI.

An Inquisitor possit procedere contra impediētes eius officium.

TRicesima sexta quaestio est: Vtrū inquisitor possit procedere cōtra dominos temporales, eorumq; officiales, eius processum, iudicium, seu sententiam directe, vel indirecte impediētes, seu retardātes, vel ad hoc praestantes auxilium, consilium, vel fauore?

Respondemus, sic iuxta c. Vt inquisitionis. §. prohibemus. lib. 6. ubi dicitur sic: Prohibemus quoque districtius potestatibus dominis temporalibus, & rectoribus eorumdemq; officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit Ecclesiastic.) quoquo cognoscant, vel iudicent: siue captos, p eodem crimine, absq; dictorum Episcoporum, siue inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato a carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine a diecesano vel inquisitoribus, seu inquisitore iniunctā, pōpre (prout ad suum spectat officium) facere, seu adimplere detrectent, vel alias diecesanorum, aut inquisitorum iudicium, sententiam, seu processum, directe, vel indirecte impedire praesument. Si quis vero de praedictis potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, seu balliuis contra praedicta fecerit, aut praefato fidei negotio saepofatis diecesano Episcopo, vel inquisitoribus incumbēti, se opponere forte praesumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire: necnon, & qui scienter in praedictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se noverit mictione percussum: quam si per animum sustinuerit pertinaci, ex tunc velut haereticus condemnentur.

In litteris vero Apost. Urbani iiii & Clem. iiii. Prae cunctis. §. ceterum, dicitur sic: Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio uobis commissio se opponere, seu illud praesumpserint aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium, & posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos tanquam contra haereticorum fautores, & defensores secundum sanctiones canonicas, freti eade auctoritate intrepide procedatis.

COMMENT. LXXXV.

EX hac quaest. licet multa conclusiones possint colligi, eam tamen Elymer ad vnum solum inueniunt ceteri rescripti pontificum ex c. vt offic. §. prohibemus de her. li. 6. idea vnu simplex axioma colligimus, videlicet inquisitores posse coercere magistratus saeculares impediētes processum, aut sententias in haer. latas, aut eorum punitioē differētes, qu-

nia cum hoc crimen sit mere Eccles. de eo nullus laicus directe, vel indirecte se debet intromittere.

Ex hac assertione, quae et vera est, & auctoritate pontif. roborata, atque declarata, validissime resellitur opinatio multorum Iuriscōsultorum assertentium, posse iudices saeculares, postquam ipsi traditi, uel relicti sunt rei hereseos relapsi, vel impenitentes vltimo supplicio feriendi, iterum examinare processum, & causam, & corrigere, vel mutare, si opus fuerit, aut etiam nullam dicere sententiam. nam, vt alios omittam, hoc asserunt Bart. Fulgosius, Paul. Castr. & multi alij iuris civil. interpretes in l. magistratibus. ff. de iurisdic. om. iud. idem Bart. in l. no dubiu. & in l. diuis. ff. de cust. reo. Marcus Mantua singular. 274. incip. Crimen haereseos. & alij quos omitto consulto.

Sed Canonistae per d. c. vt inquisitionis. §. prohibemus, veram sequuntur sententiam. Abbas, & Anchin. c. at si clerici. de iudi. Ioan. Imola in c. 1. de officio ord. Iason in d. l. magistratibus de iurisd. om. iud. Casfanus in consuet. ducat. Burgun. Rubr. des Justices. §. 8. circa fin. nu. 14. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 25. nu. 43. cū seq. Bernard. Diaz. in pract. crim. cano. c. 141. Ioan. A nania in c. excoicamus. lo primo. de her. nu. 27. Alfonso Castr. li. 1. de iusta her. punitio. c. 23. Bernardus Comensis. in lucerna

verbo, executio. §. 6. vers. sed queritur. quod ipsam tenent et iam vlti veritate multi iuris civilis Doctores, quos refert Fernand. Vasquius, lib. 1. de successuum creatione. §. 6. nu. 16. vers. denique. quāuis ipse voloco more suo contra cōem, & veram opinionem feratur, & Simancas de catho. institut. tit. 36. nu. 4. Ioan. Roias singula. 107. incipien. Iudex de qua v. idem in tract. de her. par. 2. nu. 450. Cappegius apud Zanbhinum, c. 8. vers. sed quid si laicus. Matthaeus de Afflictis in prog. constit. Regni Siciliae, num. 56. vers. secunda conclusio sit ista. Aegidius Bossius tit. de foro compet. nu. 160. vers. et ideo in crimine haereseos. idem tit. de haeret. nu. 10. vers. non potest autem. Salicetus in Lea quidem. C. de accusat. Iulius Clarus in pract. crimin. quaest. 96. vers. Quae etiam, idem in §. haereseos. vers. hoc crimen. & vers. & seias. & plerique alij, quos longū, & molestū esset singulatim recensere. atque haec sententia definita fuit per Innocentium Octauum, rescripto quodam incipiente, Dilectus filius, quod curauimus imprimendum inter bullas Apostolicas pro officio sanctissime Inquisitionis in sine huius operis.

Ergo inquisit. iudici laico processum a se factum ostēdere nō debet, sed magistratus saecularis indilate, & sine mora sententiam iudicis ecclesiastic. debet executioni mandare: quod si id facere omittat, aut executionem praeter morem solitū sine vlla legitima causa differat, compelli potest ad exequendum per inquisitionem per censuram Ecclesiasticā. & ita cautam asserit Bernardus Comensis in lucerna verbo, executio. §. 7. vers. immo inquisitor. quodam rescripto Urbani Quarti incipiente: Cum sicut, quod nouum vidimus.

Sed paucis antea diebus quam haec scriberemus, illustrissimus, & Reuerendiss. Felix + Merettus Carluanis de Montealto Venetijs (ubi multis an-

index laicis absq; reuisione processus facti per inquisitorem debet sibi relictum punire.

Vera Canonistarum sententia.

Inquisitor compellere potest iudices laicos vt mandent executioni sententiam a se latam.

† Nunc est Sixtus v. Pōt. Opt. Max.





nis multa cū laude viriliter, ac prudēter exercuit of-  
ficium inquisiti. contra hēreticam prauitatem) asser-  
ri iussit. aut bēticū rescriptum Alex. iv. quod inci-  
pit. Ad audientia; cuius ob publicam vtilitatē no-  
bis humanissime copiā fecit. quo apertissime decidi-  
tur hęc sēntentia. tribuiturq; plenissima potas in-  
quistorib; aduersus magistratus negligētes, aut differē-  
tes sēntentias latas in hēreticos, executioni manda-  
re. id rescriptū breuitatis gratia hic omittimus, nā  
in fine huius operis curauimus imprimendū. Qui ue-  
ro tā graue, et immane scelus cōmiserint, velut fau-  
tores hēreticorum puniendi sunt, vt alibi diximus.

Varia consue-  
tudo in puniē-  
do eos qui tra-  
duntur curiæ  
seculari.

Iam hēreticos curiæ seculari traditos indilate, &  
& statim puniendos iubet Rom. Pontifex in d. c. ut  
inquisitionis, §. prohibemus. quæ verba, id est, sine  
mora, interpretatur ibidem glossa.

Verū in hac re consuetudo prouinciarum spectāda  
est. Solent in Hispania quam primum lecta est sēn-  
tentia vel apud forum, aut impendētium, aut quorum cū  
ques qui traduntur curiæ seculari, iudices seculares  
eosdem statim in suum forum recipere. & ad suppli-  
cij locum pronuntiatā mortis, seu cōbustionis sēntē-  
tia rectē deferre. In Italia in multis vrbib; quas vi-  
dimus, iudices seculares reos sibi per inquisitores ve-  
lillos, aut traditos, per tres, vel quatuor dies, aut eō-  
ultimo supplicio afficiant in suis carcerib; detinent;  
inde certo die non festiuo publice edunt, et combu-  
runt: quod videtur fieri auctoritate Inno. iv. in bul-  
la incipien. Ad extirpanda. relata in bulbario in fi-  
ne huius operis, vbi ita scriptum est: Damnatos ve-  
ro de hēresi per diœcesanum, vel eius Vicarium,  
seu per Inquisitores prædictos, Potestas, vel Re-  
ctor, vel eius nuntius specialis, eos sibi relictos re-  
cipiat, statim, vel infra quinque dies ad minus,  
circa eos constitutiones contra tales editas serua-  
turus. hæc enus ibi.

Ex quib; declaratur pulebra difficultas, videlicet,  
non esse negligētes, nec velut fautores hēreticorum  
puniendos magistratus, qui per quinque dies, differēt  
hēreticorum supplicium. nec etiam si differrent per  
sex dies, vt in rescripto Innoc. viij. incipien. Dile-  
ctus filius. cuius hæc sūt verba: Eisdem officiali-  
bus secularibus sub excoicationis pœna, & alijs  
censuris Ecclesiasticis. præcipiatis, atque mandatis,  
vt infra sex dies, postquam legitime fuerint re-  
quisiti, sine aliqua dictorum processuum, per vos  
agitorum visionē, sēntentias per vos latas con-  
tra huiusmodi hēreticos prōpte exequantur ap-  
pellatione remota. hæc ibi.

Quasi tū est, qd facere debeat inquisitor, sicut ordi-  
narius. siue delegatus, si videat iudicē secularē, ita  
negligentē, vt et post transfactos hos quinque, vel sex  
dies absq; legitimo impedimento, non curet hēreti-  
cos sibi traditos, vel relictos. vlt. supplicio afficere  
dicebat mihi quidā non imperitus posse tunc Inquisi-  
torē præcipere iudici seculari, vt cōbustionis, vel  
mortis penam exerceat in hēret. sibi assignatos, cū  
ea pœna solita sit in tales exerceri; neque propterea  
incideret in irregularitatem, sicut Felino placuit in  
c. ad abolendam. circa fin. extra de hēret. quæ sequi-  
tur Tabienensis in summa verbo, irregularitas, 2. §.  
9. nu. 10. & §. 15. nu. 16. & Maiol. lib. 2. de irreg.  
6. 10. & pro hac sēntentia facit quod diximus supra

A parte 2. super c. nouimus. de verbor. signif. §. Quam  
quam autem.

Ceterū idem Feli. in c. vergentis. de hēr. cum de ea  
de difficultate differeret, anceps hæsitauit, et profe-  
cto tutum non videtur, vt inquisitor in hoc casu pœ-  
nā cōbustionis, aut mortis nominatim exprimeret,  
præcipiendo iudici seculari, vt eam imponeret: nam  
fortassis in irregularitatem incideret, ob q̄ euitandā  
cū consignat hēret. iudici seculari, facit solitam pro-  
testationem, de qua in c. nouimus. de verbor. signif.

B Quare omisso hoc modo dicendi, tutius est, ut in ge-  
nere iubeat, & præcipiat iudici seculari sub pena ex-  
coicationis, aut alijs censuris, vt sēntentias a se la-  
tas executioni mander. hic modus dicendi cōfirmatur  
in rescripto Alex. iv. incip. Ad audientiam: cuius  
paulo antea mentionē fecimus, item in rescripto Leo-  
nis X. incipien. Honestis petentium votis. & hic  
modus secure vsurpatur, et sufficit ad euitandā irre-  
gularitatem, c. Episc. ne clerici, vel monaci, lib. 6.

Pōt et inquisitor in proposito casu, iubere magi-  
stratu seculari sub censuris Ecclesiasticis. ut seruet cō-  
stitutiones, & leges contra hēret. editas. & hic mo-  
dus præscribitur non obscure ab Inno. iv. in extra-  
uag. Ad extirpanda. §. damnatos vero. cuius verbe  
paulo antea retulimus in hoc eodem comment. At-  
que hi quidem modi tuto seruari possunt.

Quod si nec index secularis induci velit ad puni-  
endos hēret. sibi assignatos, ad grauiores pœnas  
erit procedendum: quod vt maturius peragatur, se-  
nariū inquisitionis erit significandum.

#### QVAESTIO XXXVII.

An Inquisitor in aliquo casu possit  
compescere quæstuarios.

D TRicestima optima quæstio est: Vtrū In-  
quisitor possit, & debeat in aliquo casu p-  
cedere contra quæstuarios prædicantes.

Respondemus, q̄ sic: vt patet in c. Vi-  
officiū, §. cōpescendi. de hēr. l. 6. vbi dicitur sic:  
Cōpescendi præterea monitione præmissa pœn-  
suram Ecclesiæ. appellatione postposita prædicato-  
res quæstuarios (vbi contigerit pro inquisitionis,  
seu fidei negotio congregationem fieri, vel alias  
eidem negotio quolibet ex hoc im pedimentum  
aliquod afferri) à prædicationis officio; quod ad  
iplos nullatenus pertinet (quorum interest tan-  
tum charitativa subsidia suppliciter petere, ac in-  
dulgentiam, si forte habent, exponere) liberam  
vobis, & singulis vestrum concedimus auctoritate  
præsentium facultatem.

Idē habetur per oīa et verbo ad verbum in li-  
teris prædictis Apostol. Urbani, Clementis, & Ale-  
xandri iv. Præcunctis. §. compescendi.

#### COMMENT. LXXXVI.

FACILIS est huius quæst. tractatio. potest enim  
inquisitor procedere contra quæstuarios impo-  
nendo illis silentium, ne prædicent, quotiens assen-  
sionem fidei sunt celebraturi.

Idem



Item penitus cauetur rescripto Urbani iv. incipiente: Licet ex oibus. §. com. p. secundo, & alio rescripto Greg. ix. incipiente: Ille humani generis. que videmus in archiuo inquisitionis Bononiensis, et curamus imprimenda in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. Idem hoc inquisitionum privilegium tradit Bernar. Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 11.

Sed hodie in questuarijs in hoc locum non habet, cum eos susceperit Concilium Trident. sess. 4. r. 2. in fine. & sess. 2. de reform. c. 9.

In ceteris tamen praeceptoribus, & nunc, & olim habet haec Emerici, seu potius Rom. Pont. doctrina, que licet de solis questuarijs loquatur, ad alios et trahenda est, cum par sit vbiq; ratio, nempe favor fidei. erit ergo idem statuendum. l. a Titio. ff. de ver. oblig. l. illud. ff. ad l. Aquil. notat Zabarel. in clem. du. §. ab olim. q. 12. in fine. de sepult. tradit Tabien. in sum. verbo, inquisitor. et Bernar. Comensis precitato loco. & notant Ioan. Andr. Gemmanus, Francus, in c. v. officium. §. com. p. secundo, de haeret. li. 6.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Inquisitor prohibere possit laicis disputare de fide.

**R**icesima octava questio est: Vtrum inquisitor possit excommunicare, vel aliam procedere contra laicos de fide catholica disputantes publice, vel priuate?

Respondemus, quod tales sunt excommunicandi, ut patet in c. Quicumque. de haere. lib. 6. §. inhihemus. vbi dicitur sic: Inhihemusque, ne cuiquam laice personae liceat publice, vel priuatum de fide cath. disputare: qui vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur: Eadem verba sunt in privilegio Alex. iv. Nouerit vniuersitas, &c. de hoc habetur plenius supra part. 1. q. 20. Vtrum liceat de fide publice disputare.

COMMENT. LXXXVII.

**D**e materia huius questio. copiose dictum est supra par. 1. super q. 10. prater Doctorem in c. quicumq; §. inhihemus. de haeret. lib. 6. vbi de hoc agitur abunde, vide B. Thom. 2. 2. q. 10. art. 7. Alphonsum Castrum lib. 1. c. 19. de iusta haeret. punitione, et seq. & alios quos super dicta questione retuli.

QVÆSTIO XXXIX.

An Inquisitor procedere possit contra aduocatos, & notarios patrocinantes haereticis, &c.

**R**icesima nona questio est: Vtrum inquisitor possit procedere contra aduocatos, notarios, seu scriptores, praestantes haereticis, seu receptatoribus, defensoribus, ac fautoribus.

**A** eorundem, parocinijs, vel iuuamen, & contra eos, seu alios homines, libros, vel scripturas auctoritate Apost. seu legatorum eius factas, in quibus processus facti contra praedictos, continentur, & eos cogere quatenus tradant ei?

Respondemus, §. sic: & primo patet de notarijs, & aduocatis praestantibus praedictis parocinijs, & iuuamē: vnde in c. si aduersus. de haer. dicitur sic: Si aduersus nos terra conserget, & infra: Quia plus timeri solet, quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur: vobis aduocatis, & scriuarijs firmiter inhihemus, ne haereticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem in aliquo praestetis auxilium, consilium, vel fauorem: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine vestrum patrocinium praebatis, & pro ipsis publica instrumenta, vel scripta facere nullatenus attētetis. Quod si contra praescriptis, ab officio vestro suspensos perpetua vos decernimus in famia subiaccere.

Et secundo patet de habentibus processus, seu scripturas praedictas. vnde in c. Vt commissi. de haer. lib. 6. dicitur sic: Vt commissi vobis, & infra: Nec non faciendi a quibuslibet assignari vobis libros seu quaternos, & alia scripta, in quibus inquisitiones factae, ac processus per quoscunque auctoritate sedis Apostolicae, vel legatorum eius habiti contra haereticos continentur.

Idem habetur per omnia de verbo ad verbum in praefatis litteris Apostol. Clementis, Alexand. & Urbani iv. Prae cunctis. §. nec non.

COMMENT. LXXXVIII.

**E**x hac questione dua potissimum colliguntur assertiones.

**P**rima est: Inquisitores procedere possunt contra eos, qui haereticis, vel eorum complacitis praestant auxilium, fauorem, aut patrocinium.

**A**ltera est: Inquisitores compellere possunt eos, qui habent processus, aut qualibet alia instrumenta facta contra haereticos, ut sibi ea assignent.

Quantum ad primam assertionem spectat, videndum est, que scripsimus supra par. 2. super c. si aduersus. de haeret. et alibi super praesentibus questionibus. secundum de partis. que hic non sunt inutiliter repetenda, & ideo altera est nunc breuiter declaranda.

**A**c ante Bonifacium viij. quinquaginta sepe annis sancimus hoc ipsum de assignandis scripturis quibuslibet, & processibus factis contra haereticos. Alexand. iij. rescripto quodam incipiente: Cupientes. misso Fratribus Praedicatoribus inquisitoribus haereticis prauitatis in Lombardia, et Marebia Lanuensibus, quod ipsum vidimus in archiuo inquisitionis Bononiensis. Et paucis antea diebus qua haec scriberemus ex Assisio allatum est idem authenticum rescriptum missum Fratribus Minoribus ab eodem Alexand. iij. in quo plenius quaedam continentur. ea vero pars, qua de hoc disserit, quia huic loco lucem est allatura, transferenda huc fuit. habet ergo ita.

**A**lexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Fratribus de ordine Minoru



Inquisitoribus haeretica prauitatis in administratione sancti Francisci, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVPIENTES, vt inquisitionis negotium contra haeticam prauitatem sollicitudini vestre committum ad Dei gloriam, & augmentum fidei catholicae in vestris manibus feliciter perpetuetur, compellendi appellatione remota per censuram Ecclesie iustitiam per vos, vel per alios, quos ad hoc idoneos, vos, vel alter vestrum duxeritis eligendos omnes illos, qui scripta, vel instrumenta inquisitionis, vel ad eius officium pertinentia, per quoscumque haecenus facta, ac etiam faciendae contra haeticos, credentes, receptatores, fautores, seu defensores eorum habent, vel habuerint, vt ea sine cuiuslibet difficultatis, seu dilationis dispendio, vobis, vel alteri vestrum exhibeant, &c. auctoritate praesentium, vobis, & cuiuslibet vestrum contredimus facultatem. haec ibi. Huius etiam privilegij meminit Gemianus, Franchus, & alij in c. vt commissi. de heret. lib. 6. Bernardus in lucerna verbo, inquisitor. s. 2. Repertorium inquisit. verbo, libri. s. nota quod inquisitores.

Propria instrumenta contra se edenda in causa fidei

Ex hoc privilegio Perusinus, Franchus, & alij primi inferunt, & recte, in causa haereticis tenentur edere contra se Fiscali agenti propria instrumenta, ad intentionem suam, & accusationem fundandam; quae regulariter de iure sit contrarium statutum, l. qui accusare. & l. vlt. cum ibi notatis per Doctores. C. de edendo. & hanc sententiam tenet Purpuratus in dit. l. sin. C. de eden. numero 20. & Nicolaus Arlatanus tract. de haeret. notabili 12. incipien. Magnificus, Joanes Roias singulari 54. incipien. Ede re instrumenta. & faciunt notata per Angelum in l. per hanc. C. de tempo. appellatio.

Item edenda egera tertium.

Rursus haec sententia, q. quis teneatur edere in causa haereticis Fiscali agenti propria instrumenta, libros, & alias quaslibet scripturas, non modo habet locum, cum agit Fiscalis contra te, sed etiam cum agit contra quemlibet alium: tu enim poteris compelli edere contra illum tertium quidquid id negotium spectans habes. ita videtur probare glossa in dicto cap. vt commissi. verbo, quibuslibet. & quamquam id glossa non sentiret, adhuc verum est favore fidei: et quia si quis contra se edere tenetur propria instrumenta, multo maiori ratione, aut saltem pari tenebitur edere contra tertium, ergo si Titius captus pro haereticis librum haeticum, aut quid simile dedisse dicatur Sempronio, compellendus est Sempronius id non modo contra se, sed contra Titium edere.

Item edendum quidquid iurare potest.

Denique non modo libros, & scripturas, sed quid iurare potest ad veritatem inveniendam favore fidei exhibendum est: quia dum Papa iubet, ut qualibet instrumenta exhibeantur, plane iubet, ut exhibeatur quidquid ad causam instruendam spectat: nam nomine instrumenti id intelligimus. l. i. ff. de fide instrument. itaque imagines, statuas, marmora, & similia, per quae in hac causa, aut investigari veritas, aut haberi potest, edendum est: cur autem olim ita sancitum fuerit, alibi docui, quae nunc brevitate gratia omitto.

An Inquisitor possit procedere contra scienter sepelientes haeticos in loco sacro.

Quadragesima quaestio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra eos, qui haeticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum praesumpserint scienter tradere Ecclesiae sepulturae.

Respondemus, sic; iuxta c. Quicumque in principio. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Quicumque haeticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum, scienter praesumpserint Ecclesiae tradere sepulturae, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiae se noverint subiacere: nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent, & proieciant huiusmodi corpora damnatorum: & locus ille perpetua careat sepultura.

Eadem verba habentur in privilegio Alexandri iv. Nouerit, &c.

COMMENT. LXXXIX.

Vnica est conclusio, videlicet, inquisitores possunt procedere contra illos, qui haeticos, credentes, fautores, & ceteros huiusmodi tradiderint Ecclesiae sepulturae.

Duo sunt in hac quaestione breuiter tractanda. Vnum erit de priuatione sepulturae: nam sepultura carena haeticis, & qui illis fauent.

Alterum erit, quae ratio possit Inquisitores procedere contra sepelientes.

Quantum ad primum spectat de priuatione ecclesiastica sepulturae, cum textu allato hic ab Eymerio, consentit textus in c. sicut ait. de heret. vbi Alexander iii. in Concilio Lateranensi multis annis ante Alexandrum iii. haeticos, & eorum fautores, & alios similes sepultura priuauit, quod ipsum, & multi alij Romani Pontifices, aut sanciuerunt, aut comprobauerunt.

Priuantur autem haetici, eorum credentes, fautores, & ceteri Ecclesiastica sepultura multis rationibus. Primum, quoniam excommunicati discedunt, & in peccato mortali; & propterea in locis sacris non sunt sepeliendi, 13. q. 3. c. quibus.

Rursus, quoniam illi indigni sunt sepulturae, quibus orare non licet, vt late profeguntur B. Augustinus in lib. de cura pro mortuis gerenda: at pro haeticis orandum non est, cum consideret eos in peccato decedere. optima ergo ratione sepultura priuantur. Postrima enim causa cur ante Ecclesiam constituantur cimiteria, & defunctorum sepulchra est, vt viuentes introeuntes, & exiuntes, pro illis ad Deum preces fundant: hinc sepulchra (vt docet Augustinus praecitato loco) dicta sunt monumenta, quia monumentorum mentes, vt defunctorum recordentur.

Ita priuatio sepulturae magna poena est, & ignominia. l. unica. C. de his, qui parentes, aut lib. occid. Bald. conf. 426. incipiente: Praetermittenda. nu. 5.



rest. ite quia corpus non traditur sepultura. lib. 1. & Franciscus Ripa tract. de remed. contra pestem nu. 139. quibus addit de hac pena loquentes. Reperto Inquisit. verbo, sepultura. Alfonso Castriam li. 2. c. 18. de usura heret. punitio. vers. ex ista pena. Syluestrum, & Tabiensem in sum. verbo, sepultura. amplius de hac re disserunt Ioan. Roias in singularib. fidei, singul. 181. incipien. Sepultura Ecclesiast. Condissalvus tract. de heret. q. 2. 2. num. 7. Paulus Fuscus lib. 1. de visitatione Eccles. c. 2. §. in m. 4. & alij per hos relati.

Quod si quandoq; de facto sepulti fuerint heretici, ex humeri debet, et procul abici; immo nunc coburi, dummodo discerni, seu separari possint eorum cadauera, vel ossa ab ossibus, & cadaueribus catholicorum. c. sacris de sepult. & locus pollutus debet reconciliari. c. consuluisti. de consecrat. Eccles. vel ali.

Item si post mortem alicuius detectum est eum hereticum decessisse, qui velut catholicus erat sepultus, cum eius crimen in vita fuisset occultum, exhiberi debet, ut dicemus paulo post super q. 43.

Item non modo heretici formales, verum et credentes, fautores, receptatores, et defensores eorum sepultura priuantur; quod ipsum ad quoslibet suspectos, aut diffamatos de heresi decedentes trahendum est ob eandem causam.

Postremo, hoc ipsum de priuatione sepultura multo magis, q; in proximis citatis, locum habet in illis, qui in carceribus pro heresi, aut heresis suspitione detentis, seipso occiderunt, quoniam imprudentes ceciderunt, & in manifesto mortali peccato decedunt.

Quid aut sit tradi Ecclesiastica sepultura, aut ea carere, docet Archidiaconus in c. quoniamque de heret. lib. 6. in verbo Ecclesiastica sepultura.

Sed alterum iam caput susceptae disputationis est declarandum, videlicet, quo sit accipiendum, quod hic tradit Eymers. dum dicit Inquisitores posse procedere aduersus eos, qui hereticos scienter sepeliunt: nam textus per Eymericum citatus ex c. quicumque, de heret. lib. 6. solum inbet, ut is, qui hereticos, & ceteros de quibus ibi sepeliunt, eosdem publice extimulet, & nec ulterius videtur quidquam Inquisitoribus concedere.

Sane neminem haftenus vidi, qui hac diluerit. de primo posset hic quispiam dicere, Eymericum hoc velle, ut Inquisitores possint procedere contra eos, qui sepeliunt heret. cogentes eos, ut proprijs manib. extimulent huiusmodi damnatorum cadauera, quae expositio quamuis textui conueniat, non tamen conuenit in situ auctoris, cum hoc ipsemet Eymericus nominatim deinceps doceat. q. 18. & imprudens esset bis idem repetere.

Quare verius est hoc velle hic auctorem, ut scilicet Inquisitor possit contra sepelientes procedere, tamquam contra suspectos de heresi: nam praeterquam quod illi, qui ita hereticos sepeliunt, sunt ipso iure excommunicati, & tenentur proprijs manib. exhibere quos sepeliuerunt; amplius ex hoc facto incurrit heresis suspitionem: nam qui scienter sepelit eos quos Ecclesia, ut hereticos, aut de heresi suspectos persequitur, & damnat, quamuis aliud animo gerat hoc facto indicare, ac profiteri videtur, aut non debuisse Ecclesiam tales sepultura priuare, aut pro ho-

reticis, & eorum credentibus, & ceteris esse orandum, cum nre catholicorum eos sepelias, aut aliud simile: nec suspicio heresis proculdubio oriatur. atq; haec sententia colligi potest ex illis textibus verbis: Vsq; ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiae si uerint subiaccere. tandem enim sunt excoicatio nec idonee satis fecerint. per satisfactio- nem autem, & abiurationem, & canonicam purgationem possimus intelligere eam ad abolendam. §. praesentia. & c. excommunicamus, l. §. qui aut. de heret. in qui abiurat, vel se purgat, & iniuncta sibi malata adimplet, idonee satis facit. manifestum est autem, abiurationem, & canonicam purgationem non inueni nisi suspectis, vel diffamatis de heresi. et hoc videtur sentire Archidiaconus in dicto. c. quicumque heret. lib. 6. verborum idonea. dum citat dictum §. si autem. in c. excommunicamus. de heret.

Nam autem haec suspicio sit tantum leuis, an etiam vehementer ex personarum qualitate pensandum erit iudici peritorum. Hoc tamen praexplorato habeo, cum vehementer fore de heresi suspectum, qui de facto hereticum, aut suspectum ab Ecclesia notatum, & italem persecutus, scienter sepeliret, nisi probabilis aliqua ratio in eius excusatione afferri posset.

Quis vero hereticum, aut credentem, aut factorem aut ceteros huiusmodi mortuos deprehendat in his locis, in quibus non possit facile eos ad legitimos iudices deferre, tunc terra non sacra condere potest, ne cadauera insepulta aerem corrumpant: neque ex hoc inrebitur ullam penam, nec contrahet ullam heresis suspitionem: nam in bonum facit finis: & hoc nec est tradere Ecclesiastica sepultura, ut praecitato loco docuit Archidiaconus: rem tamen cum poterit ad indices fidei referre debet, ut illi quid factum opus sit, statuunt.

Postremo eadem illa suspitiones, quae oriuntur, quoniam quis sepelit hereticum, credentem, aut alium huiusmodi, nascuntur aduersus eum, qui celebrat eorum exequias more catholicorum, quando is hereticus, aut suspectus alibi est defunctus, verbi gratia, Genoua, aut alibi, ubi haeretice viuunt, & creditur.

Idem sentias de illo, qui hereticorum cobustorum cineres, ossa, vestes, aut similia furatur, & custodit: hic enim verisimiliter putatur credere, cum qui iudicio Ecclesiae damnatus est, sanctum esse; quod inducit heresis suspitionem, de quo vide Eymericum. par. 2. q. 15. versic. Vigesima nonus error. & quo scripsi super q. 53. supra par. 2. circa finem. versic. Quintum est. Atque hoc esse videtur proculdubio Eymericum si ritum in hac quaestione.

QVAESTIO XLI.

An Inquisitor possit procedere contra renuentes iurare incausa fidei, &c.

Vadagesima prima questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra illos, qui iurare coram eo de dicenda veritate in causa fidei requisiti, contumaciter renuerint? N n 4 Respon-

Quid sit idonee satisfacere.

Apud Archidiaconum, est in verbo condigna.

Quando hereticus licet possit terra condere.

Celebrare exequias pro hereticis, & eorum ossa custodire, suspitio de heresi.





Respondemus, q̄ sic iuxta c. Excōmicamus  
 itaque. extra de h̄eret. §. adijcimus. vboquēdo,  
 q̄ testes compellantur iurare, sequitur c. Si qui  
 vero ex eis iuramenti religionem oblatione  
 dānabili respuentes, iurare forte nolunt, ex  
 hoc ipso tamquam h̄eretici reputentur De hoc  
 Ioan. And. in nouella super eod. c. Item est  
 error Valdensium, qui dicunt iuramentum esse  
 peccatum mortale: fecus si dubitant iurare ex  
 quadam honestate, tandem obtemperat.

Supra pag.  
101.

COMMENT. XC.

**E**X hoc solo quod contumaciter iurare muunt.  
 contrahunt h̄eresis suspicionem, immo: ero tā  
 quam h̄eretici reputantur, vt dicit text. h̄ieb Ey-  
 merico citatus: videntur. n. sentire iuramentum es-  
 se illicitum: quod sentiunt Valdenses, quod p̄uit apud  
 Eymericum, par. 2. q. 14. vers. tertius error.

Recusantes  
iurare, quan-  
do h̄eretici,  
& quādo nō.

Quem errorem grauius confutat B. Thom. 2. 2.  
 q. 89. art. 2. & Domin. Sotus lib. 8. de iur. & iure,  
 q. 1. art. 2. Syluester in sum. verbo iuramentum 1.  
 & eodem verbo Tabiensis. Nauarrus in manali,  
 c. 12. nu. 4. & alij, quos in remanifesta omittit.

Et profecto textus in c. Excōmicamus 1. §. adij-  
 cimus. vers. Si quis vero ex eis. de Valdensibus ac-  
 cipientibus oīno videtur, qui tempore Innocentij II.  
 (sub quo in Conc. Later. factum est decretum eius a  
 canonis) iam erant exorti, vt dixit copiose supra p̄-  
 te 2. super q. 14. & tenaciter hunc errorem prohibe-  
 bantur de non iurando in aliquo casu. Ad cognoscē-  
 dum ergo aliquem h̄eticum de secta Valdensium  
 hoc erat euidentis argumentū, sicuti Hosliensis, et  
 ceteri communiter canonisti docent in predicto c. e-  
 xcōmicamus 1. §. adijcimus. de h̄eret.

Non tamen essent h̄eretici, qui ex quadā honestate  
 recusent iurare, vt docet hic Eymericus in fin;  
 quales sunt clerici, & religiosi ceteri, si quadā sim-  
 plicitate putarēt non esse licitum eis iurare etiam in  
 causa fidei coram inquisitoribus absque superiorum  
 suorum licentia; cum tamen fauore sibi iurare de-  
 beant, & et in alijs casibus, quos refert Rayner. in  
 sum. verbo, iurare. & Syluester, verbo, iuramentū  
 2. q. 3. nu. 3. & in causa fidei omnes cōpelli possunt  
 ad testimonium ferendum, & ad iurandum de veri-  
 tate dicenda, vt alibi plenē diximus, & tradit Ey-  
 mericus paulo post q. 62.

QVAESTIO XLII.

**An Inquisitor possit procedere contra delatos, qui aliō se transtulerunt, &c.**

**Q**uadragesima secūda quæstio est: Vtrū  
 inquisitor possit procedere cōtra eos  
 qui extra partes iurisdictionis Inqui-  
 sitori subiectas, domicilium transtu-  
 lerunt, vel aliās se absenserunt, delatos de h̄ereti-  
 ca prauitate, vel extra iurisdictionem Inquisito-  
 ri delinquentes, in sua nunc existentes?

**A** Respondemus, q̄ sic: iuxta c. Vt commissi. in  
 princip. & iuxta c. Cū contumacia. de h̄er. lib. 6. In  
 c. vt commissi. dicitur sic: Vt commissi. & infra:  
 Et contra illos, quos in prouincia; in qua vobis  
 inquisitionis officium est commissum, h̄eresis cri-  
 men constiterit commississe ( licet ad alias partes  
 se transferendo duxerint ) procedendi.

Supra pag.  
108.

Idem habetur per omnia de verbo ad verbū  
 in præfatis litteris Apostolicis, Clementis, & Vr-  
 bani iv. Præ cunctis. §. Etiam contra illos.

**B** In c. Cū contumacia. dicitur sic: Cum contu-  
 macia (in causa præsertim fidei) suspiciōem præ-  
 sumptionem adijciat vehementē, si suspectus de  
 h̄eresi vocatus à vobis, vt de fide respondeat, ex-  
 cōicationis vinculo ( pro eo, q̄ parere subterfu-  
 git, aut contumaciter se absentat ) per vos fuerit  
 innodatus: quā si per annum aīo sustineat perti-  
 naci, extunc velut h̄eticus condemnetur.

Supra pag.  
101.

Etā potest procedere contra eos, qui licet ex-  
 tra iurisdictionem inquisitoris istius deliquerint,  
 nunc autem in sua sunt: quia h̄eticus vbi inue-  
 nitur, ibi conuenitur. ad hoc Ioan. Andr. in c. Vt  
 commissi. in principio.

COMMENT. XCI.

**D**vo axiomata complectitur hic Eymeric. Pri-  
 mum est: Inquisitores procedere possunt con-  
 tra eos, qui in sua prouincia deliquerunt, & ad aliā  
 se transtulerunt.

Alterum est: Item possunt procedere contra eos,  
 qui cum alibi deliquerint, in sua prouincia nunc vo-  
 rantur, ibi: Etiam potest procedere,

Quæ in hac quæst. traduntur ab Eymericō exi-  
 tis Pontificum responsis collecta, fusius explican-  
 tur in Concilio Narbonensi c. 19. 20. & 21. vbi et  
 potestas procedendi contra absentes, & modus quo  
 procedatur, luculenter tribuitur, & præscribitur in  
 hac verba: Si qui vero culpabiles, vel suspecti ad  
 vestram pertinentes inquisitionem, præsentem,  
 nec sint, nec fuerint, & infra competentē termi-  
 num eisdem à vobis perēptorie assignatū, & per  
 Ecclesias publicatum non euauerint compare-  
 re, vel se legitimum excusare, contra eos tamquam  
 contra præsentem non dubie procedatis.

Inquisi-  
toris iurisdictionis

Ad Inquisitionē quippe vestram eos intelligi  
 mus pertinere, qui vel infra ciuilem inquisiti-  
 nis limites deliquerunt, vel domicilium ibi ha-  
 bent, seu habebāt, quando inquisitio cœpta fuit,  
 vel cū ibi morarētur occasione ꝑ officij ciuilem  
 que publici, seu priuati, vel eētū domicilium nō  
 habētes ibidē inuenti, citati fuerunt à vobis, siue  
 illis per quācūq; cautionē adstrictis; siue non.  
 inquisitionē contra eos facere incepistis, vel eis  
 purgationē forsitan indixistis. Si quidē contra ta-  
 les præsentem, vel absentes potest is pcedere, ac de  
 betis: nisi forte rōne delicti maioris, seu minoris  
 commissi alibi, vel rōne domicilij, vel alia de præ-  
 dictis, inquisitores alij procedere ceperint cōtra  
 illos. Etenim cum in locis diuersis, & per Inqui-  
 sitores diuersis Deo auctore inquisitio celebretur  
 tutius & salubrius est, ut q̄sq; culpabilis in qui-  
 buscūq; ꝑ locis deliquerit, vni, & illi inquisitori  
 perma-

Cap. 10.

Cap. 10.

Cap. 10.

Cap. 10.

Cap. 10.

Cap. 10.

Cap. 10.

Cap. 10.

Cap. 10.



permaneat obligatus, à quo primo ex aliqua de causis præscriptis, sine fraude, & sine periculo negotij, & animarum fuerit occupatus.

Ita tamen vt inquisitores ceteri, quicquid de illo nosse poterunt, inquirant nihilominus, & scribant inquisitoribus illis, quibus idem culpabilis sit adstrictus: sic enim quasi vir vnus pugnat, & vincetis. hætenus ibi.

Huc spectant quæ tradit Guido Fulcodius in cõsultationibus ad inquisitores, quæ sũt. s. quem retuli supra ti. de forma citandi absentem nu. 13. s. Si autem reperitur. vbi tradidimus multa ad hanc questionem intelligendam spectantia.

Quonia vero nec proxime citato loco, nec in modo processum fidei terminandi quanta fortassis oportebat distinctione egimus de modis procedendi contra absentes, proinde breuiter est hic explicandũ.

Res hæc tota Hispanensi quadam prima instructione c. 19. præscripta est inquisitoribus Hispaniæ, quæ latine tamẽ redditam referre placuit, nec enim puto ulterius in hac causa è me, aut ordinarius quicquam dici posse. habet autem ita:

Similiter decreuerunt, vt cõtra culpabiles in dicto hæresis crimine si absentes forent, inquisitores procedat, citando præfatos absentes per publica edicta, quæ publicari faciãt, & affigi ianuis Ecclesiæ principalis illius loci, vel locorum, in quibus morabantur.

Possunt autem inquisitores fabricare processus contra absentes vno ex tribus modis. Primo secundum formam c. Cum contumacia. de hæret. lib. 6. videlicet citando, & admonendo absentes, vt compareant se ad defendendum, & respondendum de iure suo super certis articulis fidei causam contingentibus, & super certo hæresis crimine, &c. sub pœna excommunicationis cũ suis admonitionibus informa. Quod si non comparuerit, iubeant promotori Fiscalis, vt accuset eius contumaciam, & petat literas seu libellos magis, aggrauates, quibus denũtiatur, q. si per spatum vnus anni perseuerauerint in sua pertinacia & cõtumacia, declarẽt illos hære. in forma iuris. Et hic processus est magis tutus, et minus rigidus.

Secundus modus est, q. si inquisitoribus visũ fuerit, delictum contra aliquem absentem debere plene probari, citent illum per edicta, sicut dictũ est, vt veniat responsurus, & dicturus super iure suo, ostensurus suam innocentiam infra triginta dies, in tribus terminis diuisis, vnicuiq; termino decem dies tribuendo: vel cõcedant illis aliud longius tempus, si expedire viderint iuxta distantiam seu locorum intercedentem, in quibus præsumitur, vel præsumi debet habitare prædictos citatos: quos citare debent ad omnia processus acta vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue: quo casu si reus non comparuerit, accusabitur eius cõtumacia in omnibus edicti terminis: recipiantq; Inquisitores eius denuntiationẽ, & accusationẽ à Fiscalis, conficiantq; processum in forma: quibus absolutis, si delictum visum fuerit sufficienter probatum, poterunt absentẽ condemnare, eo amplius non expectato.

Tertius modus, qui in conficiendo processu

coni absentes obseruari potest, hic est, vt si in inuigilatione processus facti in Inquisitione reperit præsumptio hæresis contra absentem, tam delictum non videatur plene probatum, possit inquisitores decernere edictum cõtra talem absentem notatum, & suspectum de crimine hæresis, & iubere ei, vt infra certũ tempus compareat ad se liberandum, et canonice purgandũ a dio errore, seu delicto: eo addito, quod si non comparauerit ad recipiendam, & præstandã prædictã cononicam purgationem, vel non se liberauerit, vel purgauerit, habebũt ipsũ pro conuicto, & procedentque ad faciendum, quod iure fieri debet. Atque hæc processus forma est aliquãtulum magis rigida: ceterum iure recte nititur, & inquisitores prudentes, & litterati eligent modũ qua magis tutum iudicauerint, & melius viderin in practica posse vsurpari iuxta diuersitatẽ cauarum, qua sese offerre poterũt. hætenus ibi.

Quod si queratur, an expediat, cũ absentes sunt rei diuersos a diuersis fidei iudicibus, fieri processus contra eos: breuiter respondeo id nõ expedire: quia si diuersi processus fierent, posset quandoque cõtingere, vt quidam iudices absoluerent, alij vero damnarẽt, & de facile discordia oriretur, aliaque non leuia in animoda, quæ diligenter sunt in hac causa præcauẽda.

Quare tutius est, vt is inquisitor processum coniciat, qui præuenerit, in iudicio: ceteri vero ad illũ transmittant quicquid habet actorum in suis inquisitionibus aduersus illum reum. ita prudenter ac subtiliter cautum est in Valladolidiana quadam instructione anni Domini MCCCCXXXVIII. c. 8. & perpersipit etiam non obscure concilium Narbonen se capitulum, cuius verba paulo ante retulimus in hoc eodem commentario.

Iam quantum spectat ad secundam conclusionẽ de puniendo, & capiẽdo heretico, qui alibi deliquit, obseruandum est, generalem esse regulam, delicta ibi esse punienda vbi sunt commissã, non ubi: itaque cõmittens homicidiũ Bononiæ, tutus erit Ferrarię, nisi ibi habet domicilium. c. vlt. de foro compet. c. 1. de rapto. c. ibi semper causa. 3. q. 6. et in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. quia in quo loco quis per delictum dedit malum exemplum, ibidẽ debet per punitionẽ debitas luẽdo penas satisfacere.

Hæc tamen regula multis modis fallit, de quibus Socinus, & alij. Sed omisso ceteris, qui nõ pertinent ad hoc institutum, non habet locum in hæresi: quia vbique hæretici capi possunt, & puniri, Bal. in l. et si excepta. C. de malef. & mathe. Cardinalis in clem. 2. s. denique. q. 9. de re iud. Carverius tract. de here. nu. 153. itẽ quæ hæreticus. Socinus regula 220. incipiente: Delicta extra territorium, in prima fallentia. Jacobus de Rauenna in l. 1. C. de sum. trin. et fid. cath. glos. in c. vt commissi. de hære. li. 6. verbo procedendi. Repertorium inquisitorũ verbo, absens. Simancas de cath. instit. tit. 2. nu. 12. ex quibus patet veram esse hanc EymERICI conclusionem.

Num autẽ in hoc casu reus sit remmittendus dictum est abundẽ supra in hac 3. par. nu. 131.

Tertius modus procedendi contra absentes.

An expediat fieri diuersos processus contra aliquem

Vbi quis deliquit, ibi puniendus.

Hæretic⁹ vb que capi, & puniri pōt.





An Inquisitor possit procedere contra mortuos.



Vadragesi materia questio est: Inquisitor possit procedere contra mortuos qui ante mortem vel post delati sunt eisdem de heretica punitate?

Relat. supra pag. 104.

Anto. Gomez to. 3. varia resol. cap. 1. no. 71.

Respondeo sic iuxta c. Filij. de heredi. 6. ubi dicitur sic: Filij vel heredes illorum qui in agridudinis lecto decumberent, petierunt hereticos consolaturus, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum consuetudinem eorumdem; si quovim fuerint uniuersis carnis ingredi, ad probandum ipsi defuncti consolationem illam; immo rursus desolationem non sane mentis effectum scepserint, vel post perditam iam loquelam cum tamen moris sit, ut dicitur apud eos, quod nullitaliter consolentur, qui non sit sane mentis, & in moriam habeat ordinatam, admitti non debent si dum vivebant diffamati erant de heresi, vel suspecti: aut legitime confiteris, quod sane multis existeret, huiusmodi hereticos petierunt: alicui admitti poterunt predicti filij, vel heredes ad probandum, praemissa non tamen per uxores filios, familiares vel de suis aliquos: sed per testes alios dignos & specialiter fidei zelatores.

Idem habetur de verbo ad verbum in litteris predictis Apostolicis Urbani, & Alexandri iij. Olim & in c. Accusatus, in eo vero, de heret. lib. 6. De hoc plenius Archidiaconus super ca. Filij, de heret. lib. 6.

COMMENT. XCII.

Num est axioma, videlicet, Inquisitor possit procedere contra mortuos huius criminis, reos, quod quibus modis contingat, paulo post aperiam in hac eadem questione.

In hac questione tria mihi sunt breuiter tractanda. Primum, quanto tempore duret hac actio procedendi contra mortuos in hac causa, aut inera quantum tempus extinguatur, est enim hac res cognitum necessaria, & valde frequens.

Alterum est, in quibus locum habeat, an in solis hereticis, an etiam in fautoribus, receptoribus, & similib. nam hec proprie spectant ad EymERICI institutum hoc loco.

Tertium & postremum erit, cum proceditur contra mortuos, quis sit ordo seruandus, & qualiter sententia pronuntietur.

Delicta morte extinguuntur, locus tamen in heret. 6.

Quantum ad primum, scinet, animaduertendum est, regulam esse generalem, p morte delinquentiu extinguuntur etiam delictum, & omnis actio contra illud sine intentu iam sine intentanda valet, ita ut postea nullus aut a c. sari aut puniri possit. l. 2. et 3. c. si reus vel accusator mort. sue. l. vlt. c. de bonis eoru qui sibi mort. consci. l. in senatus. s. si proz. r morte. ff. ad senatuscon. Tr. pillia. c. peruenit. c. eam sam qua. el secundo, qui filij sine legit. c. quorunda. dist. 23. & ratio est, quoniam mors omnia soluit. auth. de nuptijs. s. deinceps. l. de facto. ff. de pub. iud.

A. In crimine tamen laese maiestatis diuine vel humana speciale est, ut morte non extinguatur, id est ob immanitatem facinoris ad maiorem eius detestationem accusatus. s. in de heret. lib. 6. c. filij. vbi gl. eo. i. c. c. si quis Episcopus: extra de heret. vbi communiter Doctores, & concilium Biturrense, c. 18. p paulo post citabo.

His ita positis, videamus intra quos annos possit Inquisitor contra hereticos defunctos procedere, sed ut questio hac melius intelligatur, aperioris doctrinae gratia distinguenda est: nam bifaria potest esse actio, scilicet ad effectum confiscandi bona seu potius declarandi iam confiscata, ut a tertio possessore auferatur, & sacro Inquisitionis officio applicentur. Secundo potest agere ad effectum, sine damnandi memoria defunctorum declarando eos hereticos decessisse, & velut tales penas hereticorum incurrisse, ex quo tandem sequitur alius effectus, ut eoru cadauera seu ossa exhiberentur & extra locum sacru proiciantur, aut comburantur.

Quatum ergo attinet ad primam partem, videlicet, cum agitur ad effectum confiscationis bonorum Bart. & Salyc. in l. 2. c. de apostatis. Hippolytus & Mansilius sing. 306. incip. Bona delinquentis, & alij quos ibi refert, dicunt, Inquisitores non possunt inquirere contra hereticos defunctos, quoad bonorum publicationem post quinque annos, a morte delinquentis computandos. Hos sequitur Rom. sing. 436. in principio. De crimine. Idem tenet glossa in l. Manicheos. c. de heret. verbo, subire, & Ang. in s. inter dum, iustit. de heret. qua ab intest. deser.

Verum Panormitanus in c. cum nobis. de prescrip. nu. 9. & ibid. Fel. nu. 11. & Ant. Gomez to. 3. varia. resol. c. 14. num. 3. versi. nec obstat text. ita distinguunt: Cum bona hereticorum defunctorum applicentur fisco saculari, post quinque annos non possunt Inquisitores procedere contra defunctos, quoad ad hunc effectum, iuxta textum in l. 2. c. de apostatis, & in l. 2. c. de velib. ab. com. quod si bona adiu dicentur fisco ecclesie, tunc spatio quadraginta annorum durabit hec actio, atque ita monent intelligendum textum in c. 2. s. 2. de prescrip. li. 6. vbi dicitur, bona hereticorum defunctorum praescribi per filios vel heredes catholicos spatio quadraginta annorum, dummodo ea possederint bona fide.

Hac tamen distinctione non obstante, verior mihi sententia videtur, indistincte asserere durare hanc actionem quoad effectum confiscandi bona per quadraginta annos, siue applicanda sint fisco saculari, siue fisco ecclesie.

Primum, quoniam in delictis ecclesiasticis coeternis dispositioni iuris canonici si adum est, potius quam iuris civilis: manifestum est autem hoc crimine esse ecclesiasticum, c. vt Inquisitionis. s. prohibemus. de heret. lib. 6.

Respondeo, quoniam cum in detestationem tanti criminis constitutum sit, ut bona etiam post mortem publicentur, sanè dicendum erit ad quadraginta annos hoc extendi, iuxta textum in dicto c. secundo, de prescriptio. li. sexto, vbi indistincte loquitur. Papa de hac confiscatione, nulla facta mentione de fisco seculari vel ecclesiastico: quare indistincte est is textus accipiendus, l. prima. s. generaliter. ff. de lega. prescrip. qua.

Ob deplora... dicitur... contra... locu... in ce... p... g... r...

Quomodo... re... contra... c...

Datur p... draginta...

heretico... remon... heretico... omni... p... p...



nam ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. 3. ff. de officio praesid. l. de pretio. ff. de publican. rem. actio.

Et haec sententia apertissime est diffinita in prima instructione Hispanensi c. 20. ubi tametsi bona defunctorum haereticorum applicentur fisco seculari nihilominus spatium xl. annorum durare haec actio declaratur, non modo ad damnandam memoriam defunctorum, sed etiam ad confiscanda bona, ut a quibuscumque possessoribus auferantur.

Neque obstat l. 2. C. de apostatis. ubi quinquennium tantum post mortem datur ad procedendum contra defunctos, quia non est absurdum dicere ius canonicum, quod postea superuenit, ei derogasse, maxime in crimine mere ecclesiastico.

Rursus addo, leges civiles in hoc crimine in his habere locum, quae non sunt a sacris canonibus promissa. item in penis alijs, quae per Ecclesiam, aut iudices ecclesiasticos non possunt irrogari, quale est haereticos ultimo supplicio afficere, quam ob rem hanc partem veram sententiam, et in praxi observandam, ut inquisitores indistincte procedant contra haereticos, defunctos quo ad effectum publicationis bonorum integro quadraginta annorum curriculo durare sine fiat applicatio fisco Ecclesiastico, siue fisco seculari, aut cuiuslibet alij.

Filij vero vel haeredes defuncti tunc bona fide dicuntur possidisse bona defuncti: cum et tempore mortis eius, et toto quadraginta annorum spatio crediderint, et intellexerint defunctum catholicum decessisse: nam si intra hos quadraginta annos quodcumque intelligant defunctum haereticum decessisse, cum iam incipiat esse in mala fide, nunquam praescribetur: nam ad praescriptionem inter cetera requiritur saltem de iure canonico omni tempore bona fides. c. si de praescriptio. ibi: Unde oportet, ut qui praescribit an nullo temporis parte rei habeat conscientiam aliena. haec ibi, itaque si mala fide possiderint, etiam post quadraginta annos si scius officij inquisitionis talia bona occupabit vide Zacharium tract. de heret. c. 24. et 25.

Quod si plures de hac re videre cupis, de ea disse runt Conradus Brunus lib. 5. de haeret. c. 17. Franciscus Squillacensis tract. de fide cath. c. 54. Simancas de cath. in stit. tit. 18. nu. 11. et seq. Zacharius de haere. c. 24. et 25. nu. 4. Repertorium inquisitio, verbo, bona. S. sed an sint. Petrus Godofredus in l. 2. C. de apostatis. Bald. in margarita verbo, memoria. Marsilius singulari 306. incip. Bona delinquentis, Ioannes Roias singulari 50. incip. Delictum delinquentorum. Baldus consi. 70. tom 4. gloss. in c. accusatus de haeret. li. 6. verbo post mortem. Carrerius tract. de haere. nu. 142. ver. sed infra quantum tempus, et alij.

His ita positis, videamus iam alteram partem pro posse a difficultatis, videlicet, cum inquisitores agunt ad effectum, et finem damnandi memoria defuncto, an aliquibus temporum metis circumscribantur, vel contra quocumque tempore, nulla annorum praescriptio ne obstat, eos pronuntiare possint haereticos decessisse. In qua difficultate breuiter dico, nullis temporum spatij hanc actionem impediri aut finiri, immo et post quadraginta, et plures annos, quocumque tempore delictum fuerit, ac legitime constituerit, iure nullo

haereticum decessisse, poterunt inquisitores agere contra eum, ad memoriam eius damnandam, et ut declarent excommunicatum decessisse, atque ut prohibeant ne quisquam pro illo oret, et ut extumuletur ossa, si fieri possit, et comburantur: nam cui vivo communicare non licet, nec mortuo licebit.

Iura vero praesatum tempus quadraginta annorum praescribentia, iura quod contra defunctos haereticos, agi potest, intelliguntur quoad effectum confiscationis bonorum, non de damnanda memoria: nam in hoc nulla praescriptio currit. ita videntur sentire Felynus in dicto c. cum a nobis. extra de praescript. n. 12. et nu. 13. et Conradus Brunus lib. 5. de haeret. c. 17. in fine. et Simancas de catho. in stit. tit. 18. nu. 14. tametsi si valde obscure loquantur interdum non distinguentes hos duos fines, sed simul de utroque loquuntur. sed quidquid alij senserint, ita tenendum putamus.

Et ex hoc capite nascuntur multi, et magni effectus: nam excepta confiscatione bonorum, qua filij evitabunt, si bona fide per annos quadraginta possiderint, ceteras iuris penas incurret, quas filij damnatorum iura decernunt, nepe infamiam, et in habilitatione ad officia publica, et beneficia, et haec sententia summo iure vera est, quavis illud sentiam, facile cum his esse dispensandum, quia aliena culpa, et delicto torquetur.

Alterum caput praecipuum in hac questione declarandum erat: An scilicet, haec actio procedendi contra defunctos in hoc crimine locum habeat adversus haereticos solum, an etiam contra credentes, fautores, receptatores, et defensores eorum. Philippus Francus in c. accusatus. S. si vero, notab. vlt. nu. 2. Condissalvus tract. de haere. q. 22. nu. 8. Simancas de cath. in stit. tit. 4. de accusationibus, nu. 5. et tit. 18. de defunctis nu. 13. et Ioannes Roias in singularibus fidei, singulari 134. incip. Morte delinquentium. n. 11. et 12. non posse contra hos post mortem procedi scribunt, quorum plane sententia verissima est, et iure apertionitur in c. accusatus. S. si vero, de haeret. li. 6. ibi: eius haeredibus non est satisfactio, per extincto iam crimine iniungenda. haec ibi.

Et ratio quidem vera, et solida esse potest, quia in hoc crimine suspicionis quantumvis vehementis morte reorum extinguuntur, Simancas de catho. in stit. tit. 46. de penis nu. 77.

Ceterum si praedicti aut haeretici fuerint, aut errores defenderint, etiam post mortem inquiruntur, quia tunc pari iure cum haereticis censentur, neque de his est aliqua dubitatio. Adde Zacharium de haeret. c. 24.

Sed in credentibus dubitari potest, An post mortem eorum inquiri in eos possit. et Godissalvus in dicto tract. de haeret. q. 22. nu. 8. neque in credentes haereticorum defunctos dari hanc actionem asseruit, quod tamen absolute non credere verum: nam credentes haereticos, haereticis ipsis exequatur: quia ob rem adversus eos defunctos procedi poterit: et haec sententiam videtur sancivisse concilium Bictorense c. 18. in quo ita scriptum est: Ad haereticorum seu credentium condemnationem, qui non fuerunt reconciliati canonice ante mortem, citatis eorum haeredibus, siue alijs, qui de iure citandi fuerint, et concessa eis de opportuna copia defendendi similiter procedatis. haec ibi.

Et huic sententiae multum quidem ad stipulatur textus in dicto cap. accusatus. S. si vero, de haere. lib. 6. ubi nullum

Damnata haereticorum memoria, filij eorum iuris penas incurunt.

An post mortem inquiri possit contra fautores, receptatores, et defensores haereticorum.

An contra credentes haereticorum post mortem procedatur.

Textus ad stipulatur

Ob defunctum... contra defunctos... in crimine... de haere. c. 24. et 25. nu. 4. Repertorium inquisitio, verbo, bona. S. sed an sint. Petrus Godofredus in l. 2. C. de apostatis. Bald. in margarita verbo, memoria. Marsilius singulari 306. incip. Bona delinquentis, Ioannes Roias singulari 50. incip. Delictum delinquentorum. Baldus consi. 70. tom 4. gloss. in c. accusatus de haeret. li. 6. verbo post mortem. Carrerius tract. de haere. nu. 142. ver. sed infra quantum tempus, et alij.



nullum apparet verbum de creditibus. cū agitur de A extitit crimine post mortem: sed tantum habetur sermo de fautoribus, receptatoribus, & defensorib. & praeiudicati quoq; doctores de hoc articulo differētes, nullam de creditibus mentionem fecerunt.

Mibi hec sententia verissima videtur, a qua non puto recedendum, dum modo accipiatur in his qui ne res, & proprie credentes haereticorum tā ex verbis quam ex factis indicantur: nō in illis qui improprie dicuntur credentes, de quibus dixi supra par. 2. super. q. 30. §. quidam alij sunt. vbi videas ad intelligendum hoc discrimen.

Sed veniamus tā ad tertiā, & postremam huius disputationis partē videlicet, quis ordo seruari debeat cū proceditur cōtra defunctos huius criminis reos.

Ad primum quidem obseruandū est, multis modis posse contingere aliquem post mortem vt haeticum iudicari: primum si antequam moreretur, cepta fuit inquisitio contra eum, & de eius crimine cōstitutū, aut per propriam cōfessionem, aut per facti euidentiā, aut per testium legitimam probationem, et antequam processus finiatur, is reus moritur, vel cōfessus, & impenitens, nolens Ecclesiā reconciliari, vel negariuus: hic enī post mortē est cōdēnandus.

Idem iudicium est de relapso, tamesi pœnitēt, & conuerso, qui alias in iuxta canonum sanctiones, si viueret, tradendus esset curia seculari, & antequam traderetur, mortuus est.

Quod ipsum in eo quoq; locum habet, qui cum in carceribus esset pro heresi detentus, se ipsum occiderit: is enim vt paulo post dicemus, tanquam impenitēs damnandus est, cum se interficiendo, crimen confiteri videatur, vt Cynus scripsit in l. 2. C. qui testam. facere possunt. q. 4. nu. 6.

Denique reum huius criminis post mortem dānari, potest contingere, quoties dum viueret de eius heresi non cōstitit, aut de ea non fuit accusatus: post mortem tamen eius quocūque tempore cōstitit eū haeticum decessisse.

Constabit vero vel per aliorum dicta, et attestations, vel per facta, & opera seu libros ab eo cōpositos, quae excusari non possunt: aut per quamuis aliā rationem legitimam.

Neque enim incognitum est, multos post mortē haeticos detegi, qui dum viuerent, catholici habiti sunt. nam vt ceteros nunc omittam, quendam Hermannum Italum (vt scribit Prateolus li. 7. cap. 21. de vitis, & scelis haeticorum, & Bernardus Luxemburgus in catalo. haeticorum li. 2. verbo Hermannus) scimus multis annis Ferrariae pro sancto habitum, & cultum, a Bonifacio octauo in sum exhumari, & cōburis, quia constitit eū, & haeticū vixisse, & impenitētē decessisse. Et Ioanē Uniuelesse eod. modo post mortem dānatum nominis in cōcilio Cōstantiensi sessi. 8. anno Domini MCCCXV.

His positis progrediamur ad institutum. De materia huius quae aliois differit Zanobinus tract. de haere. c. 23. Repertorium inquisitorum verbo, defunctus. Simancas de carb. in si. tit. 18. de defunctis Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis lib. 1. ait. que liter in crimine lese maiestatis procedatur, q. 20. & aliquot sequentibus. Conradus Brunus lib. 5. de haere. ca. 17. Ioannes Roias tract.

Quot modis contingat post mortē hereticos dānari.

Multis post mortem haeticis deteguntur.

De hac materia qui differunt.

de haere. par. 2. assertione 14. idem in singularibus fidei singular. 134. incipien. Morte delinquentium: glossa, & reuocatus & alij in §. interdum. in si. de haere. q. 2. ab intestato deferuntur doctores in l. 2. C. de apostatis. canonis l. a. in c. filij de haere. lib. 6. glossa 2. q. 2. in summa. Gondissaluis tract. de haere. q. 2. 1. Iulius Clarus in §. haeresis, ver. sic. item de crimine heresis, Bellamera de ci. 677. incip. In tali processu. & decisione 678. incip. Si apparēt filij. & decision. 679. incip. Conclusio supra peccedens. & decisione 687. incip. In causa cōclusiohis & decisione 888. incip. proxima conclusio. In quibus multa eleganter tractat in hac materia. Adde alios ab his citatos, quos gratia breuitatis omitto.

Ordo procedēdi contra haeticos defunctos desummi posset ex cōcilio Cōstantiensi sessione 6. vbi processum fuit aduersus Ioannem Uniuelessum defunctū: sed ne quid in hac causa desideretur, singulatim cuncta huc spectantia praescribemus, tum inde, tum alium de collecta.

Obseruatio dignum est, quod Angelus Arretinus docet in §. interdum, in si. de heredit. que ab intest. deferuntur. videlicet, q. cum proceditur contra defunctum reum lese maiestatis, non formatur processus aduersus mortuum, qui cum defunctus sit, citari ad iudicium non potest. l. de quare. §. 1. ff. de iudic. sed formandus est contra eius memoriam, que per sententiam est damnanda.

Proceditur vero contra defunctos in hoc tribunali ob triplicem potissimum finē: primum vt memoria eius damnetur: Secundo vt bona illius per seum ab heredit. defuncti, seu a quibuslibet alijs possessoribus auferantur: tertio, vt defunctus exhumetur, & extra locum sacrum projiciatur, & comburatur. Zanobinus tract. de haere. c. 24. instructio prima Hispaniensis, anni MCCCCLXXIII. c. 10.

Primum itaq; non est leuiter instituida actio seu accusatio contra aliquē defunctū, seu verius loquendo cōtra memoriā, & famā eius, nec aliter dānandus, nisi plena probatio habeatur, sicut recte, & salubriter sancit instructio Aulensis anni MCCCXCVIII. c. 4. in fine cuius haec sunt verba, Nec votur in iudicij defunctus aliquis, nec procedatur cōtra eius memoriā, & famā, nisi plena probatio habeatur, et inde possit condemnari. hec ibi.

Cum itaq; talia praecesserint iudicia, & probationes, qualia diximus, prominus Fiscalis sancti officij petet instanter, vt cōtra eū reuā procedatur, libello proposito & concepto per hęc, aut similia verba: Corā te Reuerendo domino inquisitore aduersus haeticam prauitatem, & apostoliā cōparet N. huius sancti officij promotor Fiscalis, qui denuntiando, insinuando, & aceusando proponit, talen defunctum, talis loci habitatorem, dū viueret, contra catholicam fidem haec aut illa dixisse vel commississe, explicētur in libello hęc delicta & non peracta penitētia in eis erroribus decessisse: quapropterea petit eum declarari fuisse haeticū, eiusq; memoriā damnari, ceteriq; penis affici, quas cōtra tales statuerūt canonice sanctiones.

His quidū aut similibus verbis poterit concipitibellus reuocatorius cōtra defunctos huius criminis reos Repertor. In qu. verbo, libellus, §. forma libelli.

procedit

procedit

procedit

procedit

procedit

procedit

procedit



Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiest. li. 1. ti. qualiter in crimine lese maiest. procedatur. q. 22.

Hac accusatio filij, uel heredibus, uel alijs quorum interese memoriam defuncti non damnari, no- tificanda protinus est, qua in re diligentissimos esse oportet inquisitores, & videre omnino debent, an sint aliqui defuncti descendentes, ut personaliter citetur ad defendenda rei memoria. instructio Madriliana anni MDLXI. c. 61. Aretinus in §. interdum. inst. de heredit. qua ab intest. deseritur. Et praescripsit nominatim concilium Bituricense c. 18. in haec uerba. Ad haereticorum seu credentium condensationem, qui non fuerunt canonice reconciliati ante mortem, citatis eorum heredibus, sine alijs qui de iure citandi fuerint, & coacta eis opportuna copia defendendi, si maluerint procedat. haec ibi.

Ne quis autem accusationem aut ignorantiam causari possit, per publica edicta, addito legitimum termino ad comparandum, citandi quoque erunt filij, aut heredes defuncti, aut quicumque alij quorum interese possit, ut ad defensionem legitimum proponendum accedat.

Et termino elapso si nullus ex praecitatis comparuerit, inquisitores defensoris causae constituet, uel uelut pium, si dele, & negotio idoneum, qui pro defuncto legitimas excusationes, & defensiones proponat, ut que huic similiter accusatio, & testificatio contra defunctum communiabitur, in iudicio ei uel secretum obseruet negotiorum; cum aduocatis sancti officij solu coferat. & ita fieri processus iuris, & ordine debito obseruetur.

Quod si comparuerit, admittendus est ad memoriam defendenda; nec refert an is qui comparuit ad defendendum in hac causa sit etiam de haeresi notatus, aut inquisitus, aut in carceribus detentus: quia cum fieri possit, ut & defunctus, & hic qui comparuit inquisitus liberari possint ab ea iudicij, & accusationis instantia, profecto ne cui praedictum fiat, cedendum huic est (cum sua quoque inter sit) ut ad rem defunctum excusationem admittatur. quod Madriliana instructio praecitato loco recte constituit.

Illud praeterea quaesitum est, an quilibet sine delictu audiendus sit qui uelit in memoriam, & famam defuncti defendere. Similiter de ead. inst. titu. 18. nu. 15. quae uilibet esse admittendum non improbat, si modo probabile defensionis causam affirmat: nam & unicuique Deus mandauit de proximo suo, & natura inter omnes homines cognationem quadam constituit: & in omnibus rebus praesertim fidei, & religionis omnes sumus fratres in Christo: & postremo quia humanitatis ratione cuiuslibet appellatio pro homine ad mortem damnato admitti solet, nec quaeritur cuius inter sit: multo ergo magis admittenda pro defuncto defensio est, qui se defendere nequit. Equidem huic sententiae libere accedo.

Obseruandum etiam consueo diligenter, quod capite quodam quarto Abulensis instructionis anni MCCCCXCIII. sancitum extat, ut processus contra defunctum breui tempore conficiatur, nec in causa supersedeant inquisitores ob defectum probationum; nisi forte sit uersimile quod intra breue tempus, alia probationum genera superuenit; cum uero plena probatione reus conuictus non fuerit, protinus absolendus est. Rationem huius decreti profecto iustissima addit praecitata instructio: quonia

nisi ita fieret, filij forte, & filiae eius defuncti, cuius causa agitur, si diu in ea supersederetur, interim non inuenirent cum quibus matrimonia contraheret, nec possent disporre de bonis a defuncto relictis.

Quod si fortassis post absolutum defunctum alij contra eum testes superuenirent, tractari denno causa possit. nam in hoc crimine fauore fidei (ut alibi copiose diximus) sententia lata non transeunt in re iudicata, priora uero testimonia vim suam integram conseruabunt, & cum his, quae superuenierint coniungi poterunt ad faciendam plenam probationem.

Quamuis enim perempta instantia, pereant acta ordinaria, quae instantiam illam respiciunt, ut fidei iussoris datus, citatio, lites contestatio, & id genus alia, l. properandum. §. si quidem. ubi Bartolus, & alij §. de iudicij. l. cum lite mortua. ff. iudicati solui. ea tamen acta, quae concernunt lites decisionem, ut sunt confessiones, attestations publicae & coram iudice, & similia tendentia ad probationem iuris, & merita causae, non pereunt. l. iubemus. §. de liberali causa. l. properandum. §. ult. §. de iudi. & propterea fidem faciunt in alia instantia, & causa tendente ad eundem effectum cum prima. ita singulariter, & uere docet Alexander consi. 57. incip. Visa petitione. li. 1. notant communiter canonistae in c. causam qua. cl. 1. extra de testibus, & doctores in l. is apud quem. §. de edendo. & haec est uera, communis, & us recepta sententia, quam profitetur, quos praecitato loco adducit Alexander.

In hac causa cum agitur contra defunctum, plenior & clarior probatio exigenda est, quam cum proceditur contra uiuentem, & ratio in promptu est, quia defunctus se defendere nequit, quare in praecitata instructio Abulensi anni MCCCCXCIII. c. 4. rectissime statutum est, ut absq; plena probatione ad damnanda memoria & fama defuncti procedatur.

Tametsi uero sufficiens probatio habeatur contra aliquem defunctum ad eius famam, & memoriam condemnanda, nihilominus tamen non debet fieri bonorum sequestratio: quia cum sint iam apud tertios possessores, non debent illis spoliari donec defunctus fuerit haereticus declaratus, & possessores bonorum in iudicio uicti atq; hoc est iuris rationi consonum ut recte testatur si adriliana instructio an. MDLXI. c. 61.

Cum reus moritur priusquam eius causa esset absoluta, & finitus processus, quamquam ille confessus esset, si tamen talis confessio non plene satisfacerebat depositionibus contra eum in processu habitis, & praeterea uiuens non poterat ad reconciliationem recipi, similiter id notificandum est filijs, aut heredibus eius, aut alijs quorum interese eum defendere, & illis defendere uolentibus, danda copia est accusationis, & testificationis, ut supra dictum est. et quicquid legitime ad defuncti defensionem proposuerint, audiendu, et ad mirandum est. huic spectant tradita per Aretinum in §. interdum. in si. de heredi. qua ab intest. deseritur.

His ita positis, et rite obseruatis, aut absoluendus est defunctus, aut contra memoria eius, & fama condemnanda: si absoluendus fuerit, sententia absoluta publice pronuntiari debet, idq. optima ratione fieri oportet, quoniam cum captum est procedi contra defunctum, publica edicta proposita fuerunt, ex quibus constitit populo, quod inquisitores procedere uolebant

Etiam absolute fundato tractari de nouo causa potest, si probationes superueniant.

Acta in uo iudicio in alio faciunt fide.

Cetera defunctum plenius exiguit probatio, q. contra uiuentem.

Bonorum sequestratio cur non fiat.

Si reus moriatur antequam eius causa finitur, quid agendum.

Cum defunctus est absolueus quali ter sit sententia pronuntianda.

Ob non e...

Ob non e...

Ob non e...

Ob non e...

Ob non e...

Ob non e...

Ob non e...



Statua defun-  
cti ab solu-  
ti non est pro-  
ducenda.  
Statua defun-  
cti damna-  
nda  
est in publica  
fidei actione.

Statua defun-  
cti damna-  
ri traditur.  
curia secula-  
ri traditur.

Statua eius  
qui se occi-  
dit an produ-  
cenda.

Vfus produ-  
cendi statuas  
in sancto offi-  
cio.

ad damnandam famam, & memoriam ei usque ut er-  
go quoquo modo fieri potest famam restituitur, pu-  
blice nuntiandus est absolutus.

Ceterum hoc casu nec defuncti statua in publicum  
producenda est nec errores de quibus accusabatur,  
nominatim referendi sunt, cum probati non fuerint.  
atque hoc rectissime ut cetera sancit Madrilian-  
na instructio anni MDLXI. c. 6.

Contra vero fiet si damnata fuerit defuncti me-  
moria: nam in primis imago seu statua eius, qui da-  
natur, in publicum produ- enda est (cui maioribus  
characteribus descriptum affigitur nomen illius de-  
functi, cuius memoria damnatur) & praeterea co-  
ram illa, ac si defunctus ipse vivens, et praesens,  
esset, recitantur omnes articuli heretici seu ha-  
reticales, facta ite seu opera hereticalia, quae legiti-  
me probata fuerint contra defunctum, eo modo quo ge-  
sta sunt ab illo, qui damnatur, sicut in concilio Constā-  
tientiensi factum fuisse videmus, & observatum contra  
Joannē Vicleff, cuius memoria damnata fuit, &  
articuli eius reprobandi se. 8. ut paulo post apparebit

Hec defuncti statua per sententiam curiae secula-  
ri traditur, quam iudex secularis deinde comburit,  
ac combussisset defunctum illum si vixisset, & per-  
tinax decessisset.

De illo, qui in carcere pro haeresi detentus, se ip-  
sum interfecit, dubium videtur, an eius statua pro-  
duci in publicum debeat, & curia seculari tradi: et  
verius quibusdam apparet illius velut impenitentis  
statuam in publicam actionem producendam, et  
curiae seculari tradendam: quod Ioannes Roias as-  
seruit trac. de haeret. par. 2. assertione 14. nec ratio-  
ne id caret: nam conscientia criminis sibi mortem con-  
seuisse putandū est, & eo ipso crimen confiteri vi-  
detur, ut Cynus scripsit in l. 2. c. de his qui testa-  
mon. facere possunt, q. 4. & Godesialus tract. de he-  
ret. q. 22. nu. 1. & Simancas de catho. instit. tit. 18.  
nu. 1. & Montalvus in legibus Hispanis septipar-  
ti is, partita 7. tit. 1. l. 24. & ceteri per hoc relati.

Quare nisi filij aut heredes eius qui se interfecit  
aut alij quorum interest, probauerint rem non  
se interfecisse criminis conscientia (quod equidē in-  
dizio meo difficulter probari potest) ille perinde pu-  
nietur, ac si eius haeresis plene probata fuisset, quod  
re. Te precitato loco Simancas sensit.

Atque hoc ipsum Simancas, & Ioannes Roias lo-  
cum habere consent in eo, qui post plenam confessio-  
nem sibi manus intulit: nam eius confessio post necē nō  
valebit ad eum excusandum aut tuendum: nam, &  
Iudas confessus fuit crimen, quia tamen laqueo se  
suspendit, neque confessio neque penitentia quid-  
quam ei profuit, cap. Iudas, & cap. nihil. de penit.

Quod sit queras, an quae de statua producenda,  
& relaxanda seu tradenda curiae seculari, & com-  
burenda praediximus, alio iure sunt constituta, re-  
spondebo, id mihi non constare, nec videri rem admo-  
dum antiquam, ut dixi supra super. 13. modo proces-  
sum si dei terminandi, circa finem: iure enim solum  
caueatur, ut defunctus exhumetur eiusque ossa ec-  
clesiastica sepultura priuentur. c. quicumque, de ha-  
ret. li. 6. & in concilio Constantiensi, sessi. 8. nihilo-  
quimus tamen res est valde apta ad defunctorum me-

moriam damnandam, & timorem incutiendum: id est  
in hoc, ut in ceteris, quae lege definita non sunt, con-  
suetudo sancti officij pro lege seruanda est, nec sine  
periculo hoc rejicere liceat, ut improbare, sicut latius  
alibi de hoc differendo, ostendimus.

Sed proponamus iam tandem formulam senten-  
tia pronuntia idē contra huiusmodi defunctos, &  
omissis ceterisque referri possent, de quibus Zan-  
chinus trac. de haeret. c. 41. & Repertorium inquisi-  
sit, verbo, sententia, §. supra visum est, illam omni-  
no recessere placuit, quam protulit concilium Con-  
stantiense sessi. 8. contra Ioannem Vicleff, unde  
totus ordo procedendi contra haereticos defunctos  
colligi potest. ea vero ita habet.

**Sententia damnationis doctrinae Ioannis  
Vicleff, & articulorum qua-  
draginta quinque.**

**F**idem catholicam, sine qua (ut ait Apostolus) Heb. 11.  
impossibile est placere Deo, a falsis eiusdem  
fidei cultoribus, immo peruersis impugnatori-  
bus, & per superbam curiositatem intendenti-  
bus sapere quam oportet, mundi gloriam cupis-  
sibus, oppugnatam sapientiae, & contra illos per fi-  
deles Ecclesiae milites spirituales opposito scuto  
fidei defensatam fuisse, sanctorum Patrum scri-  
pturis atque gestis instrumur. Haec quippe bel-  
lorum genera, in bellis carnalibus. Israelitici po-  
puli aduersus gentes idolatras praesignata fuerunt.  
In his itaque spiritualibus bellis sancta Ecclesia  
catholica in fidei virtute superni luminis radijs  
illustrata, Domino prouidente, & sanctorum pa-  
trocinio opem ferente, semper immaculata, per-  
manens, erroris tenebris velut hostibus profuga-  
tis, gloriosissime triumphauit. Nostri vero tem-  
poribus vetus ille, & inuidus hostis noua certa-  
mina (ut probati temporis huius, manifesti sunt)  
succitauit, quorum dux, & princeps exitit quon-  
dam Ioannes Vicleff, pseudo Christianus, qui  
dam viceret, aduersus religionem Christianam, &  
fidem catholicam pertinaciter asseruit, & dogma-  
tizauit plures articulos, quorum X. V. huic pagi-  
nae duximus inserendos, haecenus ibi.

Et mox concilium subdit nominatum, & expres-  
se articulos hereticos, & erroneos eiusdem Ioannis  
Vicleff, & condemnationem eorum, & ceterorum  
tractatum, & librorum eiusdem: inde vero eum pro-  
nuntiat hereticum, & memoriam eius condēnat, &  
ossa ipsius exhumari mandat in haec verba.

**E** Insuper quia auctoritate sententiae, & decreti  
Romani concilij, mandatoque Ecclesiae, & sedis  
Apostolicae, datis dilationibus debitis processum  
fuit super condemnatione dicti Ioannis Vicleff  
& suae memoriae, edictis propositis, denūciationi-  
busque, ad vocandum eos, qui eundem, siue eius me-  
moriā defendere vellent, si qui penitus exister-  
rēt. Nullus vero comparuit, qui eundem, siue eius  
memoriā defenderet. Examinatis insuper testi-  
bus super impenitentia finali pertinaciaque dicti  
Ioannis Vicleff, per commissarios deputatos p-  
dominium Ioannem Papam, modernū, & hoc co-  
cilium

Heb. 11.

Forma  
concilij  
Romani  
sig. haeretic.



cessum, seruatisq; ieruandis, vt prout in tali ne-  
gono postulat ordo iuris, de eius impunitia ac  
finali pertinacia per euidentia signa testibus le-  
gitimis comprobata, fuit legitime facta fides. Pro-  
pterea instante procuratore fiscali, edictoq; p-  
posito ad audiendum sententiam ad hanc diē, hęc  
sancta Synodus declarat, dilinit, & sententiat,  
eundē Ioannem Vvicleff fuisse notorium here-  
ticū, pertinacem ac in heresi decessisse, anathe-  
matizando ipsum patrem, & suam memoriā con-  
demnādo, decernitq; & ordinat corpus & eius  
ossa (si ab alijs fidelibus corporibus discerni pos-  
sint) exhumari, & procul ab Ecclesia sepultura  
factari, secundū canonicas, legitimas sanctiones.  
hęc ibi. *Quæ omnia mutatis mutandis, paucisque ad-  
ditis & detractis, pro causa varietate, facile pote-  
runt quibusuis defunctis damnandis accommodari.*  
*Atque ex his omnibus copiose, nisi fallor, explicata  
remanēt quæcūq; in hac causa desiderari possūt.*

Quoniam vero contingere solet, vt cum he-  
reticus quispia vel heresiarcha vel viuens vel mor-  
tuus condemnatur, domus quoque eius seu turres, et  
habituacula, in quibus ille hereticus aut heresi-  
archa conuenticula, & congregationes perfidie ce-  
lebrauerat, diruantur penitus, & solo aequetur, ne tā-  
tē impietatis vllum remaneat vestigium: propterea  
hęc etiam formū a se uentis di- uendarum domum,  
que ab Eymérico ubiq; fuit omissa, suppleri debuit:  
ea vero ita habet:

**Formula sententię, qua domus, in quibus  
heretici reperti sunt, aut conuenticula  
celebrantur, dirui iubentur.**

**C**VM fida testium relatione, aut facti  
euidencia, vel propria cōfessione reo-  
rū nobis constiterit legi time, in tali domo  
seu turri ipso domino sciente, & dissimulā-  
te, aut non impediēte, hereticos sua con-  
uenticula legibus verita celebrasse, aut eos-  
dem esse receptos, aut dānata, & falsa dog-  
mata prædicasse: idcirco vt locus ille, qui  
fuit receptaculum, & latibulū hereticorū,  
sit infordium putredinumque receptionē,  
ob detestationē tāti criminis perpetuo de-  
putatas, auctoritate, qua fungimur pronun-  
tiamus, præcipimus, & iubemus, præfatam  
domum funditus dirui, & solo equari, sine  
speræ adificatiōis in futurum; pronuntiā-  
tes amplius, & declarātes, omnes lapides,  
rudera, & cœmenta inde amota ad fiscum  
nostrum pertinere. Ita fere Zachinus trac. de  
heret. ca. 41. & Repertorium inquisitorum verbo  
sententia. §. aliud genus sententię.

Hęc pœna diruendarum domuum in detestationē  
huius criminis multis Ecclesię sanctionib. continē-  
tur: nā in concilio Tolosano anno D. MCCXXIX.  
contra hereticos celebrato, cap. 5. ita scriptum est:  
Illam autem domum, in qua fuerit inuentus hæ-

**A**reticus diruendam decernimus, & locus ipse siue  
fundus confiscetur. *Et paucis post annis in conci-  
lio Biterrensi c. 3. idem est plenius cautum his ver-  
bis:* Domos etiam in quibus inuenti sunt vel fue-  
rint heretici viui vel mortui, vestiti seu damnati  
scientibus, & consentientibus dominis domorū  
existentibus legitime ætatis, dirui faciatis, & bo-  
na omnium ibidem tunc habitantium confisca-  
ri: nisi suam innocentiam, & iustam ignorantia  
probare potuerunt manifeste. *hactenus ibi. Et nō  
multo post tempore Innocentius Quartus hoc ip-  
sancit rescripto quodam incipiente:* Ad extirpan-  
da (cuius archetypus extat in inquisitione Bononię  
si) §. Domus, autem. in hæc verba: Domus autem  
in qua repertus fuerit aliquis hereticus vel here-  
tica sine vlla spe reedificandi, funditus destrua-  
tur, nisi dominus domus eos ibidem procuraue-  
rit reperiri. Et si dominus illius domus alias  
domos habuerit contiguas illi domui, omnes il-  
la domus similiter destruantur. *hęc ibi. Eandem  
hanc pœnam confirmauit et declarauit idē Inno-  
centius paucis post annis per Bullam incipientem, Cū  
in constitutionibus. quam inseruimus in sine hu-  
ius operis, de quo plenius disserui alibi: interim vi-  
deto Zachinum in trac. de heret. c. 39. vbi Cam-  
pegius. & c. 50. Repertorium inquisitorum, verbo,  
domus. & Simancas de cath. instit. tit. 36. num. 88.  
& seq.*

Illud hic addiderim, solere quandoque aream di-  
ruta domus sale conspergi ob sterilitatem, cum di-  
rorum prolacione ac interpretacione verborum, vt  
pulchre docet Bernardinus Miedes vir varia lectio-  
ne li. 2. commentariorum de sale. num. 43. & alibi  
in eodē opere, quod tamen nullo iure (quod ego le-  
gerim) cautū sit, nihilominus laudabiliter iudicio no-  
stro poterit in detestationem huius criminis vstipa-  
ri. q. cum fieri decreuerint inquisitores, in sententia  
appouendam curabunt; videlicet vt & domus di-  
ruatur, & solum sale conspergatur.

**D** Postquam autem domus vel turris diruta est et  
solo equata, vt perpetuū extet infamie ac iustæ pu-  
nitionis monumentū, in eadem area siue solo soli-  
dus lapis vel marmorea columella quatuor aut quin-  
que pedibus alta erigitur, incisis in ea maiusculis  
quibusdam characterebus continentibus nomen do-  
mini domus, destructionisque causam indicantibus  
& tempus significantis, sub quo Romano Ponti-  
fice, & sub quo Imperatore vel Rege imperare res  
acta est. cuius rei nostris diebus celebre monumentū  
extat in Hispania in illustri oppido de Valladolid,  
Vbi anno Domini MDLIX. Augustinus Cazala  
tametsi conuersus & penitens velut dogmatista  
traditus fuit curiæ seculari, & domus eius diruta;  
in cuius nunc area, columella apposta cernitur, rem-  
gestam, sicut prædiximus, indicans.

Quæstiones autem varias, quæ dū huiusmodi do-  
mus dirui iubentur, incidere possunt, explicui copia  
se in commentarijs concilij Biterrensis, c. 35. quos  
(si Deus conceaserit) proxime edemus. interim vide  
Albericum de Rosate trac. de statutis par. 3. quæst.  
46. & seq.

area diruta  
domus sale  
conspergitur.

In area diru-  
ta domus co-  
lumbella erigi-  
tur, & getta  
indicans.



An Inquisitor possit procedere contra Blasphemos, Sortilegos, Nectromanticos, &c.



Vadagesima quarta quæstio est: Vtrū inquisitor possit procedere contra blasphemos, sortilegos, necromanticos, per annum excommunicatos, apostatas, schismaticos, neophytos ad priorem perfidiam reuerfos, Iudæos, & infideles ceteros, in terris Christianorum conuersantes, demones inuocantes, seu aliâ fidē catholicam peruersis dogmatibus corruptentes?

Respondemus, q̄ ad hoc responsum est in secunda parte in 41. q. & sequentibus, in qua de his sunt formatæ specialiter quæstiones: videatur ibi.

## COMMENT. XCIII.

Cum auctor hoc loco non proponat materiã huius quæstioni ex proposito disputandam, cum multis eam explicauerit supra parte 2. quæsti. 41. & seq. ut ipsemet testatur, frustra hic repetetur, quæ copiose sunt à nobis illis locis declarata. vide Tabiensem in summa verbo, inquisitor. §. 28. vbi consentit cum Emerico.

## QVÆSTIO XLV.

Cōtra quos generaliter ex officio suo possit inquisitor procedere.



Vadagesima quinta quæstio est: Inquisitor contra quos generaliter ex officio potest procedere, & teneri?

Respondemus, quòd potest procedere cōtra de heresi suspectos, de heresi diffamatos, hæreticos, credentes, receptatores, defensores, fautores, ac officij impeditos, ac directe, vel indirecte retardatores.

Relat. supra pag. 104.

De hæreticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hæreticorum, habetur in c. Excommunicamus itaque. in §. credentes. de heret. Sed de omnibus his, ac etiã de diffamatis, & suspectis, habetur expressius in c. Vt officium. in principi. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt officium inquisitionis cōtra hæreticos in Prouincia, in qua vobis idem officium est commissum, auctoritate Apostolica possitis efficacius adimplere, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in præfata Prouincia simul, vel separatim, aut singulariter, (prout negotij utilitas suadebit) cōtra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, nec non cōtra infamatos de heresi, vel suspectos iuxta sanctiones canonicas, (hominū metu diuino timori postposito) procedatis.

Relat. supra pag. 129.

De impeditoribus officij, seu retardatoribus habetur in litteris Clemētis, & Urbani IIII. quæ

incipiūt. Præ cunctis, in §. ceterum. vbi dicitur sic: Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscumque conditionis huic negotio vobis commissio se opponere, seu illud præsumperint aliquatenus impedire, vt nō possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium, & posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos tamquam hæreticorum fautores, & defensores, secundum sanctiones canonicas freti eidem auctoritate intrepide procedatis.

## COMMENT. XCIII.

Omnis, cōtra quos procedere potest inquisitor, breuiter complexus est hic Emericus, quem Tabiēsis sequitur in summa verbo, inquisitor. §. 28. Ego verò vt vno verbo rem late patentem comprehendam, dico inquisitorē posse procedere in hac causa contra omnes, paucis quibusdam exceptis, qui ab eius iurisdictione iure eximuntur, quales sunt Episcopi, & officiales Papæ, & similes de quibus paulo antea dictum est. quamuis enim inquisitor nō sit iudex ordinarius, sed delegatus specialiter ad causam hereticam prauitatis tractandam, nihilominus tamē in Prouincia sibi decreta datus est contra vniuersitatem personarum in ea causa, ut optime Seminarius scripsit in c. ne aliqui. de heret. lib. 6. ergo contra illos omnes procedere poterit, qui excepti non reperiuntur. hanc tamen latetatem potestatem iudicij, & prudentia gubernare debet, vt alibi diximus.

## DE MODO PROCEDENDI.

## QVÆSTIO. LXVI.

An Inquisitores plures in eadem Prouincia delegati procedere possint vnus sine altero.

Vadagesima sexta quæstio est: Vtrum vnus inquisitor possit procedere sine alio Inquisitore, quando sunt duo in eadem Prouincia, & sunt communiter auctoritate Apostolica delegati?

Respondemus quòd sic, vt patet in c. Vt officium. in principi. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt officium inquisitionis contra hæreticos in Prouincia, in qua vobis idem officium est commissum, auctoritate Apostolica possitis efficacius adimplere, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in præfata Prouincia, simul, vel separatim, aut singulariter, (prout negotij utilitas suadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, nec non cōtra infamatos de heresi, vel suspectos, iuxta sanctiones canonicas (hominū metu diuino timori postposito) procedatis.

## COMMENT. XCV.

Ex tota hac quæstione una cōclusio præcipue colligitur, videlicet, Inquisitores simul & separatim procedere possunt quorūcūq; cōtingit duos esse in eadem Prouincia consuetos. e. Vt officium. de heret. lib. 6. quo auctor utitur hic ad probandam suam sententiam.



sententiam : rationem vero huius assertiois pulchram, & veram docet Ancharanus in d. c. vt officium, quoniam habent, inquit, iurisdictionem in solidum, in quo sunt similes ordinarijs.

Decuit autem ita constitui in fidei fauorem, vt liberi fidei negotia tractarentur, & per plures heretici extirparentur, vt tradit Panormitanus in cap. fin. de re iud. & copiose Carrerius tract. de heret. nu. 69. vers. & dicit Panormitanus. nu. 94. vers. Et nota de istis Inquisitoribus. cum Eymérico sentit etiam Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 25.

Quamuis autem simul, vel separatim procedere valeat, reus tamen hereseos non punietur ab omnibus, sed ab vno. Angelus in l. si pluribus. in principio, vers. propterea dixit. ff. de leg. 1. Guido de Suzaria in l. si qua postea. ff. de iudi. Carrerius in d. tract. de heret. nu. 94. in fine. neq; enim iustus est eodem delicto quempiam pluribus penis affici, cum ab vno legitimo iudice sufficienter fuerit punitus.

Sed obiter est hic nobis diluenda pulchra difficultas, An Inquisitores Provinciarum, & diocesum, qui quodammodo vt iudices generales videntur vniuersalè habere iurisdictionem, saltem ratione personarum, vt alibi docuimus, possint procedere contra eum, contra quem à Papa specialis datus est Inquisitor, & omisis multis, breuiter respondeo, nõ posse, quia summus Pontifex causam alicuius delinquentis alicui specialiter committendo, censetur ad se, seu ad specialem iudicem datum aduocare, & ideo videtur potestas procedendi alijs interdicta. Decius consi. 137. in principio facit textus in cap. vt nostrum. de appellatio. & in cap. studiuisti. de officio delegat. sequitur Ludouicus Carrerius tract. de heret. num. 83. vers. item non potest procedere. atque hæc sententia vera videtur etiam si alij Inquisitores procedere incæpissent : quia suspensa censetur eorum iurisdictione per specialem commissionem à Papa factam.

Verum qui constitutus est Inquisitor specialis, vti poterit omnibus actibus & inuētis ab alijs Inquisitoribus, quos si necesse fuerit, poterit compellere ad exhibendum sibi omnes processus, scripturas, inquisitiones, testium depositiones, & cetera que fortassis iam fuerunt contra reum per alios Inquisitores inuenta. per textum, in capit. vt commissi. vers. necnon de heret. lib. 6. & dixi supra super q. 39. quamuis modestius sit, ut hoc faciat superioris auctoritate, quando specialiter in litteris sue commissionis non est sibi hæc facultas tributa.

Postremo tamen hoc mihi addendum videtur, quod si Inquisitor specialis vel ob malitiam, vel ob alias causas aut non procedat, aut non recte, & diligenter vt decet, procedat aduersus eum contra quem habet potestatem, tunc si periculum aliquod inde probabiliter fidei imminere videatur, alij Inquisitores fideliter tenerentur rem Romano Pontifici indicare, vt is quid factu opus sit, statuat.

Q V A E S T I O XLVII. An Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore procedere possit.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1. Quatuor per se potest Episcopus sine Inquisitore & contra, citare, arrestare, & c.
- 2. Et tria non potest vnus sine altero : & quæ.



Vadragesima septima quaestio est : Vtrum Inquisitor possit procedere sine Episcopo siue diocesano ordinario, & Episcopus sine Inquisitore?

Respondemus q; sic : nisi in tribus casibus, in quib; vnus sine alio non potest, vt patet in c. Multorum. in prin. de her. in Clem. vbi dicitur sic :

1. Multorum querela. & infra : Vt negotium inquisitionis huiusmodi, prosperetur felicitus, quò deinceps eiusdem labis indago solemnius, diligentius & cautius peragetur, ipsum tam per diocesanos Episcopos quam per Inquisitores à sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cuiuslibet comodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri : sic q; quilibet de prædictis, sine alio citare possit & arrestare, sine capere, ac tutæ custodiæ mancipare : ponendo etiam in compedibus, vel manicijs ferreis, si ei visum fuerit faciendum : super quo ipsius conscientiam oneramus : Necnon inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundum Deum & iustitiam viderit expedire.

Relat. supra 111.

Quæ possit Episcopus sine Inquisitore & Inquisitor sine Episcopo.

2. Duo tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad penam, quam ad custodiam videatur : vel tormentis exponere illos : aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano, aut eius officiali, vel Episcopali Sede vacante capituli super hoc delegato : si sui ad inuicem copiam habere valeant, intra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisierint, non valebit : & si secus præsumptum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure.

Et quæ non possit vnus sine altero.

Quod autem vnus sine alio procedere ad sententiam non possit, ante istam Clementinam iam erat cautum in c. Per hoc. de heret. lib. 6. sed perfectius habetur hic in c. Multorum allegato.

COMMENT. XCVI.

Quod inquisitores & Episcopi possint simul et separatim procedere, etiam eauit Urbanus VIII. rescripto quondam incipiente : Licet ex omnibus. §. non obstantibus aliquibus, vers. nec prætextu commissionis. quod est impressum inter litteras Apostolicas in fine huius operis.

Verum tamen neque in eo rescripto, neque in cap. per hoc. de heret. lib. 6. qua ratione id esset intelligendum, declaratum fuit, & cum nõ modica difficultas in hoc versaretur, cum sæpe cõtingeret super eadem causa & eodem reo diuersos processus per Inquisitorem & Episcopum fabricari, indeque dubia non parua oriebantur, Benedictus XI. extragenti quadam incipiente : Ex eo. relata ab Eymérico par. 2. qualiter id esset accipiendum, declarauit. de quo agit paulo post Eymericus.

Inquisitor sine Episcopo, & vice versa Episcopus sine Inquisitore potest procedere.

In hac vero quaestione illa sunt in primis obseruanda, quæ possunt facere Inquisitores sine Episcopis, & vice versa. de quibus Repertorium Inquisitorum,

O o verbo



verbo, Inquisitor. §. in quibus possit. Locutus in ope  
re iudiciali verbo, Inquisitor. n. 2. Carverius tract.  
de heret. nu. 77. versic. item prohibetur carere,  
Zanchinus de heret. c. 8. Albertinus tract. de agnos.  
assertio. q. 23. nu. 62. Bernardus Comensis in lucer-  
na, verbo, Inquisitor. §. 13. & verbo, capere. §. pe-  
nult. & alijs, quos omitto consulto.

## QV AESTIO XLVIII.

An sententiam pro delato diffinitivam  
ferre possit Episcopus sine In-  
quisitore, & e contra.

## SYM MARIUM.

- 1 Sententiam absolutoriam ferre potest Episco-  
pus sine Inquisitore: & versa vice, Inquisi-  
tor sine Episcopo.
- 2 Quid de antiquo iure poterant Episcopus &  
Inquisitor.
- 3 Idem cum Emerico tenent Ioann. And. &  
Paulus.



Vadragesima octava qd est: Vtrū In-  
quisitor possit procedere sine Episco-  
po, & Episcopus sine Inquisitore, ad  
sententiam diffinitivam, quando est  
ferenda pro delato & non e contra?

- Supra pag. III. Sententiam pro delato ferre potest Inquisitor sine episcopo, & contra.
- 1 Respondemus quod sic: iuxta c. Multorum. de heret. in Clem. & in quest. supra proxime allegata. Nam exponendo tres casus, in quibus non potest vnus sine alio, vt dictum est, dicit sic: Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad poenam, quam ad custodiā videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiā procedere cōtra eos, &c. Ergo sicut vnus sine alio potest tradere carceri, qui non magis ad poenam, quam ad custodiā videatur, & sic quotidie: ita procedere potest ad sententiā pro eis: quia à iure veteri non recedimus, nisi in quantum inuenitur expressum in iure nouo.
  - 2 De iure autem antiquo vnus poterat per totum sine alio: de iure autem nouo sunt expressi tantum tres casus prædicti, in quibus non potest vnus sine alio, de quorum numero non est iste de quo queritur: igitur remanet ius antiquum, per quod vnus potest sine alio.
  - 3 Istius intentionis est Io. And. in c. supra alleg. Multorum. in verbo, contra eos. Paulus et idē dicit super eodem c. & ver. Zenzellinus nihil dicit, nec Guillermus de Monte Laud. in glo. suis.

## COMMENT. XCVII.

Vna est conclusio affirmatiua, videlicet: Episcopus sine Inquisitore, & vice versa, Inquisitor sine Episcopo, quoties reus est absoluendus, potest sententiam absolutoriam promulgare.

Hæc conclusio valde est dubia & controuersa in ter doctores vtriusque iuris ob rationes nec vulgares nec infirmas, quæ hinc & inde afferri solent. mihi tamē breuitati studētī satis erit more meo summa

verum capitū tringere, & communiora atque certiora prescribere, ne uel lectori defuisse videatur, uel lucem huic questionī detrahasse.

Ac primum hoc statuendum est in hac lite dirimenda, non esse priuatas inquisitionum quarumlibet sanctiones inspiciendas, quibus sæpe ex causa id caueretur quod iure communi & communibus Doctorum dictis videretur aduersum.

His positis, hæc Emerici sententia cōis est, quæ sequuntur illustres vtriusque iuris inter pretes, Ioannes And. hic ab Emerico relatus in Clem. multorum. de heret. in glossa super verbo, contra eos. Paulus de Leazaris, Zabarella, Parormitanus, & alij

in dicta Clem. multorum, quos sequuntur Tabieffis in sum. verbo, Inquisitor. §. 1. in fine. Iason in l. 3. ff. de re iudicata. Decius in l. nemo qui condennare. ff. de reg. iuris. & alij in rubr. ff. de acquir. poss. vbi late solet hæc questio à iuris peritis nostris disputari. Camillus Campegasus apud Zanchinum c. 8. versic. diffinitiuam. Bonifacius Vitalinus in dicta Clem. multorum. nu. 173. & 174. Carverius tract. de heret. num. 72. versic. in præmissis autem quarendum est. vbi tandem videtur Ioann. And. sequi. Zanchinus de heret. c. 15. nu. 2. idem videtur uelle Archidiaconus in cap. vt officium. de heret. lib. 6. Franciscus Bursatus consil. 24. incipiens. Qui dam notans. nu. 3. ubi hanc dicit esse communiorē opinionem Canonistarum. & Emerici hoc asserit tum hic, tum supra 3. par. in primo modo processum fidei terminandi num. 144. versic. circa istum. & alij quos esset longum singulatim recensere. quorum vnanimis sententia est, posse Inquisitorem sine Episcopo, & vice versa sententiam absolutoriam pronuntiare, cum nihil est aduersus aliquem legitime probatum.

Oppositam sententiam profitentur Ancharanus in dicta Clem. multorum. & nonnullis iuris civilis interpretes. Arctinus, & Bariholaemus Socinus in rubr. ff. de acquir. poss. & Marianus Socinus ibidē nu. 66. & multis seq. quos sequitur Simancas de cath. inst. tit. 3. nu. 9. & in adnotationibus ad Zanchinum cap. 1. & alij quidam, sed longe fortassis & numero, & auctoritate superioribus inferiores.

Ac plane sententiā prior summo iure uerior uidetur, et multis rationib. cōfirmatur. Primum, quia hoc non est nominatim interdicitum: rursus, quoniam favorabilior est absolutio, quam cōdemnatio, causa: præterea, ob rationem quæ hic ualde subtiliter asserit Emericus, quæ robore, & firmitate ceteris præpōderat, uidelicet, quia à iure veteri non recedimus, nisi in quantum prohibitiū, correctiū, seu emendatum inuenimus, semper enim censetur in suis terminis permanere, nisi correctum inueniatur. aut ibi, de non alienan. aut permutan. rebus ecclesiast. §. finalis; quod enim non mutatur, stare non prohibetur. l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. de appellat. & notatur in cap. ad nostram. de regula manifestū est autem de iure veteri saltem Episcopos per se potuisse totum negotium tractare, & definire, neque hodie contrariū est sancitum in absolutio: poterit ergo proculdubio absolvere solus Episcopus aut Inquisitor. Postremo si rectè inspiciatur ceteris in dicta Clem. multorum. de heret. aperitissimè



videbitur hanc sententiam probare, inducendo illa, sicut hac ipsa questione inducit Emericus. id est videtur posse colligi ex rescripto Urbani IIII. Preterea cum dicitur: Si vero relato ab Emerico par. 2. sed manifestus ex rescripto Cemenis VII. incipiente: Cum si cur. relato in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. cuius verba sunt: Contra huiusmodi exceptos, usque ad sententiam diffinitivam, ad quam ferendam (si fuerit condemnatoria) cum consensu ordinarij procedatis. hec ibi nam illa verba, si fuerit condemnatoria: indicare videntur, quod in absolutoria consensu ordinarij non requiratur.

Ex his omnibus apparet priorē sententiam re-riorem esse, & propterea fortassis non erraret, qui eam in praxi vsurparet. ceterum posterior opinio tutior est: non enim quidquid iure permittente fit, id semper tuto fit. quare salubrius & tutius erit etiā in absoluendo mutuum consensum vicissim requirere, sicut in condemnando, ne quid unquam incautum in hac causa committatur, cum maturus, & sanus sit id consilium, quod plurimorum sententijs roboratur, ne que aliter faciendum consulerem.

An autem eodem modo solus Inquisitor vel solus Episcopus possit parentibus aut suspectis abiurationem indicare, grauis est controuersia, & Antonius de Penadalijs responso quodam de hac re edito, cui subscriperunt illustres iurisperiti, quos refert, & sequitur Canpegius apud Zanchinum cap. 8. versicu. diffinitiuā. auidaciter tenuit abiurationem fieri posse coram sola Inquisitore, quod solus inquisitor potest abiuratum absoluerē, & penitentiam ei imponere.

Primum, quia tunc sententia ferri dicitur contra aliquos in hoc crimine, cum hæretici pertinaces, aut impenitentes, aut relapsi declaratur, et ita declarati traduntur seu relinquuntur curiæ seculari: at cum indicitur abiuratio redeuntibus ab hæresi vel suspectis, non videtur sententia ferri contra illos, sed pro illis, cum absoluantur a censuris, & Ecclesia reconciliantur. postremo quoniam redeuntes non dicuntur hæretici, nec in sententia hæretici pronuntiantur. In eandem sententiam adducit pleraque alia Bernardus Comensis in lucerna verbo abiuratio. §. 4.

Verum tamen quauis summo iure hac fortassis sententia defendi possit, vt indicam supra in hac tertia parte super primo modo processu fidei terminandi. §. talis enim. at contraria tutior est, & securior, & vsu recepta, quā etiā non obscure insinasse videtur Innocentius IIII rescripto quodā incipiente: Tūc potissimum §. si vero aliqui. relato inter litteras Apostolicas ubi ita scriptum est: Si vero aliqui heretica laicea unitate, eis iuxta formam Ecclesiæ consultis diceclæis, eidē bñficiū abolutionis impediens, iniūg solum quod iniungi talibus consueuit hæc tenetur. Iaque consultius facturos putare Inquisitores, vt semper in his exigant Episcoporum consensum, vt sine illo erroris periculo, & abiuratio, & pax imponitio statnatur. mea hæc est planē opinio, has sententias quibus redeuntes compelluntur ad abiurandum, propriè non posse dici absolutorias, & profecto magis participant de condemnatorijs, ac proinde non debere ferri per solum Episcopum,

A aut Inquisitorem. Et hanc sententiam videtur tueri Bernardus Comensis in Lucerna Inquisit. verbo, absoluerē. nu. 2. vers. Aliqui tamen.

Neque obstant rationes in contrariū allatæ. Primum enim verissimè dicere possumus, non modo ferri sententiam contra aliquos, cum illi curia seculari ad iudicantur, verum generaliter contra eos pronuntiarī dicitur, quoties non absoluitur, & penitus liberantur, quod videtur verius iam in proposita causa; quis dicat eum omnino absolui, qui per abiurationē obligatur ad penas relapsi debitas? neminē sanè credo id aucturū. Nec obstat secūda ratio: falsum enim est redeuntes ab hæresi non pronuntiarī in sententia hæreticos, vt abundè docuimus supra in hac 3. parte super octauo modo processum fidei terminandi, traditque Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 5.

In indicēda canonica purgatione hoc ipsū existimo obseruandū; idque multo etiā magis, cum canonica purgatio sit res valde periculosa de quo vide quæ dixi supra super 2. modo processu fidei terminandi.

Sit ergo hoc apud nos exploratū, non modo in ferendis sententijs, quibus hæretici brachio seculari relinquuntur, verum etiā in abiurationibus quibuscunq; & purgationibus canonicis indicendis, omnino iudicio nostro Episcopū, & Inquisitorem simul interuenire debere, nec vnū solum hæc decerni oportere.

Atque hæc videtur quoque esse non obscura Emerici sententia, qui in praxi modorū finiēdi processus fidei, tam in indicēdis purgationibus, quam in iniungendis abiurationibus, se per meminit Episcopi, & inquisitoris, indicans hæc potius sapere naturā sententiarum condemnatoriarum, quam absolutoriarum: aliter enim vnus tantum ex sententia huius auctoris sufficere potest ipse docet hac ipsa questione.

Quod si queras, an censēda abiurationē redeuntium, vel canonicā purgationē infamatorum de hæresi, corā Episcopo tantum, aut Inquisitore tantum factam, & præstitam inuālidam esse, & nullam, an vero corā viribus consistere: respondeo primum iuxta prædicta, coram altero tantum hæc fieri non debere, hoc enim conati sumus proximè pro virili tueri.

Rursus dico, quod si vnus tantum ad abiurationem, vel canonicam purgationem quempiam admittat, talis abiuratio vel purgatio valida penitus videtur: primo quia non videtur aliquo iure nominatim cautū contrariū. præterea quia olim ante constitutos Inquisitores Apostolicos corā solo Episcopo hæc peragebantur, et veteri iure non receditur, nisi correctū inueniatur. §. fin. in aurb. de non alienan. rebus eccles. prima glos. in Clemen. prima, in verbo. contra eos. de hæret. & quod non mutatur stare non prohibetur l. sancimus, C. de testam. ergo nunc aut corā Episcopo aut corā Inquisitore, vel eorū subdelegatis plenā ad hoc potestatis habentibus, fieri hæc poterunt: nam Inquisitorum potestas non fuit data priuatiuè, sed cumulatiuè, capit. per hoc. vbi communiter Doctores, de hæreticis, lib. 6. postremo quauis aliquo pacto ex traditis paulo antea hæc vni eorū videretur esse prohibita, nihilominus putare hæc esse de genere illorū prohibitorum, quæ si fiant, facta tenent, c. 1. extra de eo qui dixit in mat. quā pol. per adult. capit. rursus, qui cler. vel nouè. capit. transmissa. de eo qui cognouit consan. vxo.

Solus Inquisitor, aut solus Episcopus non indicat canonicā purgationē.

An abiuratio facta corā Episcopo vel Inquisitore tantum, sit valida.





ris sua. ualebit ergo abiuratio facta, & purgatio canonica præstata à sciēte, & nō contradicente, uel nō appellante, coram altero tantum ex supradictis.

Ex his cōsequitur nobilis ille effectus, de quo Frāciscus Bursatus cōs. 24. incip. Quidā notarius lib. 1. si quis enim ut hereticus, aut uehemēter suspectus coram altero tantū ex prædictis abiurauerit, & postea in heresim incidisse deprehendatur, uelut relapsus tradendus erit curiæ seculari: nec poterit se tueri opponendo nullitatem seu inualiditatem abiurationis, ob id quia coram altero tantum ex prædictis facta fuerit.

Q V A E S T I O X L I X.

An Episcopus & Inquisitor possint procedere ad sententiam alter sine altero, quando nequeunt uel nolunt in eundem locum conuenire.

S Y M M A R I V M.

- 1 Episcopus, et Inquisitor possunt sibi mutuo uices suas cōmittere in his quæ neuter per se potest.
- 2 Debet unus alterum requirere quando simul cōuenire nolunt.
- 3 Quot diebus unus alterum expectare debeat.

**Q**uadragesimanona questio est: Vtū inquisitor possit procedere ad sententiā sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore: quando nō possunt, uel nolunt personaliter ad eūdem locū inuicē cōuenire?

**R**espondemus quōd si non possunt, aut nolunt personaliter ad inuicem conuenire, potest unus alteri committere uices suas: uel mittere Commissarium, seu Vicarium: uel suum significare per litteras consilium, & assensum.

**Q**uōd si noluerint, unus requirat alium, quatenus infra octo dierum spatium adueniat, uel substitutum, uel suum mittat consilium, & assensum. ita habetur in c. Multorum. de heret. in Clemen. ibi in clausula allegata supra in prox. q. dicitur ita: Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam uideatur: uel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano aut eius officiali, uel Episcopali sede uacante capituli super hoc delegato: si sui ad inuicem copiam habere ualeant infra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisierint, nō ualebit: Et si secus præsumptum fuerit, nullum sit, & irritum ipso iure. Verū si Episcopus, uel eius capituli (sede uacante) delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorundem propter præmissa nequeat, aut nolit personaliter conuenire, possit Episcopus, uel eius, seu capituli (sede uacante) delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo, uel eius delegato, seu sede uacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus super illis committere uices suas, uel suum significare per litteras consilium, & consensum.

Supra pag. 111.

COMMENT. XCVIII.

**Q**ue hoc loco traduntur nulla nostra indigent diligentiori explicatione, apertis enim in his diffinitionibus nituntur. idem docent Tabiensti in summa, uerbo, Inquisitor. §. 5. Simancas de cath. insti. tit. 34. de Inquisitoribus Apostolicis, nu. 38. adde Zabarellā in clem. 1. §. Duro tamen. de heret. & ibidem Ioannem de Imola.

Q V A E S T I O L.

Quid agendum enim Episcopus, & Inquisitor discordant.

**Q**uinquagesima questio est: Vtū Inquisitor sine diocesano Episcopo, uel Episcopus sine Inquisitore possit procedere ad sententiam, quando non possunt ad inuicem concordare, uel tunc in casu huiusmodi quid agendum?

**R**espondemus quōd non, sed tunc negotium bene instructum uterque destinet ꝑ domino nostro Papæ. Ita habetur in c. Per hoc. de heret. lib. 6. ubi sic dicitur: Per hoc. & infra: Per utroque simul sententia profertur (scilicet per Episcopum & Inquisitorem, de quibus ibi loquitur) & sequitur: In qua ferenda si non conuenierint, per utroque negotium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remittatur.

COMMENT. XCIX.

**E**x hac questione hæc colligitur certa, & uera conclusio: cum Episcopus, et Inquisitor non conueniunt in ferenda sententia: tunc non potest unus sine altero eam pronuntiare, sed causam instruat ad summum Pontificem transmittere debent.

**D**e materia huius questionis agit Zanch. tract. de heret. c. 15, nu. 2. ubi textum ab Eymérico hic citatum ex c. per hoc. de heret. lib. 6. ita uidetur interpretari, ut tunc debeant consulere Papam, cum discordant in condemnando: secus si agerentur de absolueno pœnitente: quoniam, inquit, si unus solus processit, qui cognouit, posset absolueret, etiamsi consensum alterius non haberet.

**H**ac sententia si uera est, amplissimam tribuit Inquisitoribus potestatem nobis, quibus nihil licet sine efficaci probatione, & firma ratione quidquam in rebus grauibis statuere, ita uidetur dicendum: ut generaliter siue agant de condemnando, siue de absolueno in causa discordiæ superiorum consilium debeant: quia textus in c. per hoc. nullam indicat talem distinctionem qualem Zanchinus imaginatus est. quare succedit uulgaris illa & tria in rebus regula: Quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; & quod lex generaliter loquitur, generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstandis. l. 3. ff. de offic. præsidem. cum sim. & hoc est etiam conuenientius ei sententia, quā do cuimus paulo ante super q. 58. dum assereremus etiam in absoluteione a quibus, & tutius esse, ut unus sine altero non procedat.

**N**eque ab his est aliena EymERICI sententia in hac questione, qui generaliter etiam loquitur, dicens: Vtrum Inquisitor sine diocesano Episcopo, uel Episco-



Episcopus sine Inquisitore possit procedere ad sententiam. Quibus verbis non distinguit de sententia condemnatoria vel absolutoria. at que hoc ipsum nominatim affirmat Repertorium Inquisit. verbo, Episcopos. §. quando Episcopus, pag. 302. ex impressione Venet. ann. M. D. LXXV. quo loco ita interpretatur textum in dicto. c. per hoc. adde notata in c. v. de sent. & re iudicata.

Iam illud ulterius addo, non modo cum in condemnando vel absolviendo Episc. & Inquisitores discordant, causam esse ad supremam inquisitionis tribunal remittendam; verum etiam quotiens in alijs non ita arduis, & grauibus reperiuntur dissentientes, vt admonet Ioannes Roias tract. de here. par. I. nu. 437. de qua facti specie extat in Hispania pulchra doctrina in instructione Madrilitana anno MDLXI. c. 66. in hac verba a nobis latine reddita: In omnibus casibus, in quibus contigerit suffragiorum discordantia inter Inquisitores, & Ordinarium, vel aliquem ipsorum, in definitione causa, vel in quocumq; alio actu, vel sententia interlocutoria, debet causa ad Senatum supremum inquisitionis remitti. quod si Episcopus & Inquisitores concordauerint, quis periti seu consultores dissentiant, etsi numero sint plures, sententia Episcopi, & Inquisitorum executioni mandetur, verumtamen in causis grauissimis non debent vota Inquisitorum, ordinarij, & consultorum executioni mandari, etiam si fuerint conformia, inconsulto Senatu, sicut solium est, & iussum fieri. haetenus ibi. Est equidem haec turrisima methodus, & ob id mihi vbiq; videtur obseruanda.

Hoc postremo adiungam, euitendum omnino esse, vt inter se conueniant Episc. & Inquisitores: quod facile eueniet si diligenter iuri dent opera; vt intelligat quid cuiq; casui, et negotio secundum regulas iuris in hac causa conueniat; nam ex iudicij discordia ingentia solent oriri incommoda, vt tradit Simancas de catho. instit. tit. 34. num. 19. sed hoc casu praecipue incommodum vergit in praedictum reorum, qui non detinerentur tanto tempore in carceribus, si iudices consensissent. Ego ita puto, grauisime peccant qui vel ob negligentiam studendi, vel ob alias causas praebent occasionem ne in ferendis sententijs inter se conueniant; quare nisi velint ex opere bono detrimentum reportare, discordiam fugiant, quam euitabunt, si diligentissime studuerint. causa fidei grauis est & iudices postulat diligentissimos.

Q V A E S T I O L I.

De communicatione processuum inter Episcopum, & Inquisitorem.

**V**inquagesima prima quaestio est: Vtrum Inquisitor, & Episcopus teneatur sibi mutuo communicare processus, quando procedunt diuisim, & non coniunctim?

Respondemus quod sic; iuxta c. Per hoc. §. verum. de here. lib. 6. vbi dicitur sic: Verum vt dictum inquisitionis negotium efficacius, melius, vtiliusque procedat: concedimus, quod per Episcopos ipsos, & per Inquisitores, de facto eodem inquiri va-

leat communiter vel diuisim: & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus, vt per hoc possit melius veritas inueniri.

COMMENT. C.

**V**Nica est assertio, Communicationem processuum fieri debere cum diuisim processerint Episcopus, & Inquisitores.

Ratio huius assertionis in promptu est: nam quando procedunt coniunctim, apertum est iam esse communicationem processuum factam; propterea tunc fieri debet, quando diuisim proceditur.

Communicatio processuum quando & cur fieri debeat

**I**deo autem communicatio facienda est, quia res grauis est et ardua, ideoque paria iudicia requirere oportet, vt absq; errore sententia proferatur. Zanchinus tract. de heret. c. 15. nu. 1. copiose Campegius apud eundem Zanchinum c. 8. vbi docet quando haec processuum communicatio fieri debeat: quamuis id apertius cautum sit per extrauagantem incipien. Ex eo. de heret. relata ab Eymérico supra par. 2.

Cetera huc spectantia tradit Repertorium Inquisit. verbo, communicare. §. sed quomodo. Aegidius Bosius tit. de heret. nu. 12. Carrerius tract. de heret. nu. 128. vers. inferenda tamen sententia. Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 2. idem in enchiridio tit. 64. nu. 1. & Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 10.

Q V A E S T I O L I I.

Quando diuisim procedere dicantur Episcopus, & Inquisitor.

**V**inquagesima secunda quaestio est: quomodo intelligitur, quod Episc. & Inquisitor procedunt diuisim, & non coniunctim?

Respondemus, quod intelligantur diuisim procedere, non quando Inquisitor tantum, vel quando Episcopus tantum procedit, sed cum Episcopus per se procedit ex vna parte, & Inquisitor per se ex altera; ita quod fiunt duo processus de eodem facto, vnus per Episcopum, & alius per Inquisitorem. Ita habetur in extrauag. domini Benedicti XI. *Supra pag. 125.* Ex eo. vbi sic dicitur: Nos autem de Fratrum nostrorum consilio, intelligendo diceccanos, & Inquisitores tunc demum diuisim procedere, cum ij & illi separatim, non quando Episcopi tantum vel Inquisitores tantum procedunt.

COMMENT. CI.

**I**n cap. per hoc de heret. lib. 6. statutum erat, vt super eodem facto Episcopus, & Inquisitor possent procedere communiter vel diuisim, vel proferre sententiam: id statutum quomodo sit intelligendum declaratum fuit per extrauag. domini Benedicti incip. Ex eo. tit. de heret. qua vtitur Eymericus in hac quaestione.

Quamquam vero super eodem facto aduersus vnum eundem reum, & per Episcopum, & per Inquisitorem diuersi processus fieri possint, commodius tamen videtur, vt in illis ciuitatibus, & prouincijs, in quibus Apostolici Inquisitores sunt constitu-



ti (nā in alijs ad solos Episc. id negotiū spectat) per al-  
 terū eorū tantū, videlicet per inquisitorē, qui carce-  
 res, et ministros ad hoc habet destinatos, vnicus pro-  
 cessus fiat: ita tamē vt Episc. ad Inquisit. secreto trās-  
 mittat quidquid nosse poterit et habere cōtra reum  
 illum inquisitum, sicut fieri oportere diximus pau-  
 lo antea super quōst. 22. cū ageremus de ordine pro-  
 cedendi contra absentes. Et profecto nisi ita fieret,  
 facile causa omnis, & ordo procedendi confunde-  
 retur, ac perturbaretur; & propterea vix inter-  
 dum posset veritas inueniri, immo vero hodie  
 iā vsu receptum esse videtur hoc ipsum quod nunc  
 faciendum admonemus: soli enim Apostolici inqui-  
 sitores vnum faciunt processum, vocatis episcopis,  
 aut eorū Vicarijs ad omnia illa iudicij acta, quæ sine  
 ipsis iure expediri nō possunt, iuxta decretum Cle-  
 mē. 1. §. propter quod. de hæret. Ego ab hac cōsuetu-  
 dine, nō nisi ex magna causa, putat em recedendum.

## Q V A E T I O L I I I.

Quando faciendā sit processuū com-  
 municatio, in medio, an in fine.

**Q**uinquagesima tertia quæstio est: Vtrum  
 in medio causæ, vel tantum in fine ista com-  
 municatio processuum sit faciendā?

Relat. supra  
 pag. 125.

Respondemus quod in fine tantum, quando ni-  
 hil restat agendum, aut patet in prædicta extrauag.  
 domini Benedicti X. l. Ex eo, in qua dicitur sic:  
 ex eo quod quædam nouella constitutio super nego-  
 tio hæretica prauitatis a bonæ memoriæ Bonifacio  
 Papa VIII. prædecessore nostro edita continet, &  
 in ipso negotio per diocesanos Episcopos & inquisi-  
 tores super eodem facto inquiri valeat cōmuniter  
 uel diuisim: & si diuisim processerint, teneantur  
 sibi inuicem communicare processus: Nos consu-  
 lere uoluistis, quādo & quotiēs sit ista processuum  
 communicatio faciendā: Nos autem de Fratrum  
 nostrorum consilio, intelligendo diocesanos, &  
 inquisitores tunc demum diuisim procedere, cum  
 ij & illi separatim, non quando Episcopi tantum,  
 uel inquisitores tantum procedunt: Consultationi  
 vestræ breuiter respondemus; quod quando vtri-  
 que procedunt seiuictim, sibi debent in fine tan-  
 tum, dum nil restat agendum, nisi quod solum  
 sententia promulgetur, communicare processus. &  
 infra: Vnum sane casum excipimus, si alter com-  
 mode non possit procedere, nisi alterius actus ui-  
 sis: Ex hac enim causa semel tantum (vt fraudi lo-  
 cus non fiat) in toto negotio copia tribuatur.

## C O M M E N T. C I I.

**V**na est conclusio, videlicet, In fine tantum causæ  
 debet fieri processuū cōmunicatio, quādo ni-  
 hil restat agendum: nisi alter commode procedere nō  
 posset: nisi alterius actus visis: tunc enim semel pro-  
 cessus copia esset tribuendā ante finem causæ.

Hæc assertio nulla nostra indiget declaratione,  
 cū sit per se apertissima. videto interim Cæpegium  
 apud Zanchinum. c. 8. vers. processum. & Reperto-  
 riū inquisito. verbo: cōmunicare. §. sed quomodo.

Occurrit tamen hoc loco difficultas necessario ad  
 me diluenda, An cū diuisim proceditur, ante tor-  
 ram fieri debeat processuū communicatio. & verius  
 est oportere fieri cōmunicatiōem; quoniā cum senten-  
 tia interlocutoria super tormentis per vtrumque si-  
 mul, Episc. scilicet, et inquisit. profertur debeat. Clem.  
 1. de hæret. §. propter quod. vers. duro tamē necessa-  
 riū est, ut indicia, ex quibus reus torquendus est, ab  
 vtroque videatur: aliter enim nō poterit iudicari, an  
 sint sufficiētia ad torturā nec ne. ita Reper. inquisit.  
 verbo, cōmunicare. §. sed quomodo vers. et similiter.  
 & Cæpegius apud Zanchinum præcitato loco.  
 Sed hoc intelligendū est; quando reus torquendus est:  
 nam si testis esset torquendus, tunc non oporteret  
 processus communicare, cum vterque per se testis  
 torqueri possit in hoc tribunali, iuxta doctrinā tra-  
 ditam ab Eymérico infra in hac 3. parte, q. 73. vbi  
 dixi. interim videto Zanchini tract. de hæret. c. 14.

## Q V A E S T I O L I V.

An in negotijs fidei summarie, & de  
 plano procedi possit, &c.

**Q**uinquagesima quarta quæstio est Vtrum in-  
 quisitor possit procedere in negotijs fidei  
 summarie, simpliciter, de plano, & absque  
 aduocatorum, & iudiciorum strepitu, & figura?

Respondemus quod sic, iuxta c. Statuta. de he-  
 ret. lib. 6. ubi dicitur sic: Statuta quædam felicis re-  
 cordationis Innocentij, Alexandrij, & Clementis  
 prædecessorum nostrorum quibusdam declaratis,  
 & additis recentibus; concedimus, q̄ in inquisi-  
 tionis hæretica prauitatis negotio procedi possit  
 simpliciter, & de plano, & absque aduocatorū ac  
 iudiciorum strepitu, & figura.

Idem habetur in priuilegijs antedictis.

## C O M M E N T. C I I I.

**P**ossunt inquisitores procedere simpliciter, &  
 de plano, vt statuit Bonifacius VIII. cuius est  
 rescriptum in dicto cap. Statuta. de hæret. lib. 6. quo  
 vtitur hoc loco Eymericus.

Verum ante Bonifacium multi: annis idē sancie-  
 rat Alexander III. anno Domini MCCLII. rescri-  
 pro quodā incipiente: Cupientes, ut inquisitionis ne-  
 gotiū. & Urbanus III. anno Domini MCCLXI.  
 alio rescripto incipiente: Licet ex oibus item In-  
 nocentius III. quæ vidimus authentica in archiuis  
 Inquisitionis Bononiensis. & in bibliotheca Illustris-  
 simi Cardinalis Felicitis & Peretti Montealto, quæ  
 ex Assisio afferri iussit, vt alibi scripsi plenius.

Est autē magnū, & singulare hoc priuilegiū: quo-  
 niam iudex, qui potest procedere simpliciter, & de  
 plano, nō cogitur omnē ordinē iudicariū seruare:  
 nā hæc verba inter cætera hoc operantur, vt si quid  
 omisum sit ex ordine iuris, non propterea processus  
 vitietur, vt pulchre tradit glossa in dicto c. Statuta.  
 de hæret. lib. 6. verbo, figura. dummodo substantialis  
 causæ & iudicij nō ommittatur. nam tunc processus  
 etiā in causa hæresis vitietur: neque enim possunt  
 negari



negari appellationes ab interlocutoria, nec legitima A defensiones, & similia, que a natura potius quam a iure concedi omnibus videntur.

Iam huius privilegii meminerunt Oldradus cons. 113. incipien. in iudicio. Corneus consil. 315. lib. 2. & ceteris copiosius Gondissalvus tract. de heret. q. 12. ex quo accipiet lucem hac questio. cetera hinc spectantia tradam sequenti commentario.

QVAESTIO LV.

De intellectu verborum, procedere summarie, simpliciter, & de plano.

SUMMARIUM.

- 1 Cū summarie proceditur, quæ nã omitti possint.
- 2 Probationes ac defensiones legitima non prætermittende.
- 3 Neque citatio, & iuramentum de veritate dicenda.

**Q**uinquagesima quinta questio est: Quomodo intelligantur ista verba, scilicet, procedere summarie, simpliciter, & de plano, & absque advocatorum & iudiciorum strepitu, & figura?

Respondemus, quod hoc declaratur de verbo signif. c. Saepè. in clemem. ubi dicitur sic: Saepè contingit, q. causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij procedi mandamus: de quorum significatione verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur: Nos autem dubitationem huiusmodi (quantum nobis est possibile) decidere cupientes, hac in perpetuū ualitura constitutione sancimus, ut iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellum non exigit, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriorum ob necessitates hominum indulgarum a iudice procedere ualeat: amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breuiorē, exceptiones, appellationes, dilatorias, & frustratorias repellendo partium advocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia, testiumq; superfluum multitudinem refrænando.

2 Non sic tamen iudex litem abbreviet, quin probationes necessarias, & defensiones legitimæ admittantur.

3 Citationem uero, ac præstationem iuramenti de calumnia uel malitia, siue de ueritate dicenda, ne ueritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi.

COMMENT. CIIII.

**D**icitur Emericus superiori questione, privilegium esse inquisitoribus tributum, ut in fidei fauorem, quod citius, & absq; fraudibus negotia religionis tractentur, possint procedere simpliciter, & de plano: nunc iure optimo docet, qua ratione uerba hæc intelligi debeant. et si iura disputationis est, ordinē et solemnitates a iure alias requisitas non esse necessa-

rio obseruandas: ille tamē omittendæ nō sunt, que ad substantiā causæ spectant, hoc est illæ, sine quibus nec iuste, nec recte aut cōmode negociū tractari possent.

Olim ante tempora Clementis V. cuius est hæc cōstitutio, ualde fuit cōtrouersum de significatione harum uocum, nempe, Simpliciter & de plano, sine advocatorum, & iudiciorum strepitu, & figura iudicij. Et multa sunt ab Hostiensis, & alijs antiquis interpretibus, qui ante Clementem V. floruerunt, dicta in c. olim de accusatio. & i dicto. c. statuta. ubi glossa uerbo, figura. de heret. lib. 6. que per hoc re scriptū sunt aut declarata, aut penitus sublata: ideoq; cauendum in hac parte ab illis glossematibus.

**N**unc uero qua ratione hoc re scriptum in causa hæresis locum sibi uendicat, tradunt nostri (hoc est, illi qui aduersus hæreticos scribunt) multis locis, copiose Tabienis in summa uerbo, inquisitor. §. 38. Carverius tractat. de heret. num. 103. vers. Et an ordinem. Repertorium inquisit. uerbo, ordo iudiciarius, §. sed quo ad telam iudiciariam. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 27. Ioannes Roias sing. 145. incipien. Ordo iudiciarius. & omnes quos superior commentario citauimus.

Itaq; cum summarie procedere possint Inquisitores, multa expedire possunt, quæ iuri cōmuni aduersantur. Primum enim nō erit necessaria solemnitas requisita per libellorū, ff. de accusatio. unde si agatur in hoc crimine per uiam accusationis, nō se inscribet accusator ad pœnam rationis, ut copiose docui supra in hac 3. parte, tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem.

Rursus, conclusio in causa non erit necessaria, sed quoties reus se defendere uoluerit, audiatur, ut tradit glossa in clem. saepè. de uerb. signif. & notat Bar. in extrauaganti. Ad reprimendum. atq; ut rmo. uerbo dicā, multa alia poterit omittere absq; uicio, quæ in alijs causis sunt de iuris præscripto seruanda.

Admonebo tamen, processū in causa hæresis, quantum ad substantiā artinet, ita oportere bene formatū esse, ac si pleno iuris ordine procederetur, ut optime obseruauit Tabienis præcitato loco, quæ sequitur Locutus in opere iudicali, uerbo, processus num. 7.

Voco autem substantiā ista, sine quibus iudicium non potest iuste expediri, ut citationem, iuramenti præstationem de ueritate dicēda, probationes legitimas, exceptiones utiles, appellationes necessarias, inducias seu terminos competētes, & alia huiusmodi, sine quibus aut uere delictum probari nō possent, aut reus non posset se iure defendere, & cetera, quæ reo competunt nō tam civili iure, quam naturali ratione: hæc enim omnia, & si quæ sunt similia, prohiberi nō possunt ab inquisitoribus uirtute huius amplissimi privilegij.

Que solemnitates possint omitti cum summarie proceditur.

Processus in causis fidei quo ad substantialia in rege esse debet. Que dicatur substantialia.

QVAESTIO LVI.

An Inquisitor familiam armatam possit habere.

**Q**uinquagesima sexta questio est: Vtrum inquisitor possit procedere cum armatis, ad suum officium exequendum?

O o 4 Respon-



Respondemus quod sic, ad tuitionem suarum personarum, uel familiarum suarum, & ad capiendum hereticos, credentes, receptatores, defensores eorum, & fautores. Sed debet cauere ne huiusmodi abutatur, iuxta c. Nolentes. in elemen §. Porro. ubi dicitur sic; Porro inquisitoribus ipsis distinctus inhibemus, ut nec abutantur quomodolibet concessione portationis armorum, nec officiales nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad suam cum inquisitoribus ipsis officia exequenda.

De hoc Ioan. And. in cap. Statutum, 1. de heret. lib. 6.

COMMENT. CV.

Supra pag. 113.

Cur institutum ut inquisitores familiam armata habeant.

**H**oc singulare privilegium, quod Inquisitores possint habere officiales armatos, quotiens aut ad suam defensionem, aut ad capiendos hereticos opus esset, iustissimis causis illis ab initio delegatae inquisitionis fuit tributum. cum enim tanta esset hereticorum seuitia, ut sepiissime imbelles inquisitores immaniter trucidarent, ut cum ageretur de Beato Petro martyre indicauit supra parte 2. super quest. 13. his periculis omnino oportuit occurrere. itaq; mox statutum, ut & armata possent habere familiam, de qua re hic agit nunc Emericus, & ut auxilium brachii secularis possent inuocare, de quo differit auctor questione sequenti.

Quoniam uero saepe contingit, ut sub velamine privilegij abusus sese insinuet, nisi prudenter privilegium reserpetur; ideo Clemens Quintus in concilio Viennensi circa annos Domini MCCCX. idem privilegium inquisitoribus confirmauit: abusum tamen, si quis irrepererat, abstulit.

Idem privilegium renouauit Ioan. xxii. rescripto quodam incipiente: Exigit ordinis uestri, quod uidimus in archiuo Inquisitionis, Bononiensis, ac curauimus imprimendum in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis; id edidit Auinione anno Domini MCCCXXI.

Huius uero privilegij quod inquisitores familiam armata habere possint, meminit Godissaluis tract. de heret. q. 11. nu. 15, & seq. Repertorium Inquisitorum, arma. §. sed utrum inquisitores. Bernardus Comensis in lucerna verbo, inquisitor. §. 14. Simancas de heret. parte 2. tit. de privilegiis inquisitorum, nu. 422. & seq. ut inquisitores habent familiam armata, & alij.

Familia inquisitorum arma defectu nulla lege obstat.

Iam hoc privilegium ita coepit inquisitoribus fauore fidei, & in odium hereticarum prauitatis, ut eorum officiales portare possint arma et de die, & de nocte; idque non obstante quacumque lege ciuili, vel municipali in contrarium edita vel edenda: immo quicumque legem conderet, qua prohiberentur officiales inquisitorum arma deferre, uelut impeditor sacri officij puniri posset, iuxta doctrinam glossae communiter receptam in c. Statutum, et primo, de heret. lib. 6. de quo plene Emericus par. 2. q. 54. ubi dixi.

Quibus competit deferre arma.

Rursus, arma deferre non solum crederem competere illis inquisitorum officialibus, quos uulgus Cruce signatos in Italia, in Hispania Familiales appellat, qui destinati sunt ex officio sacri institutio uel ad denunciandos hereticos uel ad comitandum inquisi-

tores, uel ad capiendos hereticos, si & quando fuerint ab inquisitoribus requisiti; sed etiam ceteris ministris, qui quauis alia ratione officio sacro inseruiunt, ueluti aduocatis, notariis, consultoribus, custodibus, & aliis: ibi enim omnes ratione officij inuisi esse soleant male credentibus, blasphemis, ac similibus peccatoribus, & ob id ob eandem rationem iustissimum est, ut uel iidem uel eorum famuli armati in cedant, maxime in illis partibus, in quibus uel heretici abundant, aut saltem de haeresi sunt suspecti.

Idem dicendum existimarem de illis, qui publice scribunt aduersus hereticos. hi enim non modo sacri officij ministri sunt: uerum, quod amplius est, fidei sunt defensores, qui cum multis habeant inimicos, iustum uidetur, ut hoc in privilegio delationis armorum utatur, aut saltem iustissimum esset, ut ad hoc etiam benignitate pontificia extenderetur.

Quibus autem hominibus concedenda sint arma ab inquisitoribus, eleganter praescripsit Ioan. xxii. in praetito rescripto: Exigit ordinis uestri, quo cauet, ne sceleratis hanc facultatem concedant, sed nec alienigenis est concedenda nisi ex magna causa.

Idem putarem uicendum de neophytis ex Iudaismo uel Paganismo conuersis: tales enim non facile sunt creandi familiares, aut Cruce signati, neque nunc in tanta ueterum Christianorum copia necessario in his indignus eorum auxilio: quamuis ex causa quadoque aliud recte fieri possit.

Tandem nec illis est usus portationis armorum concedendus, qui uerisimiliter hoc privilegium abuti possunt, ne sub fidei praetextu facinora committant.

Postremo in hac questione illa occurrit utilissima, & scitu digna difficultas breuiter mihi hoc loco diluenda: An hoc idem privilegium habendi familiam armatae Episcopis competat, & Panormitanus in significasti, de officio deleg. multis rationibus, debilib. tamen & infirmis, probare contendit Episcopis non competere hoc privilegium; sed quicquid ille se ferat, uera & communis opinio est, Episcopos etiam hoc privilegio decorari. ita Bal. in l. nam saluarem. §. si. ff. de officio praefecti uigil. copiose, & recte Decius, in d. c. significasti. nu. 17. & seq. de officio dele. Repertorium inquisitorum uerbo, arma. §. sed nunc quaeritur, & §. sed supra dictum est. copiose Godissaluis tract. de heret. q. 11. nu. 16. & sequen. & alij quos libens omitto: nam quae ratio in inquisitoribus est, eadem in Episcopis reperitur, ergo idem ius statuere oportet, l. illud. ff. ad legem Aquiliam cum similibus.

Num autem cetera etiam privilegia Inquisitoribus concessa, Episcopis quoque concessa esse intelligantur, grauis est questio, nec huius loci, nec nostrae breuitatis, mihi obiter hac percurrere: haec sententia placebat: Omnia privilegia, quae fauore fidei tributa sunt inquisitoribus delegatis, competere etiam ordinariis, nisi expresse illis denegentur, qualis est lectio librorum prohibitorum, quae conceditur inquisitoribus, & Episcopis denegatur, ut ostendi supra parte 2. super cap. fraternitatis, de heret. non enim conferuntur ratione personarum, sed intuitu fidei: fauor autem fidei ubique unus est.

Uerum caute hoc accipere oportet, ne dissensio ex hac opinione consequatur, cum multa sint, quae solis inquisitoribus delegatis competere uideantur, crederem



derem ergo (ad remouendam nunc omnem dubitationem) absentibus aut mortuis Inquisitoribus, & nullis alijs in eorum locū substitutis, omnia priuilegia inquisitoribus tributa Episcopis competere.

Idem dicas in illis locis, in quibus nunquā sūt ad huc delegati inquisitores cōstituti. in illis enim Episcopis in causis fidei ea prestare poterunt, quæ si adessent inquisitores ratione suorū priuilegorū præstissent: idque fauore fidei, qui est huius assertionis potissima & certissima ratio: atque hinc patebit posse Episcopos sicut Inquisitores citare testes extra suam diocesim, vt dixi infra super q. 74.

QVAESTIO LVII.

An Inquisitor brachij secularis auxilium inuocare possit.

**Q**uinquagesima septima questio est: Vtrum inquisitor pro capiendis hereticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, diffamatis de heresi, uel suspectis, possit inuocare auxilium brachij secularis?

Respondemus q̄ sic, iuxta c. Vt officium, §. denique ubi multis præmissis sic subiungitur: Denique ut circa præmissa plene uobis & singulis ueluti coercionis expedita, & inuolabilis adite auctoritas, uolumus, ut ea omnia uiriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij secularis.

Hæc eadem uerba habentur per omnia in litteris Apostolicis sæpe allegatis Clementis, & Alexandri, & Urbani I. I. Præ cunctis.

Delegatus enim non potest ex officio suo inuocare auxilium brachij secularis, nisi ex speciali commissione, ut fit inquisitoribus. De hoc arg. super cap. & §. allegatis.

COMMENT. CVI.

**N**on modo inquisitores habent familiam armatam, sed quotiens eam non sufficit pro officij sacri executione, auxilium secularium magistratum possunt inuocare quod ipsum sanciuit iam olim Urbanus III. in rescripto quodam incipiente: Licet ex omnibus, §. denique; quod uidimus in archiuo inquisitionis Bononiensis, referi utq; impressū in bullario litterarū Apostolicarū. tradūt et hoc priuilegiū Repertorium inquisitorū uerbo, brachij. Zanchinus de heret. c. 37. nu. 1. Panormitanus in c. 1. de officio ord. Simancas de catho. instit. ti. 23. nu. 8. Locatus in opere iudiciali uerbo, inquisitor. nu. 30. Ioan. Roias sing. 21. incipien. atma. & alij.

Atque hoc etiam priuilegium magnam habet aequitatem: saepe enim est tanta hereticorum multitudo, aut potestas, ut uires inquisitorū, aut Episcoporū non sufficiant; & propterea oportuit brachium seculare inuocare. l. si quis 10. C. de Episcopis, & clericis.

Hoc amplius additum est huic priuilegio, ut possint inquisitores per cēsuras ecclesiasticas cōpellere magistratus seculares, ut sibi auxilium hoc præbeant quoties fuerint requisiti; ut multis Pōtificum rescriptis cautū alibi docuimus, qui si in eo auxilio præstā-

do aut cōtumaces aut negligentes fuerint, & excommunicari possunt, & honore priuari, & allis penis pro delicti qualitate coerceri. iuxta c. ad abolendam. §. penult. & c. excommunicamus. §. moneatur. de heret.

**A** Delegatus enim non potest ex officio suo inuocare auxilium brachij secularis, &c. ] Hanc questionem late disputat Archidiaconus & Ioannes Fátuccius in c. administratores. 23. q. 5 ubi multorū pugnates refert sententias. de eodē auxilio seculari præstando uide textū & ibi glo. & doctores in c. 1. & in c. quoniam. extra de officio iud. ordinarii. & Innocentium & doctores in c. significasti. de officio delegati.

Delegatus ratione solius delegationis an inuocet auxilium seculare.

**B** Et quamuis communis sententia uideatur contra Emericū: nihilominus nihil est nominatim cautū; & fortassis probabilius est, quod hoc loco asserit auctor, uidelicet, delegatū, qualis est inquisitor, non posse ex officio, & ratione solius delegationis auxilium seculare inuocare: quoniam aliās hoc non concederetur sibi tanquā priuilegium, dū uulgo in rescriptis delegatorum dicitur: Inuocato, si opus fuerit, auxilio seculari: Frustra enim fieret expressio eius quod inest, & concessio specialis eius, quod suo iure conuenit.

Itaq; hæc Emerici sententia magis uideri posset alicui ad ueritatē accedere propter memoratā rationem, & curiæ consuetudinem: quā etiā uidetur uelle Repertorium inquisitorum uerbo, brachij. §. sed an delegatus. & hanc Emerici sententiā tenet Archidiaconus in c. ut officium. §. compescendi. de heret. li. 6.

**C** Carerū Federicus de Senis uir magnæ auctoritatis, consil. siue q. 163. incip. Super inuocatione & petitione. ex multis contendit delegatum etiā si non habeat expresse in mandatis, quod possit brachij seculare inuocare: nihilominus tamen posse inuocare; quia cum res aliqua conceditur, omnia etiam illa cōcessa intelliguntur & permissa, sine quibus ea res expediri non potest: quare ut delegatus recte exercere possit suā iurisdictionem, brachij seculare debet posse inuocare, quāuis id sibi expresse non cōcedatur, sane hæc sententiā multū fauorabilis est, et mihi placet.

DE CARCERE Inquisitoris.

QVAESTIO LVIII.

An Inquisitor possit habere carcerem proprium.

S Y M M A R I U M.

- 1 Inquisitor potest habere proprium carcerem ad custodiam reorum.
- 2 Domini temporales in quibus parere tenentur inquisitoribus.
- 3 Carcer ad panam Episcopo & inquisitori debet esse communis.

**Q**uinquagesima octaua questio est: Vtrum inquisitor possit habere carcerem proprium pro reis seu delatis ibidem detinendis ad custodiam seu ad penam?

1 Respon-



1 Respondemus q. sic ad custodiam, vt patet in c. Vt inquisitionis. de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: Vt inquisitionis, & infra.

Relat. supra pag. 115.

Vniuersos saculi potestates, & dominos tēporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorq; locorum rectores quibuscūq; dignitatibus vel officijs, aut nominibus censeantur: requirimus & monemus, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles.

Domini tēporales inquisitionibus partem.

2 Ita pro defensione fidei diocesani Episcopi, & Inquisitoribus heretica prauitatis a sede Apostolica deputatis, aut in posterū deputandis, pareāt & intendant in hereticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti: & vt prefatas personas pestiferas in potestatem seu carcerem Episcoporum, aut inquisitorum predictorum, & cetera.

Relat. supra pag. 111.

In c. Et, Multorum. de heret. in clemen. in prin. loquendo de Episcopis & inquisitoribus, dicitur ita: Sic q. quilibet de predictis sine alio citare possit, & arretrare siue capere, ac tuta custodia mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manibus ferreis, si eis visum fuerit faciendum.

3 Ad pēnam autē non: vnde carcer, qui est magis ad pēnā, quam ad custodiam, est Episcopo & inquisitori communis, ut unus non possit sine alio tali tradere carceri quemquam, iuxta c. Multorum allegatum: vnde post predicta verba dicitur ita: Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad pēnam, quam ad custodiam uideatur, uel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos Episcopus sine inquisitore, aut inquisitor sine Episcopo diocesano, aut eius officiali, vel Episcopali sede vacante capitali super hoc delegato, si sui adiucem copiam habere ualeant, infra octo dierum spatium postquam se inuicem requisierint, non ualebit.

COMMENT. CVII.

De assertionibus, quas hic ponit Emericus de carcere proprio & communi, verissima sunt, vt paulo post indicabo.

Carcer ad custodiendū, nō ad puniendū inuentus, sed tamen de iure canonico.

Vt qua de carcere his questionibus traduntur ab Emerico, apertius intelligatur, obseruandū est, carceres ad continendos homines nō ad puniendos inuentos esse, Baldus in l. incredibile. C. de pēnis. Bossius tit. de carcere, in princ. Follonius in pract. cri. 1. par. 2. par. 1. vers. vel carceretur. nu. 1. de quo est textus apertissimus in l. aut damnati. §. solēt. ff. de pēnis ibi, Solent praesides in carcere continendos damnare, aut vt uinculis contineantur.

At iure canonico ad pēnā potest esse carcer. cap. quāuis. de pēnis. lib. 6. c. tua. de pēnis. tradūt Conradus Brunus li. 5. de heret. c. 12. Locatus in opere iudiciali. Repertorium inquisit. Bernardus Comēsis in Lucerna verbo carcer. et ceteri cōmuniter, quibus adde Zachinū tract. de heret. c. 10. & Syluestrū in sum. verbo, heresis. 2. q. 7. nu. 9. & Simancam de catho. instit. tit. 16. nu. 14. & seq.

Et iuxta hāc iuris ciuilit, & pontificij differētiā de carcere vel ad custodiam, vel ad pēnam, loquitur hoc loco Emericus, dum ait, inquisitor ē posse habere carcerem proprium, qui ad custodiā spectat,

is vero qui ad pēnam est constitutus, inquisitori cū Episcopo debet esse communis.

Ratio autem primae assertionis in promptu est: si Episcopus potest habere proprios carceres, plane multo magis id poterit inquisitor, cum maiorē auctoritatem paret cū Episcopo habeat in causa heresis in iurisdictionem: verum hodie nō solent carceres separati constitui, sed idē carcer qui est inquisitoris, in quo vincit ad custodiam continentur, communis etiā est Episcopo, vt indicat Emericus quest. sequenti: quod salubrius est, ne frustra fiat carcerū multiplicatio, cum vnus sufficiat, & cuncta aequē bene tractentur.

Alterius autē assertionis ratio est, quoniā eodem nare non potest inquisitor sine Episcopo, nec vice versa. clem. 1. §. duro tamē de heret. & propterea nō poterit habere carcerē propriū, qui ad pēnā fabricatus, qualis est ille, in quē vel in perpetuū vel ad tempus heretici redemptes detruduntur.

Carceres ergo qui iuxta dict. cle. 1. de heret. §. sane inuidentur esse cōmunes, ubi & muri dicitur, quorū ibidem etiā iubentur esse duo custodes, nō sūt ad custodiam, sed ad pēnā, vt voluerunt ibi Cardinales in prima oppositione, & Ioānes de Imola super glossa, sub delegare. vers. sed aduerte, quos refert & sequitur Bernardus Comēsis in lucerna ver. carcer. §. 2.

Mihi uero paulo antēius scripserat §. cōtēplati, uerisimilius uidetur de carcere ad custodiā eo loco haberi sermōnē, nō autē de carcere ad pēnā cōstituto. Primū, quia Papa uidetur ibi statuerē non esse amplius necessariū separatos habere carceres in hac uerba: Nos uolentes super hoc prouidere, statuimus, ut quilibet talis carcer, uel maris, quē de cetero Episcopo, & inquisitori predictis uolumus fore cōm, duos custodes habeat, &c. Rursus, hāc ratio mihi magnopere persuadet, nō loqui ibi Papā de carcere ad pēnā: quoniam in eo nō adhibetur tā diligentia in custodiēdis, & occidēdis rejs, ne quis cū eis loquatur: quā iam tunc indicari sūt, & ut alibi docuimus, ad adeundos damnatos ad carcerē perpetuū aditus patet alijs: secus autē in his qui carceribus ad custodiā detinentur, qui propterea tā diligētē custodiuntur, ne quis eos infiruat de celāda ueritate, aut de cōtēplata falsitate, aut de iusto iudicio declinādo, & hoc mihi sēntētia uerissima uidetur, quam fortassis etiā indicat non obscure Emericus quest. seq. nu. 1. & 2.

Præterea hac sententia, quod uidelicet inquisitor non possit habere proprium carcerem, qui sit ad pēnam in quē sua sola auctoritate conijcere aliquē & damnare possit, nō modo procedit quoniā per sententiam aliqui damnati sunt ad carceres, vt praediximus: uerum etiam cum ad torquendos & affligendos reos huius criminis, in deteriores & obscuriores carceres detruduntur, ut acerbitate mansionis crimē detegant; nam cū inquisitor sine Episcopo, & uice uersa Episcopus sine inquisitore nō possit tormentis exponere delinquentes, vt in dict. cle. 1. de heret. §. propter quod. uers. uel tormentis exponere illos, eodem modo non poterit conijcere reos in duriorē carcerē, qui magis ad pēnā quā ad custodiā uideatur; et hac quoque uideri potest uera expositio, & sententia, textus in dict. clem. 1. de heret. §. propter quod. ibi. Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad pēnam, quā ad custodiā uideatur.

In quibus carceribus...

Carcerem...

Inuidentur...

Solutio...

Carceres...

Est



Est autē quādoque necessariū hac fieri ob mali-  
ciā, & pertinaciā reorū, à quibus vix veritas extra  
hi pōt, quos necesse est sepe i duos carceres detrude-  
re, vt docuit Eymericus cū impunitētibz faciēdū.  
3. par. i. 10. modo processū fidei terminandi, nu. 201.

Et quamquā hac ita se habeant, vt prædiximus,  
nihilominus tamen cū reus securus non est in loco  
mitiori, tunc ad arctiorem per solum inquisitorem  
potest transferri: quia tunc ad custodiam fieret, non  
ad penā, ita Paulus de Leazaris, Zabarella, Imola  
& alij in dict. clemen. multorum, de hæret. quare si  
verbi gratia fuga, colloquium, aut peruersio alio-  
rum, aut aliud quid huiusmodi, quod in detrimentū  
veritatis vergeret, immereret sic solus inquisitor,  
non requisito Episcopo, reos posset durioribus locis  
& obscurioribus conclauibus occludere: & hac sen-  
sentia vera mihi videtur, & obseruanda.

Verū tamen dum hæc fiunt, que in præcedētibz  
tradidimus de tradendis reis durioribus carceribus  
sive ad custodiā sive ad penā, illud cauendum est, ne  
ranta sit carcerum asperitas, vt delinquentes horro-  
re, & malitia loci moriantur: quoniam tunc iudices  
fidei, qui hæc decreuerunt subire reos, irregulares  
fierent. Laudamus & Zabarella in clemen. vnica, de  
homicidio. Abbas in c. à nobis, de apostatis. & in c.  
qualiter & quando, de accusatio. traditque Loca-  
tus in opere iudiciali verbo, carcer. nu. 6.

Et de hac re singulare decretum extat in Cōcilio  
Biterrēsi. c. 23. in hæc verba: Curetis tamē, vt talibz  
immurandis fiant iuxta sedis Apostolicæ ordina-  
tionem separata & occulte camarulæ, sicut fieri po-  
terit in singulis ciuitatibus diocesium corruptarū  
vt alterutrum, vel se, vel alios peruertere nequeat,  
& eos enormis rigor carcerum non exinguat. hæc  
ibi, quod tamen si de damnatis in carcerem ad penā  
loquatur, locum etiam habet in detrusis: aut detru-  
dendis in carcerem ad custodiā ob eandem ratio-  
nem. cetera huc spectantia tradam copiose sequen-  
ti commentario.

Q V A E S T I O L I X.

An Episcopus & Inquisitor possint  
habere communem carcerem,  
& de custodibus carceris.

S Y M M A R I V M.

- 1 Proprios carceres possunt sibi communes face-  
re Episcopus & inquisitor.
- 2 Alicubi carcere sunt apud inquisitorem.
- 3 Aliibi Episcopi ipsi carceres habent.
- 4 Quid de custodibus carcerum canones statuāt.



Vinquagesima nona questio est: Vtrū  
Episcopus & inquisitor possint carce-  
rem habere communem pro reis  
seu delatis ibidem detinendis ad cus-  
todiam seu ad penam: & tunc de  
custodibus qualiter fuerit prouidendum?

1 Respondemus, q̄ quilibet tā Episcopus quā in-  
quisitor pōt habere carcerē propriū, vt patet in

**A** alleg. c. Multorū. & ponere ibi delatos ad custodiā  
in manicis ferreis, & in compedibus, vt dictum  
est supra quæstione proxima. Et quilibet suum car-  
cerem potest facere communem ambobus.

2 In aliquibus enim partibus, vt in Tholosa, &  
Carassona, Inquisitores habent in suis domibus  
carceres, quos vocant muros, quia domunculæ il-  
læ adhærent muris loci, qui sunt Episcopo & in-  
quisitori communes, & de his habetur in c. Mul-  
torum. alleg. de hæret. in clemen. §. sane. vbi dicitur  
sic: Sane quia circa custodiam carcerum hære-  
ticialium, qui muri in quibusdam partibus vulga-  
riter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus  
perpetratas: Nos uolentes super hoc prouide-  
re, statuimus vt quilibet talis carcer uel murus,  
quem de cætero Episcopo & inquisitori prædictis  
uolumus fore communem, & cetera.

3 In quibusdam autem alijs partibus, Episcopi  
habent ipsos carceres, in quibus possunt detineri  
hæretici siue suspecti, non solum ad custodiam,  
sed etiam ad penam, & mox vt detinentur ad pe-  
nam, sunt carceres cōmunes, quia absque inquisi-  
toris consensu hoc fieri non potest, vt est dictum;  
Et de his habetur in c. Multorum. alleg. §. & quia,  
vbi dicitur sic: Et quia sæpe contingit Episcopos  
proprios habere carceres sibi & dictis inquisitori-  
bus non communes, & cetera.

4 Qualiter autem est de custodibus prouiden-  
dum, statutum est in c. alleg. Multorum. per hunc  
modum, quod (loquendo de carceribus siue mu-  
ris prædictis) sint duo castodes principales, discreti,  
& industrij & fideles: & q̄ vni prouideat Epi-  
scopus, & alteri inquisitor, & horum quilibet ha-  
beat substitutum, & quod sint ibi duæ clauēs: Qui  
custodes iurabunt coram Episcopo & inquisitore,  
quod suum officium fideliter exequentur, & non  
permitterent, q̄ aliquis loquatur dictis capitibus in se-  
creto, & q̄ ministrabant eisdem prout per Episco-  
pum, & inquisitorem fuerit ordinatum.

**D** Loquendo vero de carceribus Episcopi, q̄ cus-  
todes positi per Episcopum, iurabunt coram in-  
quisitores, q̄ suum officium exequentur.

Quia vero ordinatio ista de custodibus muro-  
rum & carcerum prædictorum longa est, & verba-  
lis, & non realis, quia non est prouisum (vnde in-  
quisitor prouidebit sibi & custodibus antedictis)  
non curauimus totam inserere in præsentī; nam non  
seruatur: nec potest propter penuriam stipendio-  
rum inquisitorum commode obseruari.

C O M M E N T. C V I I I.

**E** IN hac quæstione rursus Eymericus de carcere  
agit, addens id quod omiserat superiori quæstio-  
ne, videlicet, inquisitorem & Episcopum habere  
posse carcerem communem non modo ad penam, ve-  
rum etiam ad custodiā.

Sunt autē huius quæstionis tres potissimum par-  
tes: Vna est de carcere ad custodiā, altera de carce-  
re ad penam, tertia de custodibus carcerū, de quibus  
singulis nimis breuiter agit auctor: sed nos ne quid  
parum explicatum reliquisse videamur, de singulis  
plenius differemus, ea summatim præscribētes, que  
ad

Supra pag.

Quæstionis  
summa.



ad usum nostrorum temporum sunt accommodata s  
nam reliqua libenter omittimus.

Primum ergo de carcere ad custodiam constituto  
agendum est, de quo duo potissimum capita explica  
bimus. Primum erit de his quæ præcedere debent  
priusquam quis in carcerem custodiendus conicia  
tur. Alterum vero, quis ordo in carceratis custo  
diendis & collocandis debeat obseruari.

In capiendis  
reis qd ordo  
seruandus.

de qd.

Personæ infi  
gnes qualiter  
capiendæ in  
hoc crimine.

Quantum ad primum caput attinet, ubi de deli  
cto constiterit, & visum fuerit reum capiendum es  
se, ad realem capturam poterit deuenire Inquisitor,  
illis obseruatis, quæ breuiter docuimus supra in  
hac 3. parte nu. 73. quibus adiungo sequentia dili  
genter in hac causa consideranda.

Si persona delata in ignis alicuius fuerit auctori  
tatis, videlicet, religiosa, nobilis, aut litteris conspi  
cua, quæque in corruptis & vitæ fama publica illustre  
tur, non prius ad eam capiendam accedere vellent  
inquisitores, quam superiores consuluerint, & de  
creuerint, an is in carcerem sit mittendus nec ne.

Quonia vero id superiores deliberare nequeunt  
nisi re cognita; ideo prius inquisitores ad eos suma  
riū mittent iudiciorum, & delictorum informatio  
nem; eò vero amplius hoc facere debent, si non om  
nes periti de captura cum Inquisitore consenserint.

Hæc aut his similia prescripta videtur inquisito  
ribus Hispania per Madrilianâ instructionem anni  
M D L X I. cap. 5. in hæc verba à nobis latine sa  
ctâ: Si Inquisitoes de captura consenserint, u  
beant eâ fieri sicut decreuerint, & si negotium fue  
rit magni momenti propter petitionis insignes, vel  
ob alias causas, priusquam iudicium decretū exécutioni  
mandent, senatum consulant: ubi vero suffragia  
non fuerint conformia, res ad Senatum remittatur,  
vt is provideat quod fieri conueniat. hæc ibi.

Que propterea mihi vbiq; videntur obseruanda,  
quia valde sunt rationi cõsentanea, & multū conse  
runt ad conseruandum honorem delatorū, quod in  
hac causa omnino fieri debere alibi dixi copiosius.

Personæ infi  
gnes incon  
sulto senatu  
quando capi  
possint.

Perum hæc tam diligens, & exquisita obseruatio  
tunc cessabit, cum vel delati fuga timeatur, vel cum  
hereticus est manifestus tunc enim superioris expe  
ctare responsum imprudens esset & periculosum, &  
quamuis hæc vera sint, nec vlla probatione indi  
geant, videndi tamen erunt qui hæc latius perse  
quuntur. Repertorium inquisitorum verbo, carcer.  
§. viso de carcere. & §. seq. & Locatus verbo, car  
cer. Simancas de cath. instr. tit. 16. Ioannes Roias  
tract. de heret. par. 2. assertio. 1. Zanckinus tract.  
de heret. cap. 10. nu. 1. & alij.

Mandatum  
de capiendõ  
& qualiter.

Tam vbi captura fuerit decreta, mandatū de ca  
piendo reo exhibendū est ei ministro, qui ex cõsuetu  
dine sancti officij reos capere solet, idque mandatū  
subscribendum est ab inquisitoribus. quòd si plures  
personæ fuerint eodem die, aut tẽpore capiendæ, de  
singulis singula mādara dabitur; quæ deinde singu  
lorū processibus inferetur, vt de actibus huiusmo  
di, quæ magni sunt ponderis, aperire constare possit.

Nō sunt om  
nibus reis pa  
res carceres  
assignandi.

His ita cõstitutis, quæ priusquã ad capturam de  
ueniant, obseruanda videntur; nunc alterū primæ hu  
ius partis caput est explicandū, videlicet, Quis in  
carceres ordo obseruari debeat; in quo id est primū  
animaduertendū, ne inquisitor oibus repares carce

res assignet: nam pro delictorum & personarū quali  
tate nunc duriora conclauia & obscuriora, nunc ve  
ro lætiora & amēnora assignabit: nam qui lenius  
deliquit, mitius tractari & lenius custodiari debet.  
diuus. ff. de officio præsi. l. 1. ff. de cust. reo. tradis. Si  
mancae de catho. instr. tit. 16. num. 5.

Quando autem domus propria, vel ciuitas tota,  
aut certus aliquis locus pro carcere assignari pos  
sit; in superioribus docuimus.

Rursus id obseruandum est, ne in eodem conclau  
mares & feminae concludantur. l. quonia. C. de cu  
sto. reorum. ibi: Sextu tamen dispares diuersa elen  
torum habere tutam in beantur. Tradit Thoma  
mas Grammaticus decisione 33. incipien. Magnifica  
Lucretia, nu. 12. Syluester in summa, verbo, ha  
resis. d. q. 7. vers. tertium. Simancas de catho. instr.  
tit. 16. nu. 6. quod obtinet tam in carcere ad custo  
diam, quam in carcere ad penam constituto, cum  
sexuum commissio sit periculosa.

Hoc tamen fallit, præsertim in carcere ad penam  
dato, in marito & vxore, vbi vel ambo vel vnus ta  
tum fuerint cõdemnati: nam & simul concludi pos  
sunt, vel vnus ad alterū accessus parere debet, vt ca  
uit olim Cõciliū Biturrensis. c. 25. in hæc verba: Sit  
autem liber accessus xoti ad virtum immunitatum,  
& è conuerso, ne cohabitatio denegetur eisdem;  
siue ambo immorati fuerint, siue alter. hæc ibi.

Itē id præcauere oportet, ne simul duo, vel plu  
res in eodē cubiculo concludantur, nisi ex causa ali  
ter faciendū statuerit Inquisitor: nam vnus præfer  
tim scelerati & facinorosi; maiori ex parte secum re  
ineant consilia de celanda veritate, de fugiendo, de  
euadendis interrogationibus, & similibus, quæ mul  
tum solent quãdoque negotium inquisitoribus, aut  
quibusuis iudicibus facefferre: quod eò magis con  
tingere solet, quia communis calamitas breuissimo  
temporis spatio solet magnam amicitiam inter reos  
conciliare: unde non aspicitur secum deliberant de  
instanti miseria auertenda & euitanda.

Ab hæc, Inquisitores bis singulis mēsis videntur  
visitare vinctos, et ab eis quarere an illis necessa  
ria ministrēt, & an bene vel secus habeant. ita Si  
mancae de cath. instr. tit. 16. in. 13. quod ei velle probat.

Verum si occasio, aut necessitas postulauerit, &  
ter, & quater id facere nō erit indecoris; immo quã  
doque est necessarium, vt cum reus impatiē, et fert  
carceris calamitatē, & infamiam: tunc enim sapius  
nō modo per se ipso Inquisitor, verū & per alios eū  
curabit consolandū, dicēs quòd si consueuerit libe  
re, cõtenta fore & cito & humaniter expediri: quã  
uis enim quãdoque reis terribilis esse solet vnus  
iudicis, a ias tamē nō medioeriter humana & man  
sueti eiusdem iudicis allocutio reos solet consolari.

Hæc amplius Inquisitores obseruare oportet, ne  
cū reis loquantur, vel cum examinātur, vel cū visi  
tātur, nisi de his quæ ad eorum negotiū spectat; nec  
solum inquisitor, uel dū visitat, uel dū aliter eos au  
scultat, esse debet; sed vel cū collega, vel saltem cum  
notario, vel alio fidei sacri officij ministro: quod in  
maxime obseruare debet, cū agendū est cum sele  
ratis quibusdā, & iniquis reis, qui vndique calum  
niandi arripunt occasionem, quod etiam cautū est  
Madrilianâ instr. tit. one anni M D L X I. c. 17.  
in pri-



In primis vero id quoque custodiendum est. secundum promissum multorum peritorum Inquisitorum consilium, ne rei ex vno cubiculo ad aliud transferantur, & cum alijs associentur: sed videtur, qui semel simul in vno conclavi clausi fuerint, vbi transferendi faciunt, simul et transferri conuenit: sic enim vitantur cōcinationes eorū, quæ intra carceres geruntur; nam experientia compertum est, reos ex vna societate ad aliā translatos, referre solere quæ ibi gesta sunt: atque hoc tunc maxime obseruandum est, quæ post translatos aliquos de vno conclavi, & vna societate in aliam, cōtingunt confessionū renouationes: quare hoc velut precipuum & maximū existimo præcauendū. cetera huc spectantia ab vsu magis quàm ab arte præceptis nostris petenda sunt, præsertim cū sint quæ ad, quæ non oporteat vel enulgare, vel docere, & sint inquisitoribus satis per se nota.

De his autem qui in carceres ob hæresim conijciuntur ad custodiā, donec causa eorū definitur, quæ situm est, an admitti debeant ad audiendam Missam, & ad alias orationes, quæ intra carceres dicuntur. Et Martinus Nauarrus in Manuali de oratione & horis canonicis c. 22. vbi hanc difficultatem in vtramque partem disputat, duo potissimum concludit, primū est, præfatos hæreses accusatos, vel inquisitos, non esse iure cōmuni à Missa, nec ab alijs orationibus & sacramentis excludendos, plusquàm alios accusatos & inquisitos, ob alia crimina excommunicationem annexam habentia. Alterum & postremum est, existimare se de re christiana fore, si prouideretur, vt qui causa fidei violatè conijciuntur in carceres, donec damnarentur, perinde ad sacramentorum & diuinorum participatione participium admitterentur, ac alij ob crimina in bulla cano. Domini prohibita capti. Atque hæc est viri docti & pijs sententia, quam multis rationibus probare nititur, quamuis libenter sanctissimi domini Papa & prudentiorum sententia se supponat.

Ceterum omisso nunc eo capite, an de iure communi admitti debeant nec ne, breuiter dicimus, huiusmodi reos in carcerem coniectos, lite seu causa pendente, recte & prudenter per fidei iudices repelli ab audienda Missa, & orationibus, quæ intra carceres inquisitorum dicuntur.

Primum, quoniam ita hoc obseruat sacri tribunalis recepta consuetudo, quæ vt mox patefiet, ratione non caret.

Rursus res quodammodo horrenda fieri videretur, si illi ad hæc diuina mysteria admitterentur, qui pro sceleribus vel aduersus eadem, vel aduersus similia commissis capti detinentur.

Præterea, quoniam minora crimina, qualis est simonia, ab his mysterijs peragendis pendente lite excludit, & accusatū, de simonia. & c. accusatum, 2. q. 4. quod ex B. Gregorij Regeſto desumptum esse videtur, lib. 5. epistol. 3. vbi rescribens Maximo preſumptori Ecclesie Salonitana, quem per Simoniam ordinatum intellexerat, dicit ita: Peruenit itaque ad nos, quod per simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnū quam maxime fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne missarum solemnia celebrare

debuisses: donec quid esset, uerius potuissimus ad dicere. haftenus Gregorius.

Ad hæc, excommunicatos uitare iubemur, vt est notissimum, cap. nuper, extra de senten. excom. cap. ad mensam. xi. q. 3. cum multis similibus, at magna præsumptio est, eos qui pro hæresibus capiuntur excommunicatos esse, ergo tamen si inspecto communi iure ante sententiam vitare non teneremur, tutius tamen est, vt euitemus, cum plura argumenta suadeant eos tunc tales esse.

Item quia si vinculi huiusmodi ad hæc audienda producerentur, (præterquam quod difficulter possent custodiri, præsertim vbi magna esset eorum multitudo) facile cōtingeret, vt saltem nutibus, & signis complices, socij, & participes criminis sibi mutuo indicarent, qualiter esset iustum iudicium subterfugiendum, aut celanda ueritas,

Postremo hæc Inquisitorum, & sacri tribunalis consuetudo, & receptus vsus, per quem isti ab audienda Missa repelluntur, prudentissima quidē, & æquissima rōne nititur, quia cū in sancto officio nõ soleant comprehendere rei, nisi legitimis indicijs, & sufficientibus argumentis præcedentibus, videlicet receptis testibus, & propositionibus qualificatis, & cum multa diligentia discussis, vt Abulensi quadam instructione anni MCCCCXCVIII. c. 3. et alia

Madrihana anni MDLXI. c. 1. 4. & 5. plenè sancitum est, & tradit Ioannes Roias tracta. de hæret. par. 2. assert. 1. nu. 12. et multis seq. & Simancas de cath. inst. ti. 16. nu. 1. & 2. inde consequitur apertissime, vt rei ita comprehēsi, & in carceres coniecti, pendente iudicio, ab audienda Missa iuste arcantur: cum vtiq; per præcedentes probationes, & ante habitas depositiones, & informationes quasi notum, & exploratum sit fidei iudicibus, reos illos comprehensos tales esse, quales denunciati sunt.

Et ex his non difficulter potest respōderi ad omnia argumenta, quæ pro contraria parte afferri possent: si quis enim pro alijs criminibus captus ad hæc audienda admittatur, non refert, quia minora sunt, nec solet per alios iudices ante capturam fieri tam diligens criminis inuestigatio.

Nec obstat si dicatur, quod per extrauagantem Martini V. solum tenemur euitare excommunicatos denunciatos, & manifestos percussores clerico: vt: nam tutius est, ut quos scimus aut præsumimus tales esse, euitemus, & hæc responsio nunc sufficiat, tamen si posset alijs modis responderi.

Item non est facile admittendum; quod pro aduersa sententia adducitur, videlicet, quia si rei carcerati admitterentur ad supradicta, facilius confiterentur; quoniam non sunt adhuc id Inquisitores experti: immo vero si nõ admittantur, videtur magis conferre ad expediendas reorum causas, quia hoc ratione qui catholici, & verè fideles sunt, facilius confitebuntur, & citius perēt expediri, ne tanto tempore tantis bonis, & suffragijs priuentur.

Immo vero frequenter Inquisitores hinc sumere possunt probabile signum, & argumentum, aut culpæ aut innocentie ipsorū reorū: sunt enim quidam carcerati, qui tamen si multo tempore in vinculis contineantur, nihil curant, nec dolent, quod huiusmodi beneficijs careant ac priuentur, quod eorum culpa

In sancto officio non solent comprehendere rei nisi si præcedat sufficiens informatio.



pe iudicium esse potest: alij contra se his privari contristantur, quod innocentia est argumentu, nisi ficta fieri videatur, & ad citius expedienda eoru causam multum conducere debet, ne tantoru bonoru fructu diu priventur, vt paulo antea dictum est.

Postremo non obstat si dicatur, plerisque ex his qui comprehenduntur, absolui; quoniam considerato numero eorum qui condempnantur, qui absoluntur pauci quide sunt, & lex, qua plerumq; accidere solent, considerat. I. nam ad ea. ff. de legibus. illi aut qui recipiuntur ad Ecclesie gremium haresi abiurata, no dicuntur proprie absolui, & si heresim abiuret, ia constat fuisse hereticos. quod si mitiori pena plektantur, id fit, vel quia iudices benigni se cu illis habuerunt, vel quia no constitit de errore intellectus, quamuis ad id presumendum sufficientia extarent indicia. iuste ergo pendete iudicio, a Missa, & alijs orationibus audiendis repelluntur. hac tamen omnia libentissime sapientiorum censura subijcio.

Num. 3.

In quibusdam autem alijs partibus Episcopi habent ipsos carceres, & c. ] Hac est secunda huius questionis pars de carcere ad penam destinato, quem perpetuum vocare solemus; de quo satis multa diximus supra in hac 3. par. super 10. modo processum fidei terminandi hoc vero loco ea solum adiungemus qua ibi consulto omisimus, quaq; nunc frequentius solent obseruari.

Carcer perpetuus instituentus, & quare.

Quis ordo in eo seruandus. Cap. 79.

Ac primum, quamuis nostris saculis non soleat carcer perpetuus in eam forma constitui, qua olim solitus erat fabricari, opportunu tamen est, & omnino procurandū, vt certa aliqua domus velut carcer perpetuus destinetur, in qua habitant illi, qui iure sunt immurandi. neq; n. si aliter fiat satis pot intelligi, quo penitentes adimpleant penitentias sibi iniunctas. in his omnibus qualis ordo debeat obseruari saluberrime cautum inuenio per Madralia nam instructionem anno MDLXI. c. 79. & 80. in hac verba a nobis latine facta: Damnati ad perpetuum carcerem custodi carceris perpetui consignabuntur. iniungendo eidem ut custodiant eos; & curet ut adimpleant impositas penitentias, atque ut certiores reddat Inquisitores de illorum negligentia, si qua fuerit, item curet, ut subueniatur eis in suis necessitatibus, procurando ut afferatur illis materia iuxta officium, seu artificium cuiuslibet, vt inde aliquid lucrantes alantur, & presentem miseriam, & paupertatem ferant.

Cap. 80.

Inquisitores autem aliquoties in anno perpetuum carcerem visitabunt, ut videant qualiter viuunt, quomodo tractentur, & quam vitam degant, & quoniam in nonnullis inquisitionibus non est carcer perpetuus, cum sit res valde necessaria, debent emi domus, ut carcer talis fiat: quoniam deficiente carcere non potest intelligi quomodo adimpleant reconciliari suas penitentias, nec possunt custodiri qui fuerint custodiendi. haenus ibi. Sunt quidem hac diligenter in hac causa prescripta, & ideo iudicio meo vbique obseruanda.

Quis obseruandus, an penitentes adimpleant penitentias.

Quod vero hac instructione cauetur de obseruando, nunquid penitentes adimpleant iniunctas penitentias, cuius rei cura tradit carceris custodi, olim in Concilio Narbonensi, c. 8. diligentissime quoque fuit prescriptu, sed paulo aliter in hac verba: Ob-

seruationis etiam penitentiarum curam proprijs eorum sacerdotibus committaris, ita ut ipsi sacerdotes penes se habentes penitentijs singulorum parochianorum fuorum, & circa eorum obseruationes solliciti vigilante contempores si qui fuerint, uobis, seu quibus staueritis, denuntient sine mora, processuris in eos iuxta formam inferius designatam: hac ibi.

Mibi hoc consilium de committenda cura obseruationis penitentiarum proprijs sacerdotibus, eo nomine nunc magnopere probatur: quoniam in ciuitatib. ubi non est carcer perpetuus aut non solet esse tanta penitentium multitudo, vt carcer talis fieri debeat; se vnus aut alter penitens tantu quadoq; reperitur, non videtur commodius cuiquam posse hac cura iniungi quam proprio sacerdoti. is ergo hanc curam suscipiat, ubi instructionis praecitata consilium locum non habet: consilium vero Narbonensis consilij vbique locum habere facile potest.

Postremo de commutatione pena perpetui carceris, seu de dispensatione est dicendu, in quo hoc exploratum; iure coi quilibet privati Inquisitores vna cum ordinarijs arbitrium habent dispensandi, vt alibi docuimus per tex. in c. vt commissi. s. illorum. de heret. lib. 6. & hoc iure adhuc vbique vnumur, ex epro quod Inquisitoribus Hispania id est denegatum per priuatas eius inquisitionis sanctiones; nam solus generalis Inquisitor in hoc dispensat, sicut & in depositione vestis crucibus signata, vt docet Simancas de catho. instit. tit. 16. num. 20. sed hoc in illis regnis tantum locum habet.

Quasitu scio, post quantum tempus soleat in carcere perpetuo dispensari: sed neque in hoc reline in pluribus alijs, quidquam est nominatum vniuersis Inquisitoribus iure prescriptum: quamobrem eorum arbitrio hac relinquuntur, qui spectata penitentiam humilitate, & penitentia intra minus tempus poterunt hanc penam remittere aut in aliam leniorem commutare: & post lapsu triennij remitti solere scripsit Simancas praecitato loco, nu. 21.

Quod si pena carceris irremissibilis fuerit imposita, viapso octauo anno solet relaxari, vt idem Simancas testatur ibid. nu. 22. ceteru nullo hac iure sancita, nec in his quidquam prescribimus, cum in arbitrio Inquisitorum sint posita, atque haenus summam diximus, qua ad hunc locum spectabant, nunc reliqua simili breuitate persequamur.

Qualiter autem de custodibus prouidendum, & c. ] Hac est postrema pars huius dispensationis qua de custodibus carcerum concepta est, in qua optime admonet auctor, ea qua iure ueteri erant sancita, nunc non obseruari: erat aut accusatissimē, & diligentissime cautu quidquid ad custodiendos reos spectabat: sed postquam hac in desuetudinem abierunt, quid nunc fieri debeat ostendamus.

Ergo siue sit vnus, siue duo carceru custodes (ita metstodie vnus tantu esse soleat) is eligendus est, qui sit fidelis, & industrius; idē nihil cum reis in secreto loquetur: nihil dabit reis ex his qua a consanguineis uel amicis reorum mittuntur, inconsultis inquisitoribus: idem coram Episcopo, & Inquisitore iurabit se fideliter muneri suo satisfacturum.

Hinc accedut plurima alia, qua ex consuetudine serua-

al. com. dicitur

Itaque perquisitio

per

Post. etiam in de qua perquisitio non dicitur

Nam

Carceres huiusmodi sunt, ita quod quilibet carceris custodi debet



fere singularum inquisitionum sunt, petenda, inter  
qua hoc maxime obseruandum est, vt fidelissimi, &  
integerrimi sint reorum custodes, alijs vix poterit  
veritas ab illis inuestigari, si de his quae foris gerun-  
tur per infidos custodes, & ministros, certiores ed-  
dantur.

Cetera huc spectantia tradunt Syluester in sum-  
mo verbo, haeresis. 2. q. 7. n. 9. Locutus in opere iudicia-  
li verbo, carcer. nu. 11. & seq. Gondisalvus tracta-  
de haeret. q. 11. n. 11. & seq. Conradus Brunus lib.  
4. de haeret. c. 3. sed praeter ceteris Simancas de cath.  
insti. tit. 16. nu. 7. & seq.

QVAESTIO LX.

De iuramento notariorum, & custo-  
dum carcerum.

**S**exagesima quaestio est; Vtrum Episcopi  
notarij, & eius carcerum custodes te-  
neantur iurare coram Inquisitore de fi-  
delitate: & contra, Inquisitoris notarij, & carce-  
rum eius custodes coram Episcopo?

Respondemus quod sic; iuxta c. Multorum. al-  
leg. de haeret. in Clemen. in §. porro. de custodib.  
Inquisitorum carcerum, ibi dicitur sic; Porro co-  
ram Episcopo uel capitulo sede uacante, & Inqui-  
sitore, praedictis, uel substitutis ab eis custodes su-  
praedicti, antequam suum officium exequantur, iu-  
rabunt ad sancta Dei Euangelia corporaliter a se  
tacta, quod in custodia immuratorum, & aliorum  
pro crimine supra dicto in sua custodia positoru,  
& ponendorum, omnem diligentiam, & sollicitu-  
dinem, quam poterunt, fideliter adhibebunt.

De custodiibus uero carcerum Episcoporum,  
dicitur ibi sic; Et quia saepe contingit Episcopos  
proprios habere carceres, sibi & dictis Inquisito-  
ribus non communes; uolumus, & distictè praeci-  
pimus, ut custodes ad incarcerationum pro dicto  
crimine custodiam per Episcopos, uel sede uacan-  
te, per capitulum deputandi, & eorum ministri  
coram dictis Inquisitoribus uel substitutis ab eis,  
prestant simile iuramentum.

De notarijs sequitur sic; Notarij quoque in-  
quisitionis coram Episcopo, & Inquisitore uel substi-  
tutis ab eis, iurabunt suum officium fideliter exer-  
cere. Et idem fiet de alijs personis necessarijs ad  
praedictum officium exequendum.

COMMENT. CIX.

**D**e iuramento praestando in sancto officio ab eius  
ministris generaliter sancitum est, vt tam In-  
quisitores ipsi, quam reliqui omnes officiales, &  
ministri, quo tempore recipiuntur ad officia sua  
exercenda, iurent quod bene, diligenter & fide-  
liter officijs seu muneribus sibi iniunctis inseruiant,  
unicuique ius suum tribuent sine acceptatione per-  
sonarum, & secretum omnino seruabunt. Hispanen-  
si instruet. anno MCCCCXVIII. c. incip. Item quo-  
los dices Inquisidores.

Custodes autem carceris coram Episcopo, & In-  
quisitore iurabunt, quod in custodiendis reis cura,

& sollicitudinem fidelem adhibebunt: & quod ne-  
ter eorum alloquetur eos nisi coram altero custode:  
& quod nihil subtrahent ex alimentis, nec ex illis  
rebus, quae carceratis deferuntur: quod ipsum iura-  
re et debet ministri eorum. ita colligitur a pertissi-  
me ex dicta Clemen. 1. §. porro. de haeret. qua vritur  
hoc loco Eymericus. idē docent beatus Antoninus  
in sum. parte. 3. ti. 18. c. 2. §. 2. Syluester in summa,  
verbo, haeresis. 2. quaest. 7. & Simancas de catho. in-  
stit. tit. 26. de custodia reorum. nu. 10.

De iuramento notariorum sancti officij similiter  
constitutum est, vt idem praestent iuramentum non  
enim sufficit, quod quando notarij creati fuerunt,  
iurauerunt officium suum fideliter exercere, cap. ad  
audientiam. de praescrip. glos. in l. quaedam §. num-  
mularios. verbo, decurritur. ff. de edendo. nam eo iu-  
ramento non obstante, cum in notarios sancti officij  
recipiuntur, iterum iurare debent. glo. in dicta Cle-  
men. 1. §. porro. verbo, iurabunt. 2. de haeret. & notat  
communiter ibidem Zabarella, Imola, & alij, &  
Nicolaus Arelatanus tracta. de haeret. notabili  
36. incipien. Nota quod Ioannes Roias in singula-  
ribus fidei, sing. 141. incipien. Notarius quando  
creatur. Lucerna Inquisitorum, verbo, notarij. §. 1.  
& alij, quos omitto consulto.

QVAESTIO LXI.

De quaestionibus, & tormentis.

SUMMARIUM.

1. Episcopus, & Inquisitor simul tormentis ex-  
ponere possunt.
2. Indicia ad torturam sufficientia sunt varietas,  
& vacillatio.
3. Infamia cum vno teste de scientia.
4. Infamia cum indicijs vehementibus vno, vel  
pluribus.
5. Testis de scientia cum vno vel pluribus indi-  
cijis vehementibus.
6. Indicia plura vehementia seu violenta.
7. Infamia cum teste de scientia & indicijs vehe-  
mentibus.
8. Nullus torqueri debet ex sola infamia, vel pro  
pter vnum testem seu indicium tantum.

**S**exagesima prima quaestio est; Vtrum Epi-  
scopus, & Inquisitor possint aliquos ex-  
ponere quaestionibus, & tormentis, &  
ex quibus indicijs atque causis?

**R**espondemus quod primū non est dubium,  
quin Episcopus, & Inquisitor possint aliquos ex-  
ponere quaestionibus, & tormentis coniunctim,  
sed non diuisim, iuxta cap. Multorum, de haeret.  
in Clemen. in principio, ubi enumeratis quae potest  
facere quilibet diuisim, de his, quae habent facere  
communiter, & coniunctim, sequitur sic; Duro  
tamen tradere carceri siue arcto qui magis ad pe-  
nam, quam ad custodiam uideatur; uel tormentis  
exponere illos, aut ad sententiam procedere con-  
tra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor  
sine Episcopo dicecesano, aut eius officiali, uel Epi-  
scopali sede uacante capituli super hoc delega-  
to,

Relat supra  
pag. 111.



to, si sui adiuuicem copiam habere valeant in fra-  
cto dierum spatium postquam se inuicem requi-  
sierint, non valebit.

In hoc autem quod negat, quod vnus non pos-  
sit sine alio, concedit quod vnus possit cum alio.  
2 Quibus autem indicijs, & causis sufficien-  
tibus possunt aliquos exponere quaestionibus, &  
tormentis, non possunt perfecte atque infallibiles  
regulae assignari: dantur tamen aliquae.

De indicijs  
ad tormentum.

Regula. 1.  
Varius, & va-  
cillans torque-  
ri potest.

Prima regula est: quod si delatus de haeresi re-  
peritur in suis confessionibus vacillans ac varius,  
negans tamen id, de quo principaliter inquiritur,  
quaestionandus est: vt patet in ijs, quae notantur  
per Doctores in c. Cum in contemplatione, extra  
de reg. iuris. vide etiam de poenis. Super his, & 5.  
q. 5. Illi qui. Nam praesumitur quod veritatem,  
quam nouit, vult celare: & quia non potest com-  
mode, vacillat & variat ad interrogatoria iudicis  
respondendo. Secus si crimen negaret in vna con-  
fessione, & post ductus poenitentia & conscien-  
tia, in alia fateretur. tunc enim non reputabitur va-  
rius, nec consequenter quaestionandus, sed poeni-  
tens, & condemnandus iuxta c. Accusatus. §. licet  
perituri. de haeret. lib. 6. Ad hoc facit quod no. in c.  
Litteras. de praesum. vbi prima facie videntur haec  
litteraliter contineri.

Regula. 2.  
Et contra que  
extrat infamia  
& testis de  
scientia.

† Lib 9 Co-  
dicis.

3 Secunda regula est: quod si quis reperitur de  
haeresi diffamatus, & cum hoc probatur habere  
contra se vnum testem de scientia, talis quaestio-  
nandus est, ut patet. 4. q. 3. c. Si testes. §. saepe. & eu  
notatis ibi de testi. Sicut. quia vnus testis, & fama  
dicuntur facere semiplenam probationem: im-  
mo vnus testis solus dicitur facere indicium com-  
petens, ut notat Azo † in summa de quaestio-  
nibus. Nam haec sunt duo indicia uehementia: duo  
autem indicia uehementia ad torquendum suf-  
ficiunt, ut patet in his quae notantur in c. Praeterca.  
de testib. Et licet dicantur, quod testis vnus, est tes-  
tis nullus: & dictum testis vnus, dictum nullus,  
uerum est ad condemnandum, non autem ad praes-  
sumendum: quia licet duo, seu plures testes, & no  
vnus solus faciant probationem plenam, vnus ta-  
men facit semiplenam, ut iamq; superius est de-  
ductum. & hoc valet in ciuilibus: in criminali-  
bus autem quamquam vnus testis semiplenam  
probationem non faciat, ut allegatur per Docto-  
res. ff. de execu. tuto. l. 2. † faciet tamen competens  
indicium, ut notat Azo in summa vbi supra.

† Notat ibi  
glossa in ver-  
bo, legiti-  
m. s.  
Regula. 3.

4 Tertia regula est: quod si quis reperitur de  
haeresi diffamatus, & cum hoc probatur contra eu,  
vnum uel plura indicia uehementia aut uolentia  
talis quaestionandus est, ut patet: quia fama per se  
non est sufficiens, saltem quo ad quaestionandos  
clericos, notat Abbas in c. Grauis de deposit. & di-  
cit clericos non torquendos, nisi infames: secus  
si leue, uel leuia. Nam hic sunt plura indicia si-  
mul iuncta ad torquendum sufficiencia, scilicet  
infamia, & vnum, uel plura alia indicia uehemen-  
tia, & fortia.

Regula. 4.

5 Quarta regula est: quod si quis reperitur su-  
per crimine haeresis habere contra se vnum testem  
de scientia, & cum hoc probantur contra eum  
vnum uel plura indicia uehementia aut uolentia,

alis quaestionandus est. patet, & est dictum supra  
proxime in tertia regula: secus si leue, uel leuia.  
Nam in hoc casu sunt duo indicia ad torquen-  
dum sufficiencia simul iuncta, scilicet, vnus testis  
de scientia, & vnum sine plura indicia de haeresi  
uehementia, aut uolentia, ut dictum est supra.  
6 Quinta regula est quod si quis reperitur con-  
tra se habere plura indicia de haeresi uehementia,  
& uolentia absque alia infamia, aut teste de scien-  
tia, talis est quaestionandus, ut patet ex praedictis;  
secus si leuia. Nam in tali casu sunt plura indicia  
ad torquendum sufficiencia, scilicet, plura indicia  
de haeresi uehementia, aut uolentia.

Regula.

7 Sexta regula est: si quis reperitur de ali-  
qua haeresi diffamatus, & cum hoc probatur habe-  
re contra se vnum testem de scientia, aut et vnum,  
uel plura indicia de haeresi uehementia aut uol-  
ta, talis quaestionandus est, ut patet ex praecedentibus.  
Nam in hoc casu sunt tria in genere sufficiencia in-  
dicia simul iuncta ad torquendum, scilicet, infam-  
ia, testes de scientia, & plura alia fortia indicia.  
8 Septima regula est: propter infamiam tan-  
tum, aut vnicum testem de scientia tantum,  
aut vnicum uehementem, uel uolentum tan-  
tum,

Regula.

nam nullum praedictorum indiciorum tantum, est  
sufficiens ad tormentum: sed bene duo eorum vel  
omnia simul iuncta, ut patet ex praecedentibus; na  
qua singula non possunt, simul iuncta sufficere,  
ut dictum est supra in quarta regula. de quo latius  
in summa Innocentij super hac materia copilata.

COMMENT. CX.

Nulla ferè est in toto hoc opere haec vtilior que-  
stio, nulla difficilius, nec quae maiori, & dilige-  
ntiori declaratione indigeat. In ea vero explicanda  
breuis cometary sunt nobis met. & negligenda, idq;  
necessario; quonia nisi ita fiat, obscuris remanebit  
hic locus; poteritq; quandoq; et mediocriter eru-  
ditos decipere, nisi cuncta singularim declarantur  
declarentur autem, ut spero, multa facilitate.

Iam tota haec tractatio in duas porissimum par-  
tes est diuisa, in quarum prima docet, posse Inqui-  
sitores vna cum ordinarijs reos torquere; in alte-  
ra septem regulis ostendit quando torqueri liceat,  
ibi: Quibus autem indicijs.

Et quantum ad primam partem attinet, olim in  
principio constituta delegata Inquisitionis, no uide-  
tur licuisse Inquisitorib. reos torquere ob periculum  
(vt credo) incurred. irregularitatis, sed totum ad  
uersus haeticos, aut suspectos per indices laicos  
exercebatur, na in constitutione Innocentij Quarti,  
incipiente. Ad extirpanda. §. teneatur praeterca. ita  
scriptum est: Teneatur praeterca Potestas seu Re-  
ctor omnes haeticos, quos captos habuerit, co-  
gere citra membri diminutionem, & mortis peri-  
culum, tanquam uere latrones, & homicidas ani-  
marum, & fures sacramentorum Dei, & fidei Chri-  
stianae errores suos expressè fateri, & accusare al-  
ios haeticos, quos sciunt, & bona eorum, & cre-  
dentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut  
coguntur fures, & latrones rerum temporalium  
accu-

Quoniam

et magis...  
P...  
...



acculare suos complices, fateri maleficia quae fecerunt. hactenus ibi.

Ceterum cum hinc in secreta sapienter in hac causa reuelarentur, & non mediocriter in fidem incommoda nascerentur, commodius postea & salubrius visum est statueretur, ut cum tortura hoc crimen mere ecclesiasticum esset, tota eius cognitio ac plena disceptatio ad Inquisitores pertinere: quae cum fieri saepe non possit sine questionibus, ideo cautum est, ut Inquisitores & Episcopi possint reos huius criminis torquere; quod probant recentiora iura, quibus hic videtur Emericus: concessaque in super illis est facultas, ut si contingeret quandoque irregularitatem contrahere, mutuo secum possent dispensare, ut patet in rescripto Urbani VIII. incipiente Ut negotium relato ab Emerico supra par. 2. atque hoc iure nunc utimur, neque modo ulla est controuersia, an Inquisitores possint reos torquere.

Quibus autem indicij & causis sufficientibus, &c. non possunt, &c. infallibilis regula assignari. Recte plane loquitur: quoniam quando & quibus dari debeat tortura, & ex quibus indicij et causis, iudicis fere prudentia & arbitrio relinquuntur, ut is pensata delictorum & personarum qualitate questionem adhibeat. Guido Suzaria tract. de indicij & tortura nu. 30. versicu. qua & qualia. & Barto. in l. vlti. ff. de questio. Salycetus in l. vlti. C. de questio. Panormitanus in ea. cum in contemplatione, extra de regu. iuris & alij.

Quia vero hac res vsu frequens est, & cognitu necessaria, ut in hac parte iudicib. fidei satisficiamus obiter huc spectantia in genere erunt a nobis afferenda, inde in specie ad indicia cum auctore descendemus.

Primum ergo ad torturam non est accedendum, prius quam de delicto constiterit, seu in casu nostro de dicto, aut factio hereticali: tortura enim non tã adhibetur ad inuestigandum factum, quam ad habendam veritatem ex ore ipsiusmet delinquentis, cum factum vel delictum, quod dicitur esse commissum, difficiliter ita et reuelatur. Franciscus Brunus tract. de indicij & tortura, par. 2. q. 5. nu. 10. quem sequitur Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 64. versic. debet autem index. & ceteri cõiter. in hac autem causa de delicto constare dicitur ad hoc ut tortura possit infligi, cum adest semiplena probatio, vel sufficiens indicium ad torquendum, iuxta id quod dixi supra in hac parte super 3. modo terminandi processum fidei. §. quare in hoc articulo.

Rursus, si delictum aliter quam per torturam probari potest, ad torturam accedere non debemus: quoniam regulariter non deuenitur ad torturam nisi in defectum aliarum probationum. est enim tortura subsidium quoddam extremum ad inueniendam veritatem: quamuis hodie de sanguinariorum quorundam iudicij consuetudine, facile non expectatis alijs probationibus ad torturam protinus accedatur, in quo grauissime erratur. Angelus. l. fina. nu. 4. C. de questio. Boerius decis. 163. incipiente. An per torturam. num. 1. Marfilus in l. 1. in princip. num. 7. ff. de questio. ubi hanc fatetur esse communem opinionem, quam & ceteri Criminalistae vno ore sequuntur, & Panormitanus in cap. cum in contemplatione. quest. 2. de reg. iuris.

Ex hac vero proxime dicta doctrina cõsequitur,

A in delictis manifestis torturam fere non habere locum, sed in occultis, cum occulta delicta sint difficilis probationis, ideoque facilius in occultis questio usurpatur, quam in manifestis. & haec opinio communis etiam est, & vsu recepta. Iteus in l. 1. §. serui. num. 75. ff. ad senaruse. Syllania. Bald. in l. nemo. C. de Episc. audient. quod sequitur, & multis modis atque exemplis illustrat Franciscus Brunus tract. de indicij & tortura par. 2. questio. 8. numero 2. pro qua sententia facit textus in l. vlt. C. de questionibus, ibi; Et ex his ea quae occulta sunt, reuelari, unde cum crimen heresi maiori ex parte sit occultum, cum in intellectu consistat, in eo frequenter tortura locum habebit, ut quid reus credat intelligatur; tamen si de eo constare dicatur quando adsunt exteriora indicia sufficientia ad torturam infligendam, ut paulo antea dicebamus.

Ab hac priusquam ad torturam deueniamus, indicia praecedere oportet: quoniam regula communis est, non esse a tortura inchoandum. l. 1. ff. de questio. tra. dit Thomas de Piperata Bononiensis, Bartolo vetustior, tract. de fama, nu. 8. Zasius conf. 19. nu. 31. lib. 1. Bologninus in additionibus ad tractatum de tormetis Guidonis de Suzaria, num. 29. & hanc testatur communem esse sententiam Iulius Clarus in pract. crim. §. fi. q. 64. vers. dixi etiam: Itaque tunc demum ad torturam est deueniendum, cum suspectus est reus, & cum multis argumentis vtgetur.

Iam indicia ex quibus reus torqueri potest, probata esse debent, ut vere tradit Marfilus in pract. crim. §. diligenter. & in l. 1. §. idem. ff. de questio. estque communis etiam conclusio, ut restatur Ioannes de Ami. conf. 127. nu. 10. ubi vere addit, quod liber iudicium, siue adminiculum per duos testes ad minus esse probandum. idem tenuit iam antea Bartolus, in l. si. num. 7. ff. de questio. & probat plenissime Iulius Clarus in pract. crim. §. fi. q. 22.

Itẽ indicia ex quibus reus torqueri possit, legitima esse debent, et a iure approbata, vel saltem communi voto a magnis Doctoribus recepta. nam ex alijs indicij, inter quae leuia computantur, nemo torqueri debet: sed haec qualia sint, dicit paulo post cum Emerico.

Ubi ergo praecedentes regulae fuerint obseruatae, ad torturam erit deueniendum, iuxta eum ordinem & ritum, quae accuratissime praescripsit Emericus, 3. par. in 3. modo processum fidei terminandi. super quo dixi multa, quae hanc questionem illustrant.

Solent a nostris gradus torturae quinque numerari, eo ordine quo infliguntur, quos omiõto, quia cuique sunt obuij & parentes, traduntur quae singularim a Paulo Grillando tract. de questio. q. 4. num. 11. & a Iulio Claro in pract. crim. §. fi. q. 64. vers. nunc de gradibus: & retulit etiam Locatus in opere iudiciali, verbo, tortura. & alij.

Qualia tormetorum genera usurpari debeant, non est iure cautum; ideoque arbitraria sunt, potestque index in tormeti genus imponere, quod sibi ad veritatem eruendam commodius videatur, iuxta quae alitatem personae & iudiciorum; dummodo id eam diligenter, ne insolita tormetorum genera adhibeat, sed ea tantum quae vsu iudicantium prudenter recepta sunt, ut pulchre & vere more suo explicat Antonius Gomez tom. 3. uaria. resolut. 13. nu. 5. Finit

manifestis tortura raro habet locum.

Indicia praecedant torturam.

Indicia ad torquendum probata esse debent.

Indicia sint legitima.

Gradus torturae.

Qualia tormenta usurpanda.



seu ( vt vulgus loquitur ) chorda tormentum hodie vbi que frequens est, à quo non est recedendum.

Non tamen defuerunt qui plura excogitauerint tormentorū genera, vt Marsilius in repetit. l. 1. ff. de questio. in princip. vbi quatuordecim species tormentorum enumerat, additque se alia inuenisse, vt somni subtractionem; quem laudat Paulus Grillandus tract. de quest. quest. 2. quorum multos torquendi modos commemorat Locatus in opere iudiciali verbo, tortura. num. 38. ceterum, vt ingenue dicam quod sentio; hæc tractatio de nouis tormentis excogitandis carnisicum est potius & crudeliū, quàm iureconsultorum & theologorum; ideoque consulto existimo omittendam.

Torquere reos res laudabilis.

Laudo equidem consuetudinem torquendi reos, maxime his tēporibus, quibus facinorosi vix vllis cruciariis delicta cōmissa fatētur: immo sepe multri, quorū insignis est audacia & impudentia, vltro delinquent cū spe superadi tormenta, quæ per maleficia euitā, vt docui cum Eymérico supra super 3 modo processum fidei terminadi. §. aliqui sunt etiā maleficiari. at vehementer reprehēdo sanguinarios iudices, qui vt vanā & inanē nescio quam gloriam aucupentur, noua genera tormentorū contra ius & fas misillis reis imponūt, ita vt præ sauitia aut deficiant in tortura rei, aut membra rumpantur, ita vt in perpetuū reddantur inutiles. id quod grauiter etiā reprehēdit Antonius Gomez to. 3. varia. resolutio. cap. 13. nu. 5. Pfitatus ergo modus nec periculosus in tormentis retineatur, & Christiani iudices habeant illa Iuriscōsulti verba ante oculos in l. questionis modum. ff. de questio. videlicet: Itaque questionem habere oportet, vt seruus saluus sit vel innocentia, uel supplicio. quod recte quoque admonuit Panormitanus in c. cum in contemplatione. q. 3. num. 4. extra de regul. iuris.

In crimine hæresis omnes priuilegiati torquentur & quare.

His constitutis, quæ in genere ad indicia & tormenta spectant nunc ad personas quæ torqueri possunt, accedamus: & quamuis in alijs causis & delictis quadam sint excepta persona, veluti doctores, milites, decuriones, nobiles, horumque filij, item impuberes, id est, minores quatuordecim annis, item senes, & si qui sunt similes. l. milites. l. diuo Marco. l. decuriones. C. de decurio. l. 3. §. pæna militum. ff. de remilit. vbi copiose Doctores, quod omisissis cæteris tradunt eleganter Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. cap. 13. numero 3. & seq. & Ioannes Roias in singularibus fidei, singula. 209. incipien. Torqueri non possunt.

In hoc tamē hæreseos grauisimo & horrēdo crimine, nullū priuilegium, aliquā personam tuetur, sed omnes torqueri possunt. l. 4. C. ad l. Iuliam maiest. l. etsi excepta. C. de malef. & mathe. Angelus tract. de malef. verbo, fama publica. Couarruias lib. 2. varia. resolutio. cap. 9. nu. 4. Paulus Grillandus tract. de questio. & tortura, q. 6. circa finem, Antonius Gomez & Ioā. Roias locis præcitatis. Simancas de catho. instit. tit. 95. num. 44. & seq. & ratio potissima est fauor fidei. interest enim plurimū reipub. hæresis deregere crimen, vt coerceatur, ne dum latitat, inficiat & corrumpat fideles. Rursus etiā, quoniā si præfat. priuilegiata persona ob crimen læsa maiestatis humanæ torquetur, vt probat pro-

A xime citata leges, multo magis torqueri debent ob hæresim, cū longe sit grauius diuinam quàm humanam offendere maiestatem. & vergentis, de hæret.

De clericis, monachis, & ceteris religiosis personis idem iudicium est; dummodo meminerimus, & ob periculum excommunicationis, si grauius torquerentur & lederentur, & ob dignitatem ipsam, qua decorantur lenius & mitius torqueri debere, nisi delicti enormitas, & indiciorū grauitas acriter tormentum infligendam suaderent.

Illud addit Simancas de catho. instit. tit. 65. nu. 50. clericos nō debere torqueri a tortore laico: nisi forte clerici non possint inueniri, qui id facere velint, aut sciant. & hæc sententia multum mihi probatur si seruari commode possit. Verumtamen vñtatum est iam & communiter receptum, vt à ministris laicis clerici torqueantur.

Sed quantum pertinet ad hunc locum de torquendis clericis, eum pulchre & copiose persequitur Bernardinus Diaz in præf. crim. can. c. 117. quem omnino videas, vt in hac re cautius agas.

Quod autem paulo antea dictum est de personis torqueri prohibitis, quas in hoc crimine torqueri posse ostendimus, verum est, cum torqueri prohibentur ob dignitatem, vel priuilegium: secus si ob aetatem, senectutem, vel partus periculum sint torqueri prohibita; quoniam tunc nec in hoc crimine, nec in alijs exceptis torquebantur, vt optime docet Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. cap. 13. num. 3. circa hoc tamen quid exerceri possit, tradidi supra in hac 3. parte super 3. modo processum fidei terminandi. §. scio quesitum. cum aliquot seq.

Minores vero 25. annis ob hæresis suspicionem torqueri posse explorati iuris est, vt tradit etiam Simancas de cath. inst. tit. 65. num. 45. minor autem 14. annis torqueri non potest, sed terreri, & ferula cedi, vt dixi in præcitato commentario.

Postremo, quod de personis quibuscunq; torquendis diximus in hoc crimine, idem etiā locū habet in quibuscunq; locis, in quibus vel ob antiquā consuetudinem, vel ob leges municipales nullus ob delicta torqueri solet, vt in Augusto & semper catholico Aragonū regno, vnde mihi generis origo est, in quo non potest per iudicem in delictis imponi tortura, vt agnouit etiam Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. cap. 13. nu. 1. nam fauore fidei etiam in hoc regno quicumque etiam priuilegiati ob suspicionem hæresis torquebuntur, neque enim tantum debet cuiuscunq; loci præualere immunitas; vt ea in fidei præiudicium quandoque conuertatur.

His ita constitutis, quæ sunt velut fundamenta futuræ disputationis, nunc ad indicia & causas, ex quibus ad torturam deueniri possit, vna cum Eymérico accedamus.

b. ¶ Prima regula est. Quod si delatus de hæresi repetitur in suis confessionibus uacillans, &c. ] Hæc prima regula, quod per variationē delinquentis sumatur indicium ad torturam, pugnare videtur cū regula septima eiusdem questionis, in qua dicit auctor propter vnum indicium neminem esse torquendum; variatio autem vnum est indicium. Rursus, ob indicia à crimine remota nullus videtur torquendus; variatio autem indicium videtur à crimine remotis



facis remotum: quare dicendum videtur variationem, seu vacillationem delinquentis non facere indicium ad torturam, & hanc sententiam vocat communem Carrerius in pract. crim. nu. 119. vers. quin tum indicium est. vbi asserit solam variationem, aut mendacium, aut pallorem, titubationem, trepidationem, & id genus alia, quae coram iudice fiunt, non facere indicium ad torturam, sed quandam suspicionem, cum hoc sit remotum indicium. idem tenet Masilius in pract. rim. §. diligenter. idem consi. 51. Grammaticus decis. 34. incipien. In praesenti. Ioannes de Ami. consil. 134. & alij quos ibi Carrerius refert. Verum est diuerso variationem esse sufficiens indicium ad torturam, proficitur hoc loco Emericus, idem docuit supra in hac 3. par. ti. de cautelis Inquisitorum contra hereticorum cavillationes, cautela 6. nu. 104. eandem sententiam tenent Gondisalvus tract. de here. q. 13. nu. 6. Guido de Suzari tract. de indicijs, & tortura versic. qua & qualia. nu. 33. Franciscus Brunus tract. de indicijs. par. 1. q. 3. nu. 30. Marcus Antonius Blancus tract. de indicijs num. 220. & alij qui hos sequuntur, & hanc dicunt fuisse sententiam Baldi in l. multum. inter est, & Bartoli in l. de minore, §. plurimum. ff. de quaest. ramesis quidam dubitent, an Bar. ita senserit, necne.

Ex his videtur valde difficile definire, quid sit in tanta controuersia inter tot viros graues statutum. ne quid tam parum explicatum, aut indecisum relinquantur in hac frequenti & quotidiana tractatione, ita mihi videtur sentiendum: Quotiescumque res, de qua agitur cum reo, talis est, circa quam exiguus temporis spatium obliuio cadere non facile praesumitur (quod arbitrio iudicantis relinquitur) & reus non est omnino stupidus, aut obliuiosus, si vel in eadem confessione, vel in diuersis vacillet, & variet, torqueri ob id poterit.

Sed in hoc articulo ultra variationem, sequentia videntur debere concurrere. Primum, quod variatio, vacillatio, seu mendacium committatur circa substantialia delicti, de quo quaeritur. ita tradit valde singulariter, & iudicio nostro verè, Paris de Puteo in tract. syndicus, verbo, tortura. lo primo. versic. viso, de indicijs. quem sequitur Carrerius in pract. crim. nu. 119. & 120. vbi addit solam variationem non facere indicium, nisi & alia concurrat, de quo paulo post dicam. Hos refert Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 21. versic. mendacium, & hanc sententiam prudentissime indicat hoc ipso loco Emericus, dum ait: Negans tamen id, de quo principaliter inquiritur, quaestionandus est. quare variatio circa extrinsecas quasdam, & remotas delicti circumstantias nullo modo est sufficiens indicium, seu causa ad infligendam torturam.

Rursus praeter variationem, & mendacium, necesse est, quod alia signa delicti commissi à vacillante interueniant, vt quia, verbi gratia, reus aliàs suspectus est de here. vel infamatus, quod id crimen commiserit, de quo interrogatus vacillat, ita Iulius Clarus praecitato loco, & Simancas de catho. instit. tit. 65. num. 33.

Et hanc sententiam ita explicatam appellat commentum Plorus in reper. l. si quando. nu. 886. & ita intelligendus hoc loco Emericus: quod hoc in

crimine semper contingit, cum nemo in carcerem conijciatur, nisi magna de delicto commissio praecesserint indicia. Si quis ergo huius criminis reus, dum legitime interrogatur, vacillet, peieret, mectatur, ut praediximus, ob id ad torturam rapi poterit.

Quam ob rem sola variatio, aut titubatio, aut pallor, nisi, & quae tradidimus, concurrant, nullo modo sufficiunt ad torturam; nam verecundia, timor, periculi magnitudo, rei nouitas, iudicium auctoritas, ira, dolor, recordatio futurae infamiae, & caeterae animi perturbationes, ita saepe rationem impediunt, & perturbant, vt saepe etiam sapientissimi, & prudentissimi viri aliena loquantur. quam ob rem diligenter est perscrutandum, an & quando deceat ex hoc indicio ad torturam infligendam accedere. hominibus facinorosis, quibus familiare est vri fraudibus ad occultandam veritatem, facilius ob variationem infligenda tortura erit.

¶ Secunda regula est, Quod si quis reperitur de here. diffamatus, &c. Hac regula secunda nullam habet dubitationem; nam si fama sola quandoque, & vnus solus testis aliquando faciunt indicium ad torturam, vt in septima regula dicemus, plane ambo simul iuncta plenissimum faciunt indicium, & quod hic docet Emericus, probat satis aperte textus in c. praeterea. de testibus. glossa in l. 3. verbo, conuictus, C. ad legem Iuliam maiestat. vbi Cynus, Bartolus, Albericus, Baldus, Salycetus, & Doctores communiter. textus in l. de minore. §. tormera. vbi glossa, Bartolus, & communiter Doctores. ff. de quaestio. probat plene & efficaciter. Antonius Gomez. to. tertio, varia. resolut. c. 13. nu. 7. & 10. & Carrerius in practica crim. nu. 110. & 111. & alij quos in re facili omitto. ergo si quis, uerbi gratia, hereses Lutheranorum securus, imaginis Sanctorum visus fuerit ab vnico teste coculcasse, fregisse, aut delensisse, simulq; orta fuerit fama de hoc delicto contra eum, isque coram iudicibus fidei neget, proculdubio ex dictis illius testis, & fama, rapi poterit ad quaest. ac talis quidem est hoc loco Emerici ei doctrina, quae eois est, & certissima, & tutissima.

¶ Et hoc valet in ciuilibus; in criminalibus autem quamquam vnus testis semiplenam probationem non faciat, &c. Sententia Emerici hoc loco est, in ciuilibus causis vnus testis omni exceptione maiorem facere semiplenam probationem; in criminalibus autem non facere nisi solum indicium.

Ceterum non video quomodo eum hic tueri possim; nam communis opinio est, vnus testem fide dignum, & omni exceptione maiorem deponentem de facto, seu delicto per visum, vel alium sensum corporeum, ita vt concludat, etiam in criminalibus semiplene probare. glossa in l. admonendi. ff. de iure iurando. verbo, exacto. & ibi Barr. nu. 36. & communiter Doctores, & praecipue Iason in secunda lectura, nu. 92. glossa in l. in bona fidei, C. de reb. credit. verbo, decidi oportet. circa medium, & ibidem Baldus, & communiter Doctores. glossa in l. 3. C. ad legem Iuliam maiesta. verbo, conuictus, & ibi communiter Doctores, quod refert & sequitur Antonius Gomez. to. tertio, varia. resolut. c. 12. num. 2. circa finem. idem testatur Zabarella consil. 9. incipien. In facto dominae Bayeta. nu. 7. & alij.

Vnus testis idoneus in criminalibus semiplene probat.

Causae cur reus saepe vacillat.

Num. 3. Fama & vnus testis sufficiunt ad torturam.

Num. 3.

Vnus testis idoneus in criminalibus semiplene probat.





Vnus testis idoneus sufficit ad torquendum.

Atque ex his amplius inferitur vnus testis tantum, & talem, qualem nunc descripsimus facere etiam sufficiens indicium ad toruram, vt paulo post etiam indicabo in septima regula.

Cum vero hoc loco in fine huius regula Emericus dicit, vnū testē tātū facere cōpetens indicium, intelligendū est ex sententia eius, ad inquirendum, non ad torquendū: ne sibi sit contrarius, cum in regula septima dicat, vnū testem tantum non sufficere ad torquendum; nā communis regula est, vnicum testem ad inquirendū sufficere, vt testatur Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 21. versic. vnus testis, sed hæc amplius in sequētibz suis locis explicabo.

Num. 4.

Fama cū alijs grauibz indicijs sufficit ad torquendum.

Idem: de Blasph. q. 2. §. 2.

¶ Tertia regula est, Quod si quis reperitur de hæresi diffamatus, & cum hoc probatur, &c. Hæc etiā regula est apertissima, & verissima, videlicet, famam de delicto commissio contra aliquem ortam, iunctā cum alijs grauibz indicijs sufficere vt quis torqueatur, verbi gratia, publica fama est legitime per duos testes probata, per Bucerum malē sentire de Eucharistia sacramento, & hanc famam committatur alia indicia legitime etiam probata, exempli gratia, Bucerū raro interesse Missæ sacrificio, quod tēpore de Ecclesiæ præcepto iubetur interesse; aut per vnū testem conuincitur in vniuersum malē sentire de Ecclesiæ sacramentis; profecto hoc casu torqueri poterit, & ratio huius regula est, quia fama alijs adminiculis corroborata, sufficiens est indicium ad torturā Gratus consi. 57. nu. 8. lib. 2. et hæc sententiam testatur esse communem Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. quæst. 21. versic. fama sola, & Carrerius in pract. crimi. versic. secundum iudiciū, num. 111. vbi plures asserti huius sententia assertores, quos gratia breuitatis omitto.

Num. 4.

Abbas antiqui qui sententia de non torquendis clericis nisi sint infamati.

¶ Et dicit clericus nō torquēdes nisi infames. Ex dicto Abbatis antiqui, cuius hoc loco meminit Emericus, colligimus, qualis sit huius loci sententia. Abbas enim antiquus in capit. grauis. de deposito, vt refert ibidem Panormitanus, num. 6. versic. nota vltorius, dicebat se nunquam reperisse, quod clericus possit torqueri nisi sit infamatus, quamuis alia concurrant indicia, & hæc sententia communi multorum insignium iurisperitorum voto recepta est, quos refert, & sequitur Bernardinus Diaz in pract. crimi. cano. capit. 117. idem in regula 125. incipiente: Confessus de Crimine, in tertia sublimitatione, quod ipsum probat latissime Carrerius in practica criminali, num. 161.

Idem: vbi dicitur de deposito, num. 6. & Alciatus in cap. 1. de officio ord. num. 43. & Simancas de catho. insti. tit. 65. num. 48.

Clericus in hoc crimine etiam nō infamatus torquendus.

Et quamquam hæc sententia benigna sit, & plurimum clericis faueat; nihilominus verior videtur aduersa opinio, quam sequitur Panormitanus in dicto cap. grauis. de deposito, num. 6. & Alciatus in cap. 1. de officio ord. num. 43. & Simancas de catho. insti. tit. 65. num. 48. Et tamen si plurimi priorē illam sententiam sequantur; ea tamē nulla certa ratione nititur, nec iure probatur, vt optimē monuit Panormitanus præcitaro loco, hæc vero posterior rationibz nō vulgaribus nititur, quas Simancas paulo ante relatus commemorat: quibus adde iniquū videri, & valde à ratione remotū, si in causa fidei iustissimis, & euidentibus indicijs concurrentibus non possit torqueri clericus, nisi & infamia laboraret, quare torquebi-

tur ille quidem sicut & ceteri laici ex legitimis indicijs præcedentibus; mitius tamen & rarius, vt supra diximus §. de clericis. cetera ad hæc regulā spectantia amplius in sequentibus declarabuntur.

¶ Quarta regula est, Quod si quis reperitur suspectus crimine hæresis habere contra se vnū testem de scientia, &c. Hæc regula etiā est certissima, & plus quā manifesta: quoniā cōmunis opinio est, vt in secunda regula diximus, vnū testē etiā in criminalibus facere semiplenam probationem, & per consequens facit indicium sufficiens ad torturā: quare multo magis indicium faciet, si cum teste concurrant alia indicia vehementia aut violenta, quod exigite hoc loco Emericus, non quod aliter res trāsigi non possit, sed quia auctor securiora docet.

Itaque vnus solus testis de visu siue scientia, vt quia verbi gratia, audiuit Lutherū dicentē, nō esse purgatorij; aut vidit Lutherū imagines sanctorum delentem, & similia, si sit fide dignus seu omni exceptione maior, cui nihil opponi possit, quamuis nulla alia indicia concurrant siue vehementia siue leuia sufficiens indicium facit ad torturam, Romanus consi. 451. incipien. Quædam mulier, nu. 4. Clarus in pract. crimi. q. 21. versic. vnus testis, & hanc sententiam vocat communem Antonius Gomez tomo. 3. varia. resol. cap. 13. nu. 7. tenet etiam Carrerius in pract. crimi. num. 110. versic. primo maius indicium, quibus omnino censeo subscribendum.

Non dubito tamen posse quādoq; iudices à tortura abstinere, etiam si adsit vnus fidelis testis dictum, quando reus eius est qualitatis, & probitatis, vt facile delictum præsumi nō possit: tunc enim tutius erit obseruare ea, quæ postulat Emericus in hac regula, quæ verissima sunt, & securissima.

¶ Quinta regula est, Quod si quis reperitur contra se habere plura indicia, & cetera. Marcus Antonius Blancus tracta. de indicijs num. decimo, loquens de vario genere indiciorum, ita habet: Distinctio autem indiciorum leuium, & indiciorum grauium cognoscitur hoc modo: nam si frequenter, & facile hoc ab illo contingit abesse, tunc est leue indicium: si autem frequenter & facile contingit adesse, tunc est graue indicium. hæc ille, his consentit quod diximus supra par. 2. super quæst. 55. vbi habes plenissime explicatum, quid quid attinet ad cognoscenda indicia, suspiciones seu præsumptiones leues, vehementes, & violentas: quibus adde Locatum in opere iudiciali, verbo, suspicio. nu. 9. & multis sequentibus. §. 66. §. 78.

Et de culpis vnde oriuntur violenta indicia de hæresi, habes locum insignem in concilio Narbonensi c. 29. quod retuli supra parte 2. super quæst. 50. §. factis autem.

Cognitis ergo culpis, factis, seu dictis, vnde indicia vehementia, aut violenta contra aliquem de hæresi oriuntur, facillimum erit percipere, quod hoc loco tradit Emericus, cuius doctrinā talis est: ex vehementibus, aut violentis indicijs torqueri aliquis potest, absque infamia, vel testibus.

Hæc sententia verissima est, & communis, quam probat Bartoli doctrina, in l. ff. de quæst. nu. 6. quæ sequitur Marcus Antonius Blancus in tract. de indicijs. in 6. præmissio, nu. 39. cū multis sequentibus, & nu.



Et nu. 178. & ceteri communiter Criminalista. nã si vnum tantum indicium vehemens, seu violentum, propinquum tamen & cum crimine coniunctum sufficiens facit indicium ad torturam, vt plenè probabo in vltima regula, & tradunt præcitati; multo magis facient duo, vel plura simul iuncta, & de hac re nulla est dubitatio.

Si quis ergo scienter præstitisse auxilium, consilium, vel fauorem hereticis conuincatur: item probetur, eundem citatos pro heresi informasse qualiter debeant tacere veritatem, aut dicere mendacium: quoniam hinc vehementia indicia oriuntur, cum hæc operantem reddant de heresi vehementer suspectum, iuxta veram Emerici doctrinam parte 2. quæst. 56 num. 3. & 4. torqueri poterit.

Et iuxta hæc sèntentiã, multo magis poterit is torqueri, aduersus què violèta indicia sunt probata. Casus autem ex quibus oriuntur indicia seu præsumptiones violètae numeravi supra in hac 3. parte, nu. 109. super tit. de signis, & indicijs, quibus diuersarum sectarum heretici cognosci possint. §. illa facta.

Ex leuibus autem indicijs quemadmodum nemo capiendus est in hoc crimine, nec in carcerem mittendus iuxta veriorum sententiam, vt alibi ostendimus; ita nemo est torquendus. *¶* 4. *¶* 4. *¶* 4. *¶* 4.

¶ Sexta regula est: Quòd si quis reperitur de aliqua heresi diffamatus, &c. Hæc regula apertissime consequitur ex traditis in superioribus: nam si infamia sola quandoque sufficit ad torquendum, vt dicemus, & solus vnus testis, et solum vnum indicium propinquum vehemens, multo magis sufficiunt hæc omnia simul iuncta, quod patebit amplius ex his quæ proximè dicemus.

¶ Septima regula est, propter infamiam tantum, &c. Hæc postrema regula. ceteris lucem affert: nam in ea declarat qualiter superiora sint intelligenda. verum quæ proponuntur in ea valde dispiciabilia sunt, in primis vero vtilia, & vsu frequentia; & propterea singulatim cuncta explicabo, ne quis obscuritati, aut dubitationi locus in hac tractatione relictus esse videatur.

Primum ergo dicit, Propter solã infamiam neminem esse in hoc crimine torquendum. Quæ sententia vera, & communis est: nã sola fama, seu infamia in criminalibus nõ facit indicium ad torturam. Bar. in l. milites. C. de quæst. Ant. de But. & communiter Doct. in c. veniens. & primo. de testibus Ioan. And. in addit. ad Specu. tit. de proba. §. videndum. ad num. 19. verbo sciunt. Ang. tract. de malef. verbo, quod fama publica num. 41. Panor. c. 1. nu. vlt. de purgat. cano. & hanc opinionem vocat communem Marsil. singu. 97. incip. Fama sola. & Ias. in repe. l. adm. nendi. num. 25. ff. de iur. iur. & ceteri quos refert Petrus Duennas in reg. 300. incip. Fama in criminalibus. fallentia quarta.

Verum hæc cõmunis opinio quãdoque fallit: nã primo sola fama, seu infamia sufficere dicitur ad torturam, quãdo est vehemens. ita expressè concludit Bart. in cons. 191. incip. Domino paci. quod sequitur Bald. in cap. 1. §. iururia de pace iuramento firmanda, in vsibus feud. Fely. in c. veniens. l. de testibus nu. 15. Marsilius in pract. crim. §. diligenter. num. 19. idem consil. 3. num. 6. & consil. 49. nu. 65.

A & singul. 97. & 205. Thomas Grammaticus decis. 34. incip. In præsent. num. 52. & alij plurimi, quos refert & sequitur Petrus Duennas in regula 301. incipien. Fama in criminalibus. in prima limitatione, & hæc sententia sæpe locum habere poterit, vt ex tradendis patebit.

Sed tota difficultas posita est in cognoscendo, quæ dicatur fama vehemens, & Marsil. in l. de minore. §. plurimum. nu. 30. & Grammaticus in dicta deci. 34. nu. 53. ex Baldo dicunt arbitrio iudicantiũ relinquendũ esse, quãdo dicatur fama vehemens: quod nos libenter amplectimur; verum declarandum putamus ingratiã lectoris, ne quis temere arbitratus famam vehementem esse facile pronunciet.

Ergo si à fide dignis personis orta sit, si frequens sit, si ob id quis viciniã, amicosuè, aut viros probos, et plures scãdalizauit, et alijs quibusdã modis, quos reculi supra in hac par. 3. super 2. modo processum fidei terminandi. §. sed quæret quispiam. malam de se opinionẽ seminauit; is vehementer diffamatus cõsẽdus erit, & ob id torqueri fortassis iuste poterit.

Ad hæc, sola fama indicij sufficiens præstabit ad torturã, cum reus, de quo mala fama inualuit, aliàs erat male opinionis, & fame, male vitæ, & malis moribus præditus. Gãdinus tract. de malef. in rub. à quo vel à quib. possit fama incipere. nu. 12. Angu-

linus Ariminfis apud Angelũ. tract. de malef. verbo, quod fama publica. nu. 44. quos refert & sequitur Petrus Duennas in dicta regula 301. incip. Fama in criminalibus. in 3. limitatione. quib. in hoc crimine propterea libèrius cõseo subscribendum, quoniam qui deprauatis sunt moribus præditi, facilius in errores, & hereses labuntur, quã alij, & præsertim in eas, quæ oriuntur ab eo vitio, quo sunt irretiti: nã intemperatissimi, & ad venerè multum proclines facilius inducuntur ad credendum supplicem fornicationem non esse peccatum. vnde aduersus tales ob soiam infamiam, legitime tamen probatam, poterit Inquisitor ad torturam accedere.

Præterea, quãdo simul cũ fama adesset fuga delinquentis, is torqueri poterit. auth. de exhiben. reis. §. si vero. auth. de sanctissimis Episcopis. §. si quis autem. Bart. in l. si ff. de quæst. Gratus consil. 48. nu. 8. volum. 2. Ioannes Imola, & ibi Fely. num. 6. in cap. nullus. de presumpcio. immo Antonius Gomez. tom. 3. varia. resolut. cap. 13. num. 10. v. verso. quartũ indicij. addit, solã fugam post delictum commissum sufficiens indicium esse ad torturam, quod qualiter intelligi debeat, pulchre docet Carreius in pract. crim. num. 112. v. verso. tertium indicium.

Item, fama cũ dicto cruce signati seu familiaris sacri officij, seu cuiuslibet alterius catholici contra aliquẽ sufficiens facit indicium ad torturam. Barto. consil. 191. incip. Domino paci. Panis de Puteo in tract. syndacatus. verbo, an fama. nu. 3. & Marcus Antonius Blãcus tract. de indicijs. nu. 315. & alij. Quod & verũ est, quãuis hoc non præstet sola fama, cũ dictum vnus (quem syndicum sine officialem vocant præcitati) quasi testis sepe addatur.

Iam sola fama dicitur facere plenũ indicium ad torturã, cum originem habuit ab honestis personis & fide dignis. Marsilius in dicta l. de minore §. plurimum. nu. 30. ff. de quæstio. Salycetus in l. ea quid-

Fama vehemens, quæ dicatur.

Fama cum fuga sufficit ad torturam.

Fama cũ dicto vnus sufficit ad torturam.

Fama à fide dignis orta sufficit ad torturam.



dem. C. de accusat. Franciscus Arctinus in dicto c. A  
 veniens. nu. 36. de testib. Paulus Parisius cons. 153.  
 incip. In causa ista, nu. 12. vol. 4. facit r. ex. in c. cum  
 in iuventute. de purga. cano. hoc ipsum proficitur  
 expressius Hippolytus Marsilius consil. 3. incip.  
 Sape ac lapsius de cetero. nu. 5. & ratio esse potest,  
 quoniam persona honesta & integra, a quibus fa-  
 ma duxit initium (iuxta ea qua in superioribus  
 tradidimus) vehementem famam faciunt; ex vehe-  
 menti autem fama torqueri reus potest, ut ostendi-  
 mus paulo ante. §. verum hac.

Fama orta si  
 mul cum deli-  
 cto an suffi-  
 ciat ad tortu-  
 ram.

Denique sola fama indicium faceret ad torturam  
 quando orta esset contra aliquem a personis fide di-  
 gnis, cum primum delictum est commissum; verbi  
 gratia, si cum combusta est Ecclesia, aut Sancto-  
 rum imagines deleta, & fracta, aut violata Sacra-  
 menta, protinus nec temere, nec ab stultis oritur  
 fama, Bucerum id fecisse; tunc is, & capi poterit,  
 & torqueri: quoniam fama statim cum commissio  
 crimine orta, crimini inesse videtur. ita Gandinus  
 tract. de maleficijs, tit. de quest. & tormentis, nu.  
 39. vers. sed de vno qui aro. quem refert & sequitur  
 Franciscus Casonus tract. 8. de iudicijs, ex dicto in  
 delicto. seu post delictum, cap. v. num. 2. & alij.

Verum plurimum in hoc casu pendendum existi-  
 mo a quibus fuerit orta fama; item an verisimili-  
 ter sic qui infamatus est, id delictum committere potue-  
 rit: na vt in eodem exemplo persistamus, si Bucerus  
 male putabatur prius de sacris imaginib. sentire,  
 si raro visus est eis caput aperire aut reuerentiam  
 exhibere, forte torqueri poterit atq; ne quid du-  
 rius dicam, tunc credere ex fama orta contra aliquem,  
 quamprimum fuit delictum commissum, ad tortu-  
 ram posse deveniri, quando alia concurrerit admi-  
 nacula, aliq; coniectura verisimiles precessissent: qd  
 arbitrio prudentis iudicis arbitror relinquendum.

Num. 8.  
 Vnus testis  
 sufficit ad  
 torturam.

¶ Aut vnicum testem de scientia tantum. Ex  
 his qua diximus supra super secunda, & quarta re-  
 gula sic perspicuum vnicum tantum testem omni ex-  
 ceptione maiorem id est, talem cui nihil opponi pos-  
 sit, facere sufficiens indicium ad torturam, cum quia  
 etiam in criminalibus facit semiplenam probatio-  
 nem; cum quia qui dicto vnus testis vrgetur graui-  
 ter est de crimine infamatus apud iudicem compe-  
 tentem: & propterea absque vilo erroris periculo  
 torqueri potest, & hac est communis opinio, ut ait  
 Ruinus cons. 147. lib. 5. quam tenent alij, quos re-  
 fert & sequitur Iulius Clarus in pract. crim. q. 21.  
 vers. vnus testis. Eymericus vero, ut tutiora trade-  
 ret, non sufficere unum testem dixit, & eius dictum ue-  
 rissimum est, quando testis non esset omni exceptio-  
 ne maior: tunc enim non faceret indicium ad tortu-  
 ram, nisi alia concurrerent indicia, & adminicula.

Num. 8.  
 An ex uno  
 indicio ue-  
 hementi, aut  
 violato quis  
 torqueri pos-  
 sit.

¶ Aut indicium uehemens, uel uolentum  
 tantum. ] Gravis est difficultas, An propter vnus  
 indicium tantum uehemens, aut uolentum aliquis  
 torqueri possit. hanc questionem mouet Bar. in l. si  
 ff. de quest. nu. 6. quam proseguitur copiose Mar-  
 cus Antonius Blancus tract. de iudicijs, num. 39.  
 versio 6. promitto.

In hoc dubio non desunt qui dicant arbitrio iudicij  
 esse relinquendum, an sufficiat vnus indicium,  
 vel contra plura exigantur ad torquendum; ieges

enim loquentes de iudicijs idoneis, & sufficientib.  
 ad torturam, oēs ferè loquuntur in plurali, ut in l.  
 1. in prin. & in l. vnus. §. r. & in l. vlt. ff. de quest.  
 vbi plura iudicia postulari videntur. Aliqua tamè  
 glossæ sunt, quæ videntur sentire vnus tantum in-  
 diciu sufficere, ut in l. si quis. C. ad leg. Iuliam ma-  
 iest. & in l. vlt. ff. de quest. vbi glossa verbo, suspi-  
 cionibus. de suspicionem loquitur in singulari. qua  
 omnia latius proseguitur Salycetus, in l. vlt. C. de  
 quest. n. 7. vers. quero, an sufficiat vnus indicium.

Verum ommissis in hoc articulo prolixis multorum  
 altercationib. breuiter & resolutiù dico, quod si  
 indicium est leue, & remotu a delicto; tunc non suffi-  
 cit ad torturam absq; alijs adminiculis suffragantib.  
 & ad crimen ipsum propius accedentib. iuxta do-  
 ctrinam cõem traditam a nobis in precedeb. quare  
 sola fama, quia indicium est a crimine remotu, regu-  
 lariter non sufficit ad torturam. de ceteris iudicijs,  
 & presumptionibus leuib. idem est indicium.

Si vero indicium est propinquum, vrgens, vehe-  
 mens, & (vt cum Eymericus loquar) violentu; tunc  
 vnicu sufficit ad torturam, vt vnus bonus testis de  
 visu, uel confesso extra iudiciu, uel res furio subla-  
 ta apud aliquem reperta. ita Bar. in d. l. fin. nu. 6.  
 ff. de quest. Salyc. in l. si. C. de quest. & Marcus An-  
 tonius Blancus tract. de iudicijs, nu. 45. vbi dicit hanc  
 esse communem opinionem, a qua in praxi non est  
 recedendum: quoniam hęc iudicia licet singularia  
 sint, cum tamen negotium ipsum seu delictum com-  
 mitentur, & raro ab eo contingat abesse, absq; du-  
 bio sufficient ad torturam. hanc opinionem satis cõ-  
 firmant Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 21.  
 vers. vnus testis, & Antonius Gomez to. 3. variat.  
 resol. 113. nu. 7. & 8. & ceteri criminalista.

Ac postremo de varijs iudiciorum generibus,  
 & an ex illis quis possit ad penam ordinariam con-  
 demnari, videro Boerium de decis. 164. in oip. Alia in-  
 super orta fuit questio.

Quare si heretici combusti ossa uel uestes religio-  
 se cuius apud aliquem reperiatur, cũ hoc sit uehens  
 heresis lateis iudicijs torqueri poterit, ut intel-  
 ligatur, quid credat de Ecclesia hereticos panite.

Idem dicas de illis, qui scilicet recipiunt litteras,  
 uel munera ab hereticis missa, nulla causa appare-  
 tes qua excusari possint. huc referas illa opera, quæ  
 reddunt operantes violenter suspectos: ut se circide-  
 re, hereticos adorare, demones obsecrado immoca-  
 re, & similia de quib. pleriq; locis egimus: obhe-  
 enim indicia etiam singularia torqueri poterit,  
 quicquid dixerint, se non fecisse malo animo; aut non  
 habere errorem in intellectu, cũ non sit verisimile hęc  
 tā horrenda a quoquam patrari absque mētis erro-  
 re. Simancas de catho. in sti. tit. 65. nu. 52. ex senten-  
 tia Albertini tract. de agnos. asser. q. 36. in fine.

Ac de varijs quidem iudiciorum generibus, quæ  
 ad hunc locum spectant, multis locis egimus, nec  
 pe parte 1. super q. 53. §. iam ut nihil. & super q. 5.  
 eiusdem 2. partis. item parte, 3. nu. 109. tit. de si-  
 gnis, & iudicijs, quibus diuersarum sectarum he-  
 retici cognosci possunt. §. illa facta ad Locatum in  
 opere iudiciali verbo, indicium.

¶ Aut propter indicia uehementia, aut uolentia  
 tantum. ] Hęc uerba erāt in omnibus codicibus



Locos an- tam impressis quam manuscriptis, ea tamē omnino  
diximus omittenda, cum ex diametro pugnent cū  
traditis in quinta regula precedēti, ubi scripsit au-  
ctor, ob plura indicia vehementia, aut violenta ali-  
quem torqueri posse. nec vllō modo crederem hęc  
scripsisse auctorem, sed ab imperito quopiam libra-  
rio temere, & aliud cogitante, dum scriberet, addi-  
ta fuisse. & sequentia apertissime indicant hęc non  
esse auctoris verba, cum protinus adiungat, duo aut  
plura ex his indicia ad torturam sufficere.

APPENDIX SEV COROLLARIUM  
ad septem Emerici regulas de causis tor-  
quendorum reorum.

Dixi hæcenus summatim quidquid pertinebat  
ad dec laradas septē propositas ab Emerico  
regulas, sed quoniam ex alijs causis & iudicijs am-  
plius rei huius criminis in hoc tribunali torqueri  
possunt; ideo breuiter eas quoque adiungemus.

Ergo præter memorata indicia, cōfessio delinquē-  
tis extraiudicialis sufficiens quoque indicium erit,  
& probabile satis ad torturam. glossa singularis in  
l. capite quinto. ff. de adulterijs, ubi Bartolus, Ray-  
nerius, Angelus, & cōter Doctores. Bart. in l. fin.  
nu. 6. ff. de quæst. et ceteri, quos longo ordine refert  
Antonius Gomez to. 3. variar. resol. cap. 13. num. 8.  
& 9. & Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 21.  
verf. cōfessio extraiudicialis. & Carrerius in pract.  
crimi. num. 121. verf. septimum indicium.

Si quis ergo dixerit inter amicos, aut alibi (rese-  
rendo, seu iactādo, aut gloriando, aut alijs modis, vt  
sæpe contingit) se sapius concionibus hæreticorum  
interfuisse, canam more eorum sumpsisse, Mahome-  
tum adorasse, demones inuocasse, aut aiquid hære-  
ticale dixisse vel commisisse, ubi constiterit per tes-  
tes legitimos de eius confessione extraiudiciali; vo-  
tari poterit, & interrogari, & ubi expediens fue-  
rit, iudicatum in carcerem mitti; & si negat, tor-  
queri ob illam confessionem poterit.

Ad hæc si factum vel dictum hæreticale confitea-  
tur, intentionem autem prauam hereticandi neget,  
torqueri poterit, vt intentionem declaret, & hoc  
postremum vere asserit Albertinus tract. de agnos-  
sitionib. q. 36. circa finem, quem sequitur Iaco-  
bus Simancas, de catho. instit. tit. 52.

Addit Antonius Gomez to. 3. varia. resol. nu. 8.  
verf. 2. quia, multorum, quos ibi refert, sententiā ef-  
fesse, vsque adeo verū esse confessionē extraiudicialē  
esse sufficiens indicium ad torturam, vt si reus po-  
situs in tormento confiteatur delictū, non requira-  
tur postea aliqua perseuerantia vel ratificatio, quia  
sufficit illa confessio extraiudicialis, quæ præcessit,  
vt postea plenē probet confessio quæ sequitur in  
tormento, vt reus definitiuē condemnetur sine ali-  
qua alia ratificatione: licet aliās regulariter sem-  
per requiratur, quando positus sit in tormento ra-  
tione aliorum indiciorum, & confiteatur delictū.

Verū hæc sententia obseruanda non est in praxi.  
In quia nullo iure nititur; tum quoniam generaliter  
ius disponit cōfessionē factā in tormentis ratificā-  
dā: postremo, quia cum confessio extraiudicialis iā  
sit suum effectum operata, vt scilicet ex ea reus

A torqueri possit, non debet alium effectum operari,  
vt scilicet non requiratur ratificatio. ita asserit, &  
verē, Antonius Gomez præcitato loco.

Si quis autem fuerit sacerdoti confessus, isque  
vel per malitiam vel per imprudentiam aut ebrie-  
tatem confitentis delictum detegat, talis confessio  
seu reuelatio nullum prorsus effectum producit, vt  
dixi supra par. 2. super concilio Tarraconensi. §. sed  
hic est pulchra difficultas & §. seq. et.

An autem socius criminis faciat indicium ad tor-  
turam, quæri solet: sed verior & receptior sen-  
tentia est, non sumi hinc ad torturā indicium, quā-  
uis qualis qualis præsumptio inde oriatur Boerius  
deci. 319. incip. Socius criminis. Ioannes de Ana-  
nia cōf. 59. incip. vifa inquisitione, Grammaticus,  
deci. 28. incip. Magnificus Ioannes. num. 14. &  
alijs multi per hos relati.

Socius crimi-  
nis an faciat  
indicium ad  
torturam.

Si tamen duo socij criminis aduersus aliquem  
deponant, & is neget, tunc torqueri poterit. Boe-  
rius dicta deci. 319. Iulius Clarus in pract. crim.  
§. fin. q. 21. verf. sed pone.

De confessione facta coram iudice incompeten-  
ti, an faciat indicium ad torturam, longa à nostris  
instituitur disputatio, quæ cum ad hoc negotium  
conferre possit, non est contemnenda: sed cum bre-  
ui oratione concludi non possit, videndus est Cla-  
rus in pract. crim. §. fi. q. 21. verf. sed hic quæro.

Libri vero hæreticorum apud aliquem reperti,  
an indicium faciant ad torturam, ex qualitate per-  
sonarum, penes quam reperiuntur, pensandum  
erit, iuxta id quod tradidimus supra in hac 2. par.  
super cap. Fraternitatis de hæret. c. 71.

An aduoca-  
tus admitta-  
tur, cum quæ-  
ritur an indi-  
cia sufficiant ad  
torturam.

Postremo videndū est: An cum disputatur in hoc  
tribunali, nū reus sit torquendus nec ne, debeat eius  
aduocatus ad disputationē admitti, vt videatur nū  
sufficiantia sicut indicia ex quibus est torquendus  
reus: et cū agatur de grauissimo delinquētis præiu-  
dicio, ne indefensus videri possit, vocadū esse aduo-  
cātū vt reum iuste, si potest, tueatur, respondit Au-  
ctor repertorij Inquisitorum, verbo, aduocatus. §.  
sed an aduocatus, et verbo, tortura: §. an aduocatus.

Hoc exploratum est, indiciorum exemplum, seu  
copiam reo dandam esse, & concedendam dilatio-  
nem ad ea diluenda, & suam innocentiam proban-  
dam. hoc. u. & naturalia & humana infra fieri iu-  
bent, & iurisconsulti vno ore fatentur, & tradūt  
passim criminalista, quos in refacili cōsulto omit-  
to: interim videto Antonium Gomezium tom. 3.  
variarum resolut. c. 13 nu. 21.

DE TESTIBVS IN  
negocio Inquisitionis.

COMMENT. LXII.

An inquisitor cogere possit testes ad  
testificandum.

- S Y M M A R I V M.
- 1 Inquisitor super crimine hæresis, & id contingē-  
tibus testes recipere potest.
  - 2 Et ad veritatē dicendā iuramentu illos cogere
  - 3 Ac eos iterato examinare.





**S** Exagefima fecunda quaestio est: Vtium A Inquisitor testes possit compellere ad iurandum de dicenda eidem in causa fidei veritate, ac etiam pluries eos examinare?  
 1. Respondemus quod sic: nam Inquisitor potest, & debet inquirere super haeretica prauitate, & in tali Inquisitione testes examinare, de qua testium examinatione habetur in cap. Vt officium. §. verum. de haeret. lib. 6. vbi dicitur sic: Verum quia in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi (vt in reos sine vilo perforatur errore dure ac digne seueritas vltionis) volumus, & mandamus, vt in examinatione testium, quos recipi super crimine praedicto, ipsumque contingentibus oportuerit, &c.

2. Testes autem cogendi sunt in causis ecclesiasticis veritatem deponere medio iuramento, extra de testi. cogen. Peruenit, aliàs testimonium non valeret. & extra de haeret. c. Excommunicamus itaq; §. ad iuramentum. dicitur, qd Archiepiscopus vel Episcopus, (& idem de Inquisitore) parochiam, in qua fama fuerit haereticos habitare, circumueat, & ibi tres vel plures boni testimonij viros, vel etiã si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat, & sequitur infra: Si qui vero ex eis iuramentum religionem obstinatione damnabili respicientes iurare forte uoluerint, ex hoc ipso tanquam haeretici reputentur.

3. Quod autem pluries possint examinari, ita docet Archi. in c. Vt officium. §. verum. super ver. testium. vbi dicit sic: Inquisitor debet esse sollicitus, vt si testes confusè deposuerint, & de causa scientia minus plenè requisiti fuerint, qd iterato cū eis inquirat: nam hoc de iure fieri potest. extra de testi. Per tuas. Ad hoc. ff. de quaest. Repeti.

Supra pag. 107.

#### COMMENT. CXI.

Disputatio de testibus.

**E**mericus absoluta disputatione de tortura, alteram nunc exorditur de testibus; cuius cognitio quam sit utilis & necessaria, res ipsa indicat, prosequitur vero hanc tractationem multis quaestionibus, quas singulatim tutiora & communiora tradentes breuiter enarrabimus.

Sed illud profundū est; circa testes in hoc crimine multa esse singularia fauore fidei inducta, quae in alijs criminibus non admittuntur: quae qualia sint, suis locis declarabitur. & in hac prima quaest. duo potissimum docet primū est de compellendis testibus: alterum de eisdem interrogandis, ibi: Quod autem plures.

Testes quicūque i hoc crimine cogen di ad testificandum.

Quantum ad primā conclusionē attinet, licet dubitari sit, an in causis criminalibus testes cogi possint ad testimonij ferendum. c. dilectorū. de testi. cogen. nunc tamē omiſſis in hac re subtilibus quaestionibus dico in crimine haereticos quoscuque quacūque auctoritate praesulgeant, compellendos esse ad iurandum de dicenda veritate. Zachinus tract. de haeret. c. 13. nu. 9. & ibi late Campegius. Reperto. Inquisitorum, verbo, testes §. an si testes. Ely. in d. c. dilectorum, num. 3. de testib. cogen. Ioannes Roias sing. 197. incipiente, Testificari in criminalibus Simacas de ca. bo. inslit. tit. 64. num. 12. & seq. & alij.

Nec vero putandū est, ab hac regula aliquos eximī, quoniam omnes compelli possunt non obstantē quo-

libet privilegio. faciunt quae tradunt Innocentius in c. 1. nu. 5. de test. cogen. Host. & Ioan. And. in d. c. dilectorū. de test. cogen. Repertorium Inquisit. verbo, testes, §. an si testes. Ioan. Roias in dicto sing. 197. Socinus regula 509. incipiente: Testificari in criminalibus fallētia 3. item compelli possunt quilibet religiosi, Syluester in sum. verbo, testis, q. 8. Campegius ad Zachinum c. 13. vers. et quoniam. tradit Archidiaconus in cap. vt officium. §. verum. quia. de haeret. lib. 6. relatus supra parte 2.

Sed praeter ceteros singulariter Guido Fulcodius hoc docuit in consultationibus ad Inquisitores, q. 8. in hac verba: A ferendo testimonio privilegiatos excusari non puto, nisi super hoc ipso privilegio speciale haberent, quia ad veritatem detegendam in hoc casu omnes tenentur, vt infra dicā: sed nec iuramento; vel uoto in contrarium emisso: nam licet veritatem celare possimus hosti vel persecutori, vt 22. q. 2. ne quis iudici tamen veritatem inuestiganti eam occultare mortale peccatum est, vt 11. q. 3. quisquis. ergo iuramentum vel uotum in contrarium emissum non est seruandum. 2. 2. q. 4. in malis. & determinat quaestio in expresse, extra de testi. cogen. peruenit. & c. vlt.

Sed nec excommunicatio ordinarij nocet, qui illes excommunicate praesumpsit, qui coram Inquisitoribus deponeret veritatem: Tum quia non potest inferior superiori suis diffinitionibus subiugare. 21. dist. inferior. Tum quia maiori est potius obediendum. 11. q. 3. qui resistit. Tum quia huiusmodi sententia conuenit errorem expressum, extra de sent. excō. per tuas. nec est quaestio, quin in crimine haereticos testes sint compellendi vt extra de haeret. excommunicamus. haftenus Guido Fulcodius, a quo nusquam discedit hic Emericus.

Sed opportune hic queritur, an si aliquis vocatus ab Inquisitoribus ad testificandum contra aliquem, & non impeditus, recuset venire, aut dicere testimonium, praeter alias penas, quas propterea meretur, fiat etiam suspectus de heresi, & tanquam fautor, aut celator haereticorum haberi & puniri possit. Geminianus & alij in c. vt officium. §. verum. de haeret. lib. 6. compellendum dicunt esse testem, si se a dicēdo testimonio subtraheret in hac causa, sed dubitationi propositae non satisfaciunt.

Ego distinguendū putarem, an is testis vocetur ad testificandum contra personas sibi sanguine vel affinitate coniunctas, vel amicissimas, vt contra parentes, fratres, & alios ascendentes, vel descendentes, eius vel transuersales, an vero contra alios quoslibet cum quibus sanguinis nec magne amicitiae vinculo est coniunctus: nam in primo casu quamuis obinobediens & contumaciā, quia Inquisitoribus non satisfecit in hac causa, iusta praecipientibus, puniri possit, at non videtur ulterius suspectus tanquam fautor vel celator habendus, quoniam affectione carnali potius, quam aliquo intellectu errore, aut odio contra fidem catholicam id facere praesumendum est, argumento eorum quae diximus supra par. 2. supra quaest. 56 §. seu aliās fauorem.

In secundo vero casu fautor quādoq; censeri poterit, aut celator, & vel ut talis puniendus considerata persona, & negotij de quo agitur, & in obedi-



ria, aut contumacia quaerere.

Nomine autem celatorum hoc loco non solum intelligimus eos, qui quos cognoscunt hereticos, aut suspectos, omittunt iudicibus reuelare, cum possint, iuxta concilium Tarraconense relatum supra par. 2. §. Celatores. sed illos quoque multo magis, qui coram iudicibus sciē. et prudenter renuunt comparere, ut hereticos occultent, aut postquam comparuerint de illis interrogati, supprimunt malitiose quam noscunt veritatem, ne illi contra quos proceditur, deprehendantur, aut puniantur.

**a** ¶ Testes autem cogendi sunt, &c. veritate deponere medio iuramento, &c. alias testimonium non valetet. ] Hoc ipsum docuit Eymericus supra in hac 3. par. nu. 82. vbi dixi in §. quilibet horum.

Et quamvis iuramentum sit de validitate testimonij, quia sine iuramento testimonia testimonij non valent. l. i. iurandi. C. de testibus. non tamen est de substantia & essentia testimonij. sed de his vide Reptorium Inquisitorum, & Locatum in opere iudiciali verbo, iuramentum.

**b** ¶ Quod autem plures possint examinari, ita docet, &c. ] Hoc ipsum docuit iam olim luculenter Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 15. c. 16. & 17. in hac verba: Et si testes inuenitis confuse deponuisse, & de causa scientia manus plene requisitos fuisse, supplicatis omissa; & eos de causa scientia, & causa causa, vbi faciendū videbitur, sollicito requiratis; quod sic fieri posse, scilicet iterari testimonij interrogationes omittas, dicit decretalis de testibus, per tuas. & concordat l. ff. de questio. repeti.

Et hoc dico cum tanta diligentia faciendum, quia illis, contra quos inquiritur, praecluditur via iuris in notitia testimonij, & reddendus interrogatoribus, prout in iure fieri consuevit: & quanto magis eis praecluditur, tanto sollicitudo maior vobis incumbit, adeo quod etiam de inimicitia testimonij per vos debetis inquirere, cum non possint alij diuinare: & nisi testes plene & plane in omnibus concordauerint, melius est vobis purgationem indicere, uel differre sententiam, quam damnare, haecenus Fulcodius, quibus nihil potest prudentius vel tutius in hac causa praescribi.

Tametsi vero in omnibus causis euitandum sit, ut clara & aperta sint testimonij dicta; in crimine tamen haeresis id est praecipue obseruandum, praesertim cum saepe contingat ex vnius vocule mutatione, additione, subtractione, aut declaratione, vel adesse haeresim, vel abesse: quod in primis contingit testibus imperitis, qui nesciunt veritate scatholicas ab erroribus secernere & separare; & propterea in hac causa omnino est vitanda in testimonij dictis vel obscuritas, vel ambiguitas.

Sed cum in dictis testimoniis deponentium contra aliquem de dicto heretico contingit obscuritas, seu ambiguitas, ita ut dictum illud & ad delictum & ad non delictum referri possit, aut haeresim includere, seu contra excludere, nec testis aut reus adsit, vel sciat dictum suum interpretari: tunc ille sensus accipiendus est, qui delictum excludit. l. si quis intentione. ff. de iudi. Innocentius in c. dudum. de electio. tradit Albericus tract. de agnos. assertio. q. 29. nu.

**A** 19. & copiosius q. 34. n. 48. et seq. et Ioānes Royas tracta. de her. p. 1. n. 199. & seq. quotiens n. verba propositionū, de quib. reus accusatur, duplicē possunt habere sensum, catholicum vnum, hereticum alterum, sensus catholicus accipendus est, fauore delinquentis. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

In quare, ut cetera exempla omittam, appositifimum est illud quod de Florianis & Colluthianis hereticis refertur in c. quidam autem 24. q. 3. relato apud Eymericum par. 2. quorum Colluthiani Deum non facere mala asserbant; quae verba de malo culpa accepta, catholica sunt, sed de malo pena intellecta (ut illi intelligebant) haeretica sunt; & propterea fuerunt damnati:

Floriani contra, asserēbāt, Deū creasse mala, quae de malo pena supra, catholica sunt, haeretica vero de malo culpe, ut ab illis intelligebatur; quemadmodum pulchre ibi declarat doctissimus Turrecremata.

Verumtamen haec interpretatio in meliore sensum, tunc iudicio meo locum habet, cum his qui protulit dictum dubium, vir probus est, & omni mala suspitione carens; tunc n. in tali viro non est praesumendum delictum: secus autem esset censendum, cum is qui protulit verbum dubium, alia sinistra suspitione laborabat, ut quia vel infamatus esset de haeresi, vel ex suspectis prouincijs esset, veluti Anglia, Germania, aut similibus, vbi nunc haereses pullulant,

argumento tex. in l. aut facta §. persona. ff. de penis. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edil. edic. ibi: Seruos bonos esse, quia nationis non infamatae quosdam malos videt quia ea nationi sunt, quae magis infamis est. haec ibi. tradit Ioan. Royas (cui libet subscribo) tracta. de here. par. 1. nu. 205. & seq.

Haec vero in hoc tribunali magnum momentum habent, ad excusandos rudiores quosdam, qui saepe absque haeresis malitia propositiones habentes sensum hereticum proferunt; quales sunt illae: Sola fides sufficit: Deus solam voluntatem respicit, & similes, quae bene, & male accipi possunt.

Iam quod de examinandis & saepius interrogandis testibus confuse deponentibus docet hic Eymericus, locum habet etiam post publicatas attestaciones. c. cum clamor, extra de testibus. hoc consilio ab Eymericus relato supra par. 2. & ratio est: quoniam obscurum dictum quod effectum iuris pro nō dicto habetur glos. in c. si testes §. in testibus. verbo, simpliciter. 4. q. 3. glos. in c. qui episcopus. verbo, simpliciter. 23. dist. concordat textus in l. de atate. §. si interrogatus. ff. de interrogato. actio. Rursus, quoniam hoc etiam postulat aequitas, ad pleniorē innocentis defensionem. arg. l. r. §. si quis ultra. ff. de quest. tradidit Socinus reg. 498. incipiente. Testes publicatis attestacionibus in fallentia 6. 10. & 11.

**E** Deniq; publicatis attestacionibus non modo idē illi testes, qui prius deposuerunt, possunt iterum interrogari, & examinari verum etiam & alij testes possunt audiri & recipi. Socinus praetito loco. Archidiacono in cap. super hoc de heret. lib. 6. Carrerius tract. de heret. nu. 124. vers. sed an publicatus. & Ioannes Royas singu. 22. incipiente. Attestacionibus publicatis, quod intelligo non modo cum recipiuntur ad defensionē reorum; verum etiam ad offensam,

Exemplū de propositio - ne habente duplicē sensum, vnum catholicum, alterum haereticum.

Dictū dubiū quando non tu nēdum in bonā partē.

Etiam publicatis attestacionibus testes possunt recipi.



fensam, & pleniorē delicti probationē, quidquid fiat in alijs delictis, idque favore fidei tenet Carre-rius præ citato loco, cui libenter subscribo fecutus Ange. in l. per hanc. C. de temp. appellat. & Gem- nianum in c. officium. §. verum, de hæret. lib. 6. & Simancam de catho. instit. 64. nu. 50. & seq.

Q V A E S T I O LXIII.  
An inquisitor debeat solus cum nota-  
rio examinare testes, siue reos.

S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitor duas religiosas personas adhibere debet in examinibus faciendis.
- 2 Religiosa persona quam hic intelligantur.



Exagesima tertia quæstio est: Vtrum In- quisitor in examinatione testium & reo- rum, seu delatorum, cum suo notario debeat esse solus?

1 Respondemus quòd non immo oportet quòd in tali examinatione, sint etiam duæ religio- & discretæ personæ, ut patet in c. Ut officium. pro- xime alleg. de hæret. lib. 6. in uer. uerum. ubi dici- tur ita: Verum quia in tam graui crimine cū mul- ta oportet cautela procedi (ut in reos sine ullo pro- feratur errore dure ac digne seueritas ultionis) uo- lumus, & mādamus, ut in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsūque cō- tingētibz oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum præsentia per pu- blicam (si commode habere potestis) personam, aut per duos uirōs idoneos fideliter eorundem de- positiones testium conscribantur.

2 Religiose personæ possunt hic intelligi, per- sonæ honeste, siue sint clerici, siue laici: sed magis uidetur, quòd loquatur de religiosis qui religionis habitum receperūt, ut dicit Archid. ibi in glossa.

COMMENT. CXII.

Quæ ad hanc quæstionem spectant copiose tradi- dit Eymericus supra par. 3. num. 85. tit. quot personæ esse debeant in examinatione testium & de- latorum. tradunt etiam Simancas de cath. instit. tit. 64. nu. 9. Locutus in opere iudiciali uerbo, testis. post nu. 54. uers. & primo. & alij communiter. ideo uero huiusmodi personæ interesse iubentur, ut que- geruntur, postquam tot sunt oculis inspecta, & tot sensibus insinuata, falsi suspicionem excludant.

a ¶ Religiose personæ possunt hic intelligi, &c.] Idem fere tradit auctor supra 3. p. nu. 84. & per re- ligiosas personas Philippus Eranchus in c. ut offi- cium. de hæret. lib. 6. eas tantum intelligit stricte & presse loquendo, qui religionis habitum assumpse- rūt, uoueruntque; illa tria, paupertatem, obedientiā, & castitatem: pro his enim multum presumitur, de quibus in c. cum monasteriū. de statu monacho.

Sed Archidiaconus, Ioannes Aud. & alij in di- cto c. ut officium. §. verum quia per c. denique. dist. 4. optime obseruant, religiosorum nomine intelligi etiam clericos seculares: quare & hi potuerunt huic examini adhiberi, quod & Simancas adno- tat de catho. instit. tit. 64. num. 9.

Et quamquam re uera (uti ego existimo) supra dicta persona comprehendantur in dispositione di- cti c. ut officium. §. verum quia, de hæret. lib. 6. ubi lo- minus, ubi uisum ita fuerit Inquisitoribus, di- scretos et laicos, peritos, honesta uita & spectata prudenti huic examini poterunt adhibere. Primo, quoniam Christiani laici honeste uiuētes, large re- ligiosi appellantur. c. ecclesia S. Maria. de const. c. fi. de reb. eccl. nō alie. tradit plene Albertinus in c. quoniā. de hæret. lib. 6. q. 1. cōcl. 3. n. 5. Rursus; quam- uis dum est sermo de materia odiosa & penali, uer- ba proprie & stricte accipi debeant. c. statutum. de elect. lib. 6. at in materia favorabili large accipi pos- sunt, ut Albertinus adnotauit præ citato loco nu. 6.

Cum ergo hic sit sermo de favorabili materia, ut manifestum est, laici adhiberi poterunt. Postre- mo hoc uoluit Eymericus 3. par. nu. 84. Denique arbitrio Inquisitorum hæc crederem relinquenda, qui eos adhiberet, quos magis idoneos iudicarent: honestius tamen & decentius est, religiosos mona- chos, uel clericos seculares adhibere.

Per discretas autem personas, uiros peritos & doctos accipere debemus, qui intelligant negotium de quo agitur sciatisque discernere quod geritur, ut optime interpretatur Archidiacono. in d. c. ut offi- cium. §. verum quia. de hæret. lib. 6. nu. 14.

C Tamen si uero ob causas in principio huius cōm- tarij relatas, cum uel rei, uel testes examinantur, huiusmodi duæ religiose personæ interuenire possu- lentur; hodie tamen maiori ex parte processur in sancto tribunali fiunt absque præsentia, siue intrin- sece istarum personarum, & eos sic factos tolerat in- premis senatus sanctæ Romanæ & generalis Inqui- sitionis. Et profecto dux illa religiose personæ, de consilio magis, quā de præcepto uidetur adhibenda.

Equidem in hac causa mea sententia est, si fieri commode possit, singulis actibus examinandi reos, aut testes, adhibendas fore has duas personas: aut saltem utilissimum & consuleissimum esse finitis examinibus, repetere omnia coram illis: quod tunc potissimum procurare debent Inquisitores, cum agitur maior aliqua & grauior causa, qualis est re- lapsi, uel pertinacis, uel cum reus qui examinatur callidus est, cauillosus, & sceleratus.

Cum testes examinantur difficilius possunt hac obseruari: cum multi nolint coram illis personis de- ponere contra aliquem, timentes ne reuelentur, aut ob alias causas.

Quòd si quæras, an Episcopi in suis diocesis, præsertim ubi non sunt Apostolici Inquisitores, de- beant hæc seruare; respondeo debere quidem quod non obscure significatur in c. per hoc. de hæret. lib. 6. quare recte Simancas scripsit de catho. instit. tit. 25. de Episcopis. nu. 4. quòd Episcopi in proceden- do super hoc crimine, eundem ordinem seruare tenentur, quem in Inquisitores seruauit.

Q V A E S T I O LXIIII.

Excommunicati & socij criminis sint  
ne admittendi in testes in  
causa fidei.

Sexagesi-

Supra pag.  
107.

Num. 2.

Per religio-  
sas personas  
qui intelli-  
gantur.





Exagesima quarta quaestio est: Vtrum inquisitor excommunicatus, seu participes, uel socios criminis, possit licite admittere ad agendum & testificandum in causa fidei?

Respondemus quod sic, in probationum aliam defectum, ut patet in c. In fidei. de haeret. lib. 6. ubi dicitur sic; In fidei fauorem, concedimus, ut in negotio inquisitionis haereticæ prauitatis excommunicati & participes, uel socij criminis ad testimonium admittuntur, praesertim in probationum aliarum defectum contra haereticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, si ex uerisimilibus coniecturis, & ex numero testium; aut personarum tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur, qualitate, ac alijs circumstantiis sic testificantes falsa non dicere praesumantur.

COMMENT. CXIII.

**H**ic incipit tractare de testium qualitate. ubi notandum, quod quamuis regulariter inhabiles, ut excommunicati, infames, & similes a testimonio repellantur. cap. 1. de exceptio. c. licet. de probatio. c. testimonium. de testibus. c. testes. 2. q. 7. cum similibus. at in causis fidei propter religionis fauorem, ne tam graue haereticis crimen remaneat impunitum ob defectum probationum, qui alios repellentur ob quæcumque defectum, nunc in causis fidei admittuntur, ut apertissime probat textus in c. in fidei fauorem. de haer. lib. 6. hic ab Emerico citatus. cui peritus cõsentit Cõcilium Biterrensẽ. c. 12. in hæc uerba: Quamuis in huiusmodi crimine, omnes criminosis & infames ac participes criminis ad accusationem & testimonium admittantur. hæc ibi: idẽ in Cõcilio Narbonensi c. 24. et de hoc nulla est ambiguitas.

In hac uero quaest. & duab. potissimum sequentibus. hoc in primis est inquirendum, postquam constat testes alios inhabiles in hoc crimine admitti ad testificandum: an duo ex illis plene probent, quemadmodum duo idonei & oĩ exceptione maiores plene probant. Primum hoc constituere oportet, uariis & multiplices intellectus affertur a Doctoribus super d. c. in fidei fauore. ut patet ex his quæ docent Franciscus Aretinus in c. si. de testibus. Aegidius Bossius ti. de haeret. nu. 3. & 4. Angelus in l. in iudicio. ff. de accusatio. Socin. cons. 118. in pri. uolu. Glossa, Ioan. Andr. Dominicus, Franchus, & alij in d. c. in fidei fauorem, Gondissalvus tract. de haeret. q. 13. & Ioan. Royas singul. 189. incipien. Testis criminolus.

Ceteris tamen in presentia ommissis, quæuis nec inutiles sint, nec inepti, eorum & receptorum dicti c. in fidei fauore. sensus est, prædictos testes periuros, uel excommunicatos, uel socios criminis, uel infames, aut deniq; alios minus idoneos, in crimine quidem haereticis, seu in criminibus exceptis admitti: ceterum duo ex ipsis non sufficere ad plenam probationem faciendam, uel ad penam delicti ordinariam imponendam, sed ad praesumptionem uel aliqualem probationem faciendam, uel indicium ad torturam, uel penam extraordinariam imponendam. ita Abbas in c. per tuas. nu. 4. de Simo. Felynus in c. testimonium, nu. 22. de testibus Iason in l. 4. §. si tibi ob in-

dicium. nu. 4. ff. de condi. ob turbem causam. Hippolytus Marsilius in pract. crim. §. diligenter. nu. 56. Gondissalvus tract. de haeret. q. 13. nu. 12. Palacius Rubius in allegatione de haereticis. §. ult. Simancas de catho. instit. tit. 6. 4. nu. 36. Io. Royas in dicto singul. 189. nu. 11. Aretinus in c. si. in fi. de testibus. Albertinus tract. de agnos. assert. q. 3. 4. n. 3. & alij pleriq; inter quos est Iulius Clarus in pract. crim. §. si. q. 21. versic. sed pone. ubi in multis alijs delictis ita seruatum testatur apud illustres insignium ciuitatum Senatus: nunquam enim ob dicta duorum testium sociorum in crimine, penam ordinariam impositam dicit, sed tantum dicit facere indicium ad torturam.

**B** Ex his ergo more nostro in hac causa, quæ grauissima est, certiora, & securiora colligentes.

Primum hoc ponamus: Duo testes inhabiles & minus idonei in crimine haereticis non faciunt plenam probationem, & proinde reus non punitur pena ordinaria, sed alia mitiori, arbitrio iudicantis: ex quo consequitur, neque relapsum, neque negatiuum per duos testes inhabiles conuictum, tradendos fore curiæ seculari: atque hoc axioma consequitur apertissime ex præcitata sententia: quod equidem non obscure uidetur indicio in dicto cap. in fidei fauorem. dum ait: Et ex numero testium, quasi diceret, ex multitudine testium.

**C** Nec refert, si quis dicat appellatione numeri duos intelligi. ubi numerus. ff. de testib. c. plurais locutio de reg. iur. nam ea uerba hunc sensum non ferunt; immo uerba intelligenda est, quod si plures excommunicati quam duo, uel participes, uel socij criminis, deponunt contra aliquem haereticum, si ex coniecturis aliquibus non praesumantur falsa dicere; tunc tales plures quam duo, additis alijs coniecturis de veritate criminis sufficientes ad condemnationem. Propositum enim summi Pontificis in d. c. in fidei fauorem. hoc fuit, fauore fidei cõcedere, ut testes alios inhabiles in hoc crimine testificarentur, non tamen sanciret, quod duo ex illis sufficerent ad condemnationem, & ob id addidit illa uerba: Et ex numero testium. ita Franciscus Aretinus in dicto cap. fina. de testibus. quem sequitur Palacius in allegat. de haereticis. §. vlti. quos agnauim laudant multi ex præcitatis, quibus omnino censeo subscribendum; quoniam & uerissima mihi uidetur hæc sententia, & tutissima, ac penitus in praxi obseruanda, & pro hac expositione facit quor notat Felynus in dicto cap. testimonium. de testib. num. 22. versic. 2. limitant.

Sic secundum axioma; Plures quam duo testes inhabiles & minus idonei in hoc crimine tunc faciunt plenam probationem, & ad condemnationem, seu penam criminis ordinariam imponendam sufficientes, quando ex circumstantiis, & coniecturis, & personarum qualitate, uerisimiliter praesumitur uerum deponere. & hanc sententiam uidentur non obscure probare illa textus uerba in dicto c. in fidei fauorem. Si ex uerisimilibus coniecturis, & ex numero testium; aut personarum tam deponentium quam eorum contra quos deponitur; qualitate ac alijs circumstantiis, sic testificantes falsa non dicere praesumantur. hæc ibi. Ita Palacius, Rubius, Aretinus, & Albertinus præcitatis locis; ubi amplius admovent, hæc ratione posse accipi sententiam eorum qui dicunt, ad condem-

Plures testes quæ duo minus idonei, cum alijs coniecturis plene probant.

Plures testes minus idonei quando plene probent.



condemandum hereticum non sufficere duos testes: A de quo articulo dicemus paulo post super q. 71. atque hic plane videtur verus & germanus sensus dicitur. in fidei favorem. & hac est doctrina secunda, tuta, & ob id in praxi servanda.

Tertius idoneus & alius minus idoneus non probat in hoc crimine.

Sit iam tertium & postremum axioma: Quamvis in multis causis testis valde dignus, & alius testis infamis, seu minus idoneus coniungantur ad faciendam plenam probationem, quia integra & superabundans fides vnius supplet defectum alterius, ut singulariter notant Baldus & Ange. in l. si quis ex argentijs. §. 1. ff. de edendo. quos refert & sequitur multa in eandem sententiam adducens Marfilus in l. de minore. §. tormenta. ff. de quaest. & lason in l. cum ceteros populos. in 2. lectura. nu. 53. vers. sic. item in quantum. C. de sum. Trin. & fide Carbo. & plerique alij quos prudens omitto: in causa tamen haereticis hoc non crederem habere locum, quoniam praefata sententia locum non habet, quoties ex forma iuris vel hominis requiruntur duo testes: quia tunc, praesertim in criminalibus, ubi probationes debent esse clarae & certa. h. sciant. C. de probatio. uterque testis debet esse integer, & probare verum. ita limitat singulariter & vere praefaram. sententiam Felypus in c. tertio loco, in fi. post Balibidem, extra de probatio. quos sequitur, Bernardinus Diaz in reg. 752. incip. Testis valde dignus in 2. limitatione.

Manifestum est autem in causa haereticis ad minus duos testes idoneos a iure postulari, sicut copia se ostendimus infra super dicta q. 71. quare, ut ad dicta duorum testimonium reus huius criminis condemnatur, illi ex omni parte fide digni & integri esse debent: sin autem res aliter se habuerit, poena extraordinaria erit imponenda. ne propterea omnino in multa crimina relinquatur neque ab hac sententia discrepat Guido Fulcodius in consulationibus ad Inquisitores. q. 15. c. 17. quem alibi retuli.

Verumtamen, si testis ille minus dignus de crimine fuisse emendatus, & per posteriores probatus vitae laudabiles actus bonae fidei, & opinionis specimen dedisset: tunc iudicio meo sufficeret: quoniam is iam potest dici idoneus: quod videtur sensisse concilium Biturrense c. 13. & concilium Narbonense. cap. 25. quae alibi retulimus.

Idem videtur dicendum, si cum teste digno, & teste minus digno concurreret alia coniectura, & indicia de crimine perpetrato: tunc enim indicia alia testimonium testis minus idonei coadiuvarent: quod videtur indicari per textum in dicto c. in fidei favorem. ibi: Ac alijs circumstantijs sic testificantibus falsa non dicere praesumantur. Sed de his amplius agemus in sequentibus.

Testes vero inhabiles cum admittuntur, sicut ceteri iurare debent de dicenda veritate, ut alibi plenius scripsimus.

Sed de socio criminis an iurare debeat, dubitatur: & Marcus Antonius Blancus tracta. de indicij. nu. 384 in socio criminis non esse iuramentum necessarium putavit. praevaleat tamen Iulij Clari sententia in pract. crim. §. fin. q. 21. vers. quare nunquid dicitur, dictum socij criminis non facere iudicium, nisi cum iuramento deponat. quamvis enim quo ad se ipsum sit reus, tamen dum deponit contra alium, fungitur

vic testis ideoque non est sibi habenda fides nisi cum iuramento.

Sufficit autem socio criminis iurare quodcumque, sine antequam torqueatur, sine etiam iuret praesente ipso contra quem deponit. Ita Clarus praecitato loco mihi magis probatur, ut in principio iuret, ut in reliquis testibus observatur: quia cum deponit testis est potius quam reus.

Illam est etiam in hac questione praecipua dubitatio, An huiusmodi testes suspecti & minus idonei cum admittuntur, torqueri debeant, an potius dictis ipsorum sine tortura sit standum. & glossa 15. q. 6. in summa, torquendo autumat, sine sint serui, sine viles personae, vel etiam si sint liberi homines, dummodo sint criminosi et infames, vel obsecrati vel ignoti. idem sequitur Hypopolitus Marsilius conf. 109. incipien. Spiritus sanctus. nu. 13. 14. 15. & in pract. crim. §. diligenter num. 62. & Bartolus in l. cum ceteros populos. C. de summa trinit. & fide catho. num. 12. eiusdem sententiae esse videtur, sine testes sint infames infamia facti, sine infamia iuris: nam non admittuntur inquit, nisi in subsidium, & contra tormentis. adde Gondissaluum tract. de haeret. q. 13. num. 15. & Iulium Clarum in pract. crim. q. 21. vers. sciam etiam.

Equidem tamen si haec sententia vera sit dura tamen nimis & aspera videtur. & ideo crederem hos testes inhabiles iudicium facere sine maius sine minus, spectatis personarum qualitatibus, & alijs circumstantijs, etiam si sponte & sine tormentis testimonium dixerint. & plane si testes inhabiles non admitterentur ad testimonium dicendum sine tormentis, facile auerterentur a dicendo testimonio in causa fidei. quare benignior est, & fortassis commo- dior haec sententia, non tamen ambigo, quandoque & posse & debere torqueri: quod quando fieri debeat, arbitrio iudicantis relinquitur, speciatim testium infamiam malitia, improbitate, & varietate.

De socio criminis quaesitum est, an ei credi debeat sine tormentis, & Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 21. vers. sciam etiam. torquendum arbitrat, ut fidem faciat. Cum enim, inquit, ex proprio delicto sit effectus infamis, non debet admitti in testem sine tortura. idem omnino tenet Hypopolitus Marsilius in d. conf. 109.

Sed magis mihi placet sententia Iacobi Simancae, de catho. instit. tit. 64. nu. 38. asserentis, socium criminis absque tormentis iudicium facere maius aut minus pro personarum qualitate, & criminum & aliarum rerum circumstantijs. verum, ex causa torqueri etiam potest, ut proxime dictum est.

Quis autem dicatur socius criminis notatur in c. negligere. 2. q. 7. & in c. 1. 14. q. 6. & in c. ita plane. 23. q. 2. & in l. comparat. C. ad leg. Flavianam, de plagiarijs, & in l. quoniam liberi. C. de testibus. ubi late glossa, Cynus, & Salycetus. & Archidiaconus in c. quicumque. de haeret. lib. 6. verbo, sanctores, vers. nec te moueat. Ex his colligo primum socium sine participem criminis dici posse eum, qui committit aliquod crimen cum illis, cum quibus habet societatem, cap. ita plane. 239. 4. ibi: Ita plane si sociatur quis malis, id est, si mali aliquid cum eis committit. item socius delicti dicitur, is qui parti-

An testis inhabilis negent debeat.

In supra...

Socius criminis...

Socius criminis...



particeps est eiusdem infectionis, ut per acitatio loco Archidiaconus scripsit. & qui delinquentibus fauent, participes & socij criminis vocantur, ut patet in per acitatis iuribus. glossa quam laudat Salycetus in d.l. quoniam liberi. C. de testib. ait non omnes criminosos appellari socios criminis, sed illos tantum, qui eiusdem delicti numero fuerunt socij, ita quod absolutoria lata pro uno, prosit alteri: uel condemnatoria quale quale ei parit prejudicium. Recte tamen iudicio nostro, per acitatio loco Salycetus addit, idem esse tamen si non sit idem crimen numero, dummodo sit ei connexum, uerbi gratia quia sit illius causa uel occasio, quare in causa heresis, qui induceret aliquem, ut alicuius heretici sermonibus interesset, socius criminis esset ei qui pradicaret, cum ei cooperaretur in eo delicto, & causa esset, ut alij inducerentur ad audiendas heretici conciones. Exempla huiusmodi multa occurrere possunt, quae ex praedictis facile intelliguntur.

QVAESTIO LXV.

An periuri possint in testes admitti in causa fidei.

**S**exagesima quinta quaestio est. Vtrum Inquisitor periurus possit licite admittere, ad testificandum in causa fidei, seu agendum?

Respondemus, quod sic, ubi praesumat quod deponat zelo fidei orthodoxae, ut patet in c. Acculatus. §. licet de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: Licet uero periuri a testimonio etiam post penitentiam repellantur: si tamen ij. qui coram Inquisitoribus iurantes tam de se, quam de alijs super facto heresis dicere ueritatem, eam celando deierent, & postmodum uelint corrigere dictum suum contra se, ac alios complices deponendo: cum etiam huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniae, seu zelo fidei orthodoxae dictum suum uelle corrigere, ac modo (quae prius tacuerant) reuelare, in fauore fidei, (nisi aliud obstat) dari debet tam contra se, quam contra reliquos attestantibus eorundem.

Regulare est tamen in alijs, quod potius statuitur primo dicto, quam secundo. de hoc Archidiaconus ibi in glo.

COMMENT. CXIII.

**C**eteri commentario tradidimus de testibus in habitibus. uerum in dicto cap. in fidei fauore. de heret. lib. 6. nulla fit de testib. periuris mentio. eorum. n. paulum diuersa consideratio habenda fuit.

Eymerici uero axiomata de testibus periuris in hac causa tale est: Cum testes periuri praesumuntur zelo fidei: dicturi ueritatem, audiendi sunt.

Periurus uero ideo regulariter a testimonio repellitur, ut notant doctores in cap. testimonium. de testib. uel quoniam infamis est, uel quia ineptus cen-

setur illius testimonium, qui uacillat, & de eadem re contraria profert modo aiendo modo negando.

De materia huius quaestio agitur Locatus in opere iudiciali, & Repertorium Inquisitorum uerbo, periurus. Gondissaluis tract. de heret. q. 13. n. 12. Tabienfis in summa, uerbo, Inquisitor. §. 35. Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis, lib. 2. ti. quomodo, & per quos probetur. q. 11. Iacobus Nouellus, reg. 160. incipiente: Periurus, & alij.

Periuri uero quo admittantur in testes in causa fidei, eleganter explicat Gondissaluis d. tract. de heret. q. 13. n. 12. quem per omnia sequitur Hieronymus Gigas per acitatio loco: quorum haec sententia est: Periuri in hoc crimine ad testimonium dicendum tam contra se, quam contra alios admittuntur, dum tamen ex manifestis apparuerit indicijs, tales non animi leuitate, non odio, non corruptos pecunia; sed zelo fidei uelle deponere, aut dictum suum, quod antea in forma testimonij deposuerant, uelle emendare, & corrigere, ac quae prius tacuerant, reuelare.

Ut autem periurorum testimonium dictis habeatur, ea concurrere debent quae superiori commentario diximus: quaeque praescribuntur in dicto c. in fidei fauorem. de heret. lib. 6. ibi: Si ex uerisimilibus coniecturis, &c. ita Gondissaluis & Gigas praecitatis locis. additque Gigas ibidem nu. 8. & 9. Quod si praedicta coniectura non concurrant de uerisimili ueritate a periuro dicenda, tunc non est admittendus sine tortura, de quo quid sentiam, paulo antea dixi: quamuis fortassis in periuro maior adsit ratio cur torqueri debeat, quam in alijs inhabilibus.

Regulare est tamen in alijs, quod potius statuitur primo dicto, quam secundo. Optime infert Eymericus hic ex contextu citato: posse testes corrigere dictum suum, si prius deierauerant, & postea ducti penitentia uoluit emendare quod male deposuerat.

Verumtamen dubium erat cui dicto esset standum, primo ne an secundo: & uidebatur standum esse primo dicto, iuxta doctrinam Innocentij in c. praeterea. de testibus. & Deus qui hanc asserit communem opinionem cons. 174. incipien. In causa falsitatis. nu. 7. & cons. 189. & ceteri relati per Ioannem Roiam in singularibus fidei. singula. 194. incipien. Testis qui in iudicio. in principio.

Ceterum, in causa fidei speciale est, ut posteriori dicto testimonium stetur, ut uere docet hoc loco Eymericus: cuius sententia communi consensu approbatur, quam tenet Archidiaconus, in cap. accusatus. §. licet de heret. lib. 6. relatus apud Eymericum supra parte 2. Gondissaluis tract. de heret. q. 13. nu. 12. Nicolaus Arelatanus tract. de heret. notabili 13. Ioann. Roias in dicto singula. 194. & alij plerique.

Haec tamen sententia, quod posteriori dicto credatur in causa heresis tunc procedit, quando ex manifestis coniecturis apparet posteriora dicta uerisimiliora esse quam prima, testesque Prioribus, contraria deponere zelo fidei, non malitia aut pecunia corruptos: quod apertissime probat textus ibi: si ex manifestis indicijs appaerit tales non animi leuitate, aut odij fomite seu corruptione pecuniae, sed zelo fidei orthodoxae dictum suum uelle corrigere. Nisi. n. haec indicia apparuerint, ex quibus ostendatur

Cui dicto standum in causa fidei, an primo uel secundo.

An testis inhabilis...

in supra...

Socio...

in Socio...

periculis...

periculis...



datum posteriora dicta veriora esse, Prioribus de positionibus erit standum, ita Couarruias lib. 2. varia. resol. cap. 13. nu. 9. & Ioannes Roias sing. 206. incipien. Testis qui contra.

Sententia de reuocatio primo dicto et procedit, cum dictum fuit contra quolibet.

Rursus, hac sententia de reuocatio primo dicto, & de fide adhibenda secundo, non modo procedit quando deponentes testificantur contra se, & contra complices suos; quod apertissime indicat practatus textus in dicto c. accusatus. §. licet, de heret. lib. 6. sed etiam cum deponunt simpliciter contra alios quoslibet. ita videtur velle, ex quo indistincte loquuntur, Zanchinus tract. de heret. c. 14. nu. 5. Repertorium Inquisitorum verbo, testes. §. sed ponamus. & Arelatanus practato loco, contra quam velle videatur Couarruias lib. 2. varia. resol. c. 13. nu. 9. ubi dicit, non temere Romanum Pontificem commemorasse, testimonium ibi exhiberi a testificante contra se ipsum & criminis socios, cum maxima sit veritatis presumptio propria culpa cognitio, & eius apud iudicem professio.

Opinio Couarruias reiecta.

Verum, dico quod cum hoc sit favore fidei concessum, & fauor fidei equaliter reperitur tam in testificante contra se & complices suos, quam contra quoslibet alios tertios delinquentes profecto in omnibus hac sententia locum habebit. Rursus, textus etiam in dicto §. licet, satis indicare videtur hanc sententiam Couarruiam, dum ait: Stari debet tam contra te, quam contra reliquos attestantibus eorundem: Nam dum reliquos, dicit Romanus Pontifex, omnes complectitur. l. cum optio. ff. de optione legata. ibi: Reliquorum appellatione omnes ad Marium pertinent.

Secundo dicto quando non stetur in causa fidei.

Postremo, prefata sententia de stando secunde depositioni, vera est, cum quis in secundo dicto reuelat heresim & delictum: secus si negat, cum prius de heresi deposuisset, vt si quis prius dixisset in iudicio, Bucerum negasse purgatorium; deinde vero hoc retractasset: quia hoc casu priori dicto stabitur, non secundo. Repertorium Inquisitorum verbo testes. §. sed ponamus. & §. seq. & Zanchinus tract. de heret. cap. 14. nu. 5. ubi pulchram huius dicti rationem assignant: quoniam ex quo alloqui potuit reum, presumitur corruptus & subornatus, ideoque primo dicto erit standum.

Illud tamen verum est, ob reuocationem non nihil priori testimonio detrabi: quod quantum sit, arbitrio iudicantis relinquatur. talis autem testis velut falsus puniendus videtur: de cuius pena alibi scripsimus, & Repertory & Zanchini sententiam sequitur Couarruias lib. 2. varia. resol. cap. 13. nu. 9. quibus libenter subscribo, in quo prudentissime animaduertendum est, ne ob huiusmodi reuocationes delictum heresis impunitum quadoque relinquatur. vide ad hanc materiam, si plures desideras Felinum in cap. cum in tua. de testibus. Alciarum tracta. de presump. regula 2. presump. ne 29. & Albertinum in c. 1. de heret. lib. 6. q. 16. nu. 72. & multis sequent.

#### Q V A E S T I O LXVI.

An infames & criminosi in testes recipi valeant in causa fidei.

Sexagesima sexta questio est: Verum Inquisitor infames & criminosos, aut seruos contra dominos, possit licite admittere ad agendum, seu testificandum in causa fidei?

Respondemus quod sic: unde Archid. in c. Accusatus. de heret. lib. 6. in §. licet. super ver. excepti. dicit ita: Tanta est labes criminis heretici, quod ad eius accusationem etiam serui aduersus dominos, & quilibet criminosi, etiam infames aduersus quemlibet admittuntur, ut 2. q. 7. §. huic opponitur. Ad idem ea. q. cap. Pagani. §. in hoc, & §. sed quaritur. & extra de simo. c. Si dominus. & c. Tanta. Et idem est in alijs criminibus exceptis, scilicet in simonia, in sacrilegio, & in crimine lesa maiestatis. 25. q. 3. Saue.

De criminosis satis etiam in c. In fidei, de heret. lib. 6. ubi participes & socij criminis admittuntur, vt dictum est supra q. 64.

De infamibus etiam patet; quia periuri de iure sunt infames, & tamen periuri admittuntur, ut patet in cap. Accusatus. §. licet. & dictum supra quest. proxima.

#### COMMENT. CXV.

Qua ad hanc questionem spectant abunde sunt a nobis exposita supra super q. 64. & 65. qua propterea non erunt amplius hoc loco inutiliter repetenda. interim video Zanchinum tract. de heret. cap. 13. & Bernardum Comensem in Lucerna Inquisitorum, verbo, testis. §. 18.

Criminosi autem testes & quilibet inhabiles in hac causa admittuntur ad testimonium dicendum, siue agatur contra Saeculares siue contra Regulares, vt optime notat Panormitanus in cap. licet. Heli. de simo. num. 20. super glo. in verbo. indifferenter.

Quod vero Eymericus scribit hinc ex sententia Archidiaconi, vt delicti in detestationem huius criminis etiam seruos admitti ad testificandum contra dominos, verissimum est, praesertim in defectum aliarum probationum.

Ceterum obseruandum est plerumque seruorum, immo quidem, & famulorum dictis modica fide esse adhibendam, eam dominis suis infensissimi esse soleant.

Iam non solum serui contra dominos admittuntur, sed et cum opus est aduersus eosdem dominos, immo quidem & aduersus extraneos torquentur, vt Salycetus & alij optime scripserunt, in l. 1. c. de quest. per extum ibidem cuius haec sunt verba: Questio nem de seruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudatiffimas accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principes pertinet haec ibi. Adde Ioannem Roiam singul. 183. incipien. Seruus vero est torquendus, & Simancam de cath. instit. ti. 61. de seruis num. 13. & Panormitanum in cap. cum in con-

platione. in fine, extra de reg. iuris.

#### Q V A E S T I O LXVII.

An inimici capitales admitti possint ad testificandum, &c.

Sexage-





Exagesima septima quæstio est: Vt inquisitor inimicos capitales alicuius delati possit in causa fidei ad testificandum, seu agendum admittere contra illum?

Respondemus q non: unde Archid. in c. Accusatus. §. licet, de hære. lib. 6. super uer. exceptum. præmissis quo modo in crimine hæresis, & alijs criminibus exceptis admittuntur ad testificandũ, agendum serui contra dominos suos; & criminosis, & infames, contra quemlibet, ut habitum est supra quæst. proxima dicitur sic: non tamen intelligas, quod in hoc crimine inimici capitalis admittatur ad accusationem, & q. §. c. 2. & de simon. Licet Heli. in fi. & c. Per tuas.

De hoc satis notat Host. in summa. de accus. §. quis possit. Et Archid. in c. Ut officium. §. uerum. de hære. lib. 6. super uer. testium. in fi. dicit sic; Debent etiam Inquisitores per se, inquirere de inimicitia testium, cum is, contra quem inquiritur, de talibus nequeat diuinare quid quisque dicit. Quia ubi potest testibus graue periculum imminere, testium nomina delato non publicantur, ut in c. Statuta de hære lib. 6. Idem b dicit dominus Guido Fulcodius post Clemens iij. in fine illarum, 15. quæstionum, quas fecit ad Inquisitores.

COMMENT. GXVI.

In hac quæstione Emericus vnã proponit exceptionem in hoc crimine, quæ obijci possit aduersus testes, videlicet, Inimicitiam capitalem: hæc enim testem repellit prorsus in hoc tribunali.

Optimo autem cõsilio de hoc differit auctor hoc loco: nam cum in superioribus docuisset, testes inhabiles in hoc crimine fauore fidei admitti ad testificandum, dubitari poterat, an etiam inimici capitalis admitterentur.

Iura quibus utitur auctor, optime probant suã sententiã, quæ vera est, & cõis. sancitaq; iam olim duobus illis sapientissimis prælatorum concilijs Biterrensi, & Narbonensi, in quorum illo cap. 13. ita scriptum est: Illis tantum exceptionibus fidem testium euacuantibus in totum, quæ non ex zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite procedere videantur, ut sunt conspirationes, & inimicitie capitalis. hæc ibi in Narbonensi vero c. 25. ita: Illis tantum exceptionibus, fidem testium ex toto euacuantibus, quæ non ex zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite procedere videantur, ut sunt conspirationes & inimicitie capitalis. hæc ibi concordat rex. in c. repellatur in c. meminimus, & in c. cõ oporteat. de accusa. & in c. si testes. 49. 3. & alibi sæpe. tradit Gondissalvus tract. de hære. q. 13. nu. 13. & ceteri quos retuli supra in hac 3. parte tituli de defensionibus reorum. nu. 118. ubi pauca quedam dixi de capitali inimicitia, quæ ei instituto conueniebant: nunc vero cetera sunt tradenda quæ & cognitu necessaria, & vsu sunt frequentia.

Nusquã autem reis magis nocere potest inimicitia testium, quàm in hoc tribunali cõ ipsi nomina testificantium non aperiatur, sicut in alijs delictis feritur: solet, & ob id Emericus hunc locũ de cogni-

A scẽdis inimicis capitalib. egregie tractauit 3. p. nu. 118. & seq. præscribẽs modos uarios, quib. Inquisitores intelligant, an testes inimici sint reo nec ne.

Causas uero ex quibus inimicitia talis oritur, paucissimas tradidit auctor præcitato loco. ceterum cum ea res sit magni ponderis in hac causa, ut lectoribus plenius satisfaciam, visum est nec indecens nec inutile, referre hic ex varijs locis, & iuris peritorum responsis causas, ex quibus iuste credantur capitales inimicitie oriri, ut cum cognita fuerint, testificantium dicta repellant.

Sunt qui dicant iudicantium arbitrio esse relinquendũ definire quæ inimicitie dicantur capitales: propterea quod à iure nominatim causæ præscripte nõ sunt. Fel. in c. cõ oporteat. de accusa. nu. 5. Maria. Soc. in c. repellantur. nu. 13. & Grammetius cons. 57. incip. In causa mihi transmissa. nu. 9. quos alij recentiores sequuntur. Verum ne de nouo arbitrari oporteat, ac ne in arbitrando propter humanam fragilitatem in re tam graui decipiamur; tutius erit in hac re aliorum arbitrium sequi. quamquam non diffitear hanc facultatem non esse iudici denegandã, cum possint occurrere casus, ex quibus oriuntur inimicitie, quos alij nondum præuiderũt.

In Hispania legib. septipartitis nominatim traduntur causæ plurimæ, ob quas vnus in alterũ iure dicere testimonium prohibeatur. nam in l. 22. p. 3. tit. 16. sapientissimè, & prudentissimè ita scriptum est.

Malquetencia mueue alos omes muchas vegadas de manera que maguer son sabidores de la verdad que non la quieren dezir ante dizen el contrario. E por ende defendemos, que ningun ome que sea omiziado con otro de grand enemistad que non pueda ser testigo contra el en ningun pleyto si la enemistad fuere de pariente que le aya muerto, o que se aya trabaado de matar a el mismo, o si le ouieffe accusado, o enfarmado sobre tal cosa que si le fuera prouado ouiera de receblir muerte por ello, o perdimiento de miembro, o echaniento de tierra, o perdimiento de la mayor partida de sus bienes. Ca por qualquier destas maneras, que aya enemistad entre los omes non deuen testiguar los vnos contra los otros en quanto la enemistad durare. hañtenus ibi.

Quorum uerborum hæc est sententia latinè & cunq; reddita. Prohibemus ne quisquam, qui magnam gerit cum altero inimicitiam, contra illum in aliqua causa possit esse testis: ut si inimicitia sit cõtracta ob consanguineos occisos: aut quia testis conatus est occidere eum, contra quem uult testificari: uel accusauit eum de delicto, quod si faisset probatum, sequeretur uel mors, uel membri

E abscissio, uel exilium, uel amissio maioris partis bonorum; nam ob singulas ex causis prædictis non potest unus contra alterum esse testis, durante inimicitia. ac talis quidem est legis sententia.

Prima ergo causa capitalis inimicitie oritur cõtra eum qui occidit consanguineum meũ, ita Bart. in l. 4. §. ff. de adimen. legatis, & Hyppolitus Marfilus in l. 1. §. præterea. ff. de quæst. per rextum in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. addit Socinus in cap. repellantur. de accusa. nu. 14. non solum esse effectum mihi inimicũ capitalem, qui consanguineum meum

Quæ inimicitia sit capitalis arbitrio iudicantis relinqui.

Lege Hispana notate causæ capitalis inimicitie.

Legis sententia qualis.

Causæ multæ capitalis inimicitie ordine relatæ.



interfecit, sed etiam si tantum dederit operam, ut interficeretur.

2. *Causa.*

Alterca causa capitalis inimicitie oritur, quoties quis conatus est occidere eum, contra quem vult testificari. ita docet eleganter Emericus, 3. p. n. 118. ibi: vel mors fuit intentata. ubi paulo post addit elegantem rationem, cur talis sit a testimonio merito repellendus; ibi: propter quod presumitur.

3. *Causa.*

Tertia causa, qua proxima superioris videtur explicatio, oritur ex solis nimis de occidendo. glossa in l. licet, ff. de recept. arbit. verbo, capitales. Alexander consil. 14. incipien. Ponderatus. nu. 3. lib. 3. Grammaticus consil. 57. incipien. In causa mihi translata, nu. 8. Abbas in cap. repellantur. nu. 4. de accusatio. Cardinalis in cap. cum oporteat. de accusatio. quo loco Ioannes Anania num. 7. optime dicit, hoc tunc procedere (secundum Baldum in l. metum. C. de eo quod me. cau.) quando is qui minatur aut est potens ad id faciendum quod minatur, aut est solitus minas suas executioni mandare, iuxta notata per Doctores in simili in l. 1. C. unde vi. & in l. ut uim. ff. de inst. & iure. quod refert. & sequitur Marsilius in dicta l. 1. §. prae. ff. de quest.

4. *Causa.*

Quarto inimicitia capitalis oritur ex insidijs paratis vitae eius contra quem is qui paravit vult testificari. glo. in §. inimicitia. verbo, si capitales, inst. de excusa. tuto. Emericus supra 3. par. nu. 118. vers. repellitur igitur ibi: seu ea quae sunt ad mortem inductiva, atque via. tales enim sunt insidiae.

5. *Causa.*

Quinto nascitur ex eo, quod quis accusavit aliquem de causa capitali, ut verbi gratia de homicidio, crimine lese maiestatis, rapina, crimine nefando veneris, praeposteria, adulterio, seu quolibet alio delicto ex quo nascitur infamia, quod si fuisset probatum, imposita fuisset poena mortis, abscissionis membri, aut publicationis omnium, vel maioris partis honorum, aut exilij. Bart. in l. 4. §. ff. de adimen. legatis. glossa in dicta l. 3. verbo, capitales. ff. de recept. arbit. glossa melior, & apertior in d. §. inimicitia. verbo, si capitales. inst. de excusa. tuto. Abbas in c. accedens, ut lite non contest. & in cap. repellantur. num. 4. de accusat. Zabarella in cap. cum oporteat. num. 12. de accusat. & alij per hos relati.

6. *Causa.*

Sexto oritur inimicitia, qua repellit testem quoties, licet non accusaverit aliquem de crimine capitali, deposuit tamen in causa criminali contra eum. Abbas Ioannes de Anania, Socinus, & alij in c. c. P. Manconella, de accusatio. faciunt tradita per glossam, Bartolum, & Doctores, in l. 3. ff. de testib. & per Specula. tit. de teste §. 1. in prin. adde omnino Grammaticum consil. 46. incip. In causa magni Tristani. num. 4. & seq.

7. *Causa.*

Septimo oritur capitalis inimicitia, ex eo quod aliquis eum, qui modo contra se testificatur, detinuit aliquando in vinculis. Feinus in cap. repellantur. de accusatio. nu. 3. versic. adde quod si tenuit. Grammaticus consil. 46. incip. In causa magni Tristani. nu. 1. & 2. haec autem inimicitia semper durae praesumitur, nisi contrarium probetur, ut docuit Baldus in l. non ignorabit. C. ad exhiben. qua inimicitia tunc cresceret vehementius contra carcerantem si in dicta carceratione fuisset incaceratos torturae suppositus, ut idem admonent.

Ottavo oritur ex sola iniuriarum prolatione. Baldus in c. veniens. circa finem de iureiurando. quem sequitur Iason in l. procuratoribus. C. de procura. Marsilius in dicta l. 1. §. praeterea. ff. de questio. ubi ita quandoque indicatum fuisse restatur idem Marsilius consil. 3. incipien. Saepae ac saepius decrevit. Thomas Grammaticus voto 6. incip. In causa excellentis Comitis. nu. 4. & 5. & alij, quos prudens ommitto. exempla talia esse possunt: appellare virum coniugatum cornutum, siue uxorem eius meretricem: item si quis virum honestum dixerit, ebrinum: monachum dixerit, apostatam a sua religione: presbyterum dixerit, simoniacum: advocatum appellaverit, impostorem: procuratorem, cavillatorem: iudicem acceptorem personarum; tabellionem, falsarium: mercatorem, monetarium, seu pecunias tondeum. & his similia: atque ut uno verbo dicam, verbum iniuriosum dicitur, cum siue in genere, siue in specie delictum aliquod commissum licet committitur non sit, alicui impropere, ut notant Bartolus, Baldus & communiter Doctores, in l. 3. ff. de liberis, & posthumis. Faber, Aretinus, Ioannes de Platea, & alij, in §. 2. inst. de iniurijs.

Sed in hoc multum considerare oportet personam inter quas conuicia sunt prolata: personae enim viles, & infames, quemadmodum parum curant honorem, ita quoque facile ad proferendas iniurias prorumpunt, quarum etiam facillime obliuiscuntur, & mox reconciliantur; quod virilibus feminis solet frequentissime contingere: nobiles autem & ingenui non sunt ita iudicandi: ac inter hos verè dixeris, ob conuicia oriri inimicitias capitales.

Rursus, plurimum consideranda est Provincia, & civitatum consuetudo: sunt enim quaedam iniuria in una Provincia, qua in alia non solent pro conuicijs accipi.

Nunquid autem iniura fiat dicendo alicui; mentiris tradit Bart. in l. si quis extraneus. de acquir. hered. ubi iniuriam fieri dicit. idem sentiendam est cum alieni dicitur; tu es spurcius, quam vis vera spurcius sit. Thomas Grammaticus decis. 37. incip. Magnificus Carolus. qua tamen si quis effugere velit postquam prolata sunt obseruet cautelam quam tradit Thomas Ferrarius.

Item oritur capitalis inimicitia, ex eo quod quis alterius uxorem tenet marito inuito reclamante, ac repugnante. Antonius de Butrio, & Baldus, & alij, in c. accedens. el. 2. ut lite non contesta. quos sequitur Marsilius in d. l. 1. §. praeterea. ff. de questio. nu. 23. adduntque; idem esse intelligendum de eo qui terram alterius tenet quod intelligit etiam per vim, ut villas, agros, prata, domos, & similia, ex quorum fructibus commodum suscipiat.

Quod autem de uxore dictum est; idem est sentias de sororibus, & alijs faminis nobis coniunctis, quarum honor vel infamia nos plurimum potest afficere, quarum pudicitia si attentata solum fuerit, nobis infertur iniuria, per textum in §. 2. inst. de iniurijs. ubi: siue quis matrem familias, aut praetextatam, praetextatam ve asseclatus fuerit: siue cuius pudicitia attentata esse dicitur. haec ibi. Concordat textus in l. item apud Laboon. §. si quis virgines. ff. de iniurijs. quoniam ex his factis inhonestis, & impudi-



impudicis infamia generatur, & iniuria infertur, A  
 inde inimicitia inter viros honestos, & probos  
 nascitur. l. 1. cum ibi notatis. ff. quibus vt indig. glo.  
 in l. sororem. C. eod. tit. Ioannes Anania in cap. cum  
 oporteat. num. 6. extra de accus.

Item oritur inimicitia capitalis, si quis alteri  
 moueat questionem status, asserens, videlicet eum  
 esse libertum non ingenuum natum, aut esse seruū,  
 iuxta textum in §. item is. instit. de accusatio. tut.  
 in c. glo. ibidem, verbo, pupillorum. ita Accur-  
 sus in §. inimicitie. verbo, si capitales. instit. de ac-  
 cusatio. tut. argumento textus in c. p. frequens. de re-  
 stitutio. spolia. glossa in authent. de teste. §. si quis ve-  
 ro, verbo, quæstiones. Bald. in l. athlet. a. §. dant re-  
 missionem. ff. de excusatio. tuto.

Item oritur capitalis inimicitia, cū quis mouet  
 alicui quæstionē de omnibus bonis, aut de maiori bo-  
 norum parte. ita in d. l. 22. partita 3. tit. 16. quam  
 initio huius commentarij retuli, quod ipsum asse-  
 runt etiam multi ex illis, quos adduxi in præceden-  
 tibus, & Felyn. in cap. quoties, de testibus, num. 5.  
 Panormitanus in cap. 1. nu. 3. de indicij. idem Pa-  
 normitanus, in cap. repellantur. de accus. nu. 4. Ioā-  
 nes de Anania in c. cum oporteat. de accus. num. 6.  
 Alex. consil. 99. incipien. In causa accusationis. lib.  
 1. & alij per hos relati. Huius cause ratio non est  
 difficilis, quoniam ex ablatione, vel retentione aut  
 omnium aut maioris partis, bonorū, vita nō medio-  
 criter læditur, quā sine alimentis trāstingere nō pos-  
 sumus: bona enim temporalia vita hominis dicuntur,  
 vt notatur, in l. advocati. C. de duo. diuer. iud.

Idem sentiendum est, cum quæstio est de magna  
 pecuniarum quantitate, vt voluit Bar. in l. 3. ff. de  
 testib. ad quod facit doctrina Baldi in l. parentes. C.  
 de test. vbi causam civilem magnam equiparat cau-  
 sa criminali, quos sequitur Marsilius, in d. l. 1. §.  
 præterea. num. 23. ff. de quæst.

Idem etiam sentiendum est de spoliatione, aut  
 perdizione vnius magnæ rei tantum: hinc enim na-  
 scitur inimicitia capitalis. cap. item cum quis. de  
 ressit. spol. facit cap. accedens. el. 2. vt lite non con-  
 testā. tenet nominatim Ioannes Anania in cap. cum  
 oporteat. num. 6. de accusa.

Item oritur inimicitia capitalis, cum quis offen-  
 dit alium in persona vel in rebus. de rebus proximè  
 dictum est, de persona id asserit Bald. in l. in his. ff.  
 sol. matri. quem sequitur Marsilius in d. l. 1. §. præ-  
 terea. ff. de quæstio. quod docuit etiā eleganter ap-  
 positis exemplis Emericus supra 3. par. num. 118.  
 ibi vel vulnera grauia, & lethalia, quæ sunt in pri-  
 mis procedunt, cum in honesto modo aliquis corpo-  
 ralem iniuriam pertulit, vt si cui pugna seu alapa  
 sit inflicta; aut fustibus sit pulsatus, seu cāna: quod  
 genus iniuriæ magnam opinionem hominū asfert in-  
 famiam, & dedecus, per textum singularem in §.  
 2. instit. de iniurijs ibi: Cum quis pugno pulsatus,  
 aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit, &c. &  
 docet copiosè Antonius Gomez to. 3. varia. resolu.  
 cap. 6. num. 1. & seq.

Idem sentias quoties quis alterum in facie vul-  
 nerauit, præsertim si turpis in vultu remaneat cic-  
 atrix. Alex. consil. 99. incipien. In causa inquisitionis,  
 quem sequitur Marsilius in dicta l. 1. §. præ-

terea. ff. de quæstio.

Ad hæc non potest esse testis in criminibus exce-  
 ptis qui dudū fuerat inimicus, si recenter est recon-  
 ciliatus. c. 1. accusatores. el. 1. 3. quæst. 5. cuius ver-  
 ba sunt: Accusatores & testes esse non possunt, qui  
 ante hestercum diem, aut nudius tertius inimici  
 fuerunt: ne irati nocere cupiant, vel læsi se vlcisci  
 velint. hæc ibi. vbi id notant Præpositus, & Tur-  
 recr. & Fely. in c. eam te. de reser. vers. infidelitas.  
 Alex. consil. 99. incip. In causa inquisitionis.  
 Grammaticus, consil. 57. incip. In causa mihi trans-  
 missa, num. 8. Alcuius tract. de p. sum. regu. 2. præ-  
 sumptione 11. Innoc. in cap. cum oporteat. de ac-  
 cusa. Marsilius in dicto l. 1. §. præterea. num. 4. ff.  
 de quæst. sequitur Anton. Gomez to. 3. varia. resol.  
 c. 22. num. 14.

Item descendentes ab inimico capitali præsu-  
 muntur etiam inimici, & ideo à testimonio repe-  
 lluntur. l. athlet. a. §. dant remissionem. ff. de excusat.  
 tut. vbi id notant Bald. & communiter Doct. quos  
 sequitur Ant. Gomez loco proximè citato eadem-  
 que ratione collaterales vsque ad quartum gradū  
 reputantur inimici, argumento textus in l. lex Cor-  
 nelia. §. 1. ff. de iniurijs, & ita tenet Bald. in d. §. dant  
 remissionem proximè citato, & Marsilius in d. l. 1.  
 §. præterea. num. 103. ff. de quæst.

Huc spectant quæ docet Felynus in cap. repellā-  
 tur. de accusatio. num. 4. vers. item adde dum ait  
 Si ego contaxi inimicitiam cum vno de vna fa-  
 milia, presumitur quod omnes de familia sua  
 sint mihi inimici vsque ad quartum gradum in-  
 clusiuè, & voluit Bald. in l. si vassallus. el. 1. in tit. si  
 de feudo fuer. cont. hæc Fel. tenet quoque Ange-  
 lus consil. 248. incip. In splendidiſſima ciuitate. &  
 Alexander de Imola cōsil. 24. incip. Animaduersis  
 his. lib. 2. & Grammaticus consil. 13. incip. In cau-  
 sa istorum.

Item presumuntur inimici mei qui cū meis ini-  
 micis commorantur, & propterea à testimonio meri-  
 to repelluntur. cap. accusatoribus. 3. q. 5. vbi Gemin-  
 ianus, & alij, & cap. repellantur, & c. cum o-  
 porteat. de accusa. hinc amicus inimici mei non admit-  
 tetur ad me accusandum, neque ad testimoniū con-  
 tra me dicendum, præsertim si cum meo inimico sit  
 magna iūctus amicitia, vt præcitatis locis plenè no-  
 tatur. id ipsum sentias de eo, qui fecit (vt nostri lo-  
 quuntur) parentelā seu confederationem cum inimi-  
 co meo capitali, vt voluit Bal. in l. liberi. C. de inoffi.  
 testa. vbi de hoc copiosè agitur per Doctores.

Idem loco habet in eo qui contrahit amicitiam  
 cū meis inimicis: is enim inimicus meus rectè dicitur,  
 vt latè & verè probat Thomas Grammaticus  
 consil. 24. incip. Et quia nihil ita. num. 6. vol. 2. &  
 Iaf. in liberi. C. de inoffi. testam.

Tandem non ineptè quis dicat eos esse inimi-  
 cos censendos, & propterea fortassis à testimonio  
 repellendos, qui sunt de aliqua familia, seu fa-  
 ctione alteri familie, & factioni contraria, quales  
 sunt Guelphi, & Gibellini in tota Italia, & in sin-  
 gulis ferè vrbibus est vna aliqua familia potens, &  
 nobilis alteri contraria; nam horum testimonium  
 mutuo contra se non esset fortè facile admitten-  
 dum. Baldus, in lege vnica. C. de rapt. virgin. quem

Q9 sequitur

13. Causa.

14. Causa.

15. Causa.

16. Causa.



sequitur Ioannes Royas singulari 200. incip. Te-  
stis inimicus, nu. 8.

Verū in hac parte multo iudicio opus est: nam si  
testes spectat & essent virtutis & probitatis, etiā in  
his predictis talis sinistra suspicio cessaret, quam-  
vis in alijs multū esset consideranda: solent enim sepe  
homines ex huiusmodi familijs & factionibus vehe-  
mēter inter se inimici esse: in alijs vero iam penitus  
ista cessat, quāvis aliquādo inimicitia intercesserit.

Atque ex his & alijs huiusmodi causis arbitrio  
iudicantis prudenter cognoscendis inimicitia capi-  
talis dicitur oriri, quā ubi probata fuerit, testem  
repellit, ut paulo post dicam'.

Superiores  
causae inimi-  
citiæ quādo  
procedant.

Iam superiora locum habent etiam si inimicitia  
contracta esset culpa eius contra quem deponitur,  
ut scribunt communiter Doctores in dicto c. repel-  
lantur. de accusatio. glossa singularis in d. l. athlet. c.  
§. dat remissionem. ff. de excusatio. tuto. quam sequi-  
tur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. c. 12.  
nu. 14. vers. quod etiam extendit.

Item habent locum quoties subest causa inimi-  
citiæ, unde verisimiliter oriri possit, quamvis testis di-  
cat & asserat se nō esse inimicum. Innocentius in c.  
cum l. & A. de sentent. & re iud. Bar. in l. 1. ff. de  
his quibus ut indig. Abbas in c. repellantur. de ac-  
cusatio. & alij, quos refert & sequitur Antonius  
Gomez tom. 3. varia. resolu. c. 12. nu. 14. & Gram-  
maticus voto. 24. incip. In causa Nicolai. nu. 1.

Quando ces-  
sent superio-  
res causae ini-  
micitiae.

Superiora tamen omnia axiomata de inimicitia  
bifariam potissimum limitantur. Primo quoties  
reconciliatio inter inimicos intercessisset antiqua  
& bene fundata. quādo autem intercessisset dicatur,  
arbitrio iudicantis relinquitur: nam tunc cum ces-  
set inimicitia causa, cessat etiam ratio, ob quam re-  
pelli testes debeant. argum. tex in l. 3. §. fi. & l. seq.  
ff. de adim. leg. ubi Bar. & communiter Doctores.

Rursus non procedunt quoties inimicitia esset  
dolo procurata & fraude. eo enim progressa est hu-  
mana audacia, ut sepe homines cum intelligunt in  
aliquo gravi delicto aliquem posse contra eos testi-  
ficari, fraudulenter prius quaesita causa cum eo  
rixantur, eique sponte iniuriam inferunt, ut postea  
eum repellere à testimonio possint; & ita liberen-  
tur à crimine, quod re vera commiserunt. nam hoc  
casu non debet talibus sua fraus patrocinari; ideo-  
que talis offensus poterit admitti in testem contra  
offensorem. ita Bar. in l. 1. §. cum quis. ff. de quaestio.  
Bal. in l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cautio. Iaco-  
bus de sancto Georgio in l. 2. ff. de testibus, & alij  
quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3.  
varia. resolu. cap. 12. nu. 14. vers. ita etiam limita.

Quid obser-  
vandum in  
causis inimi-  
citiæ capita-  
lis.

Deniq; admonet in superioribus causis, ac et  
in alijs, ex quib. inimicitia capitalis oriri solet, mul-  
tū esse consideranda personarum qualitatē: saepe n.  
contingit, ut illa causa, qua sufficiens est ad produ-  
cendam inimicitia capitale inter aliquos, in alijs  
non sufficiat. contra vero sunt multi ita suapte in-  
genio iniqui & malevoli, ut ex levi causa ingentes  
concupiant animo iras aduersus alios, quos cum nō  
possint, aut non audeant palam offendere, clam mo-  
liuntur aduersus eos omnia iniquitatū genera. non  
huiusmodi multos, & tales in primis reperitur in  
curijs magnorum Principum; quos interdum alre-

rius felicitas, absque vlla alia causa in inimicitiam  
concitatur. atque hoc est diligentissime in hoc tribu-  
nali animaduertendum. hac enim quamvis non om-  
nino repellat testes, tamen diminuent fidem illorū.

a ¶ Dicit sic, non tamen intelligas, quōd in hoc  
crimine inimicus capitalis admittatur ad accu-  
sationem; &c. ] Ex hoc EymERICI loco intelliges cor-  
ruptam esse glossam Archidiaconi in c. accusatus.  
§. licet. verbo. exceptum. de bar. lib. 6. quem hic ci-  
tat auctor; nam sepe in omnibus vulgatis codicib.  
affirmatiue legitur ita: & intelligas, quōd etiam in  
hoc crimine, inimicus capitalis admittatur ad ac-  
cusationem: nam proculdubio negatiue legendum  
est ita; non tamen intelligas. quod etiam indicant  
apertissime textus in hanc sententiam ab Archidia-  
cono citati, in quibus inimici capitales, & accusa-  
re, & dicere testimonium prohibentur.

Ex quib. intelliges fortassis deceptum fuisse Ni-  
colaeum Arelatanum tract. ae bar. notabili. 10. inci-  
pien. Non ignoras. ubi dixit speciale esse in crimi-  
ne haeresis, ut inimicus inimicum possit accusare.

b ¶ Idem dicit Dominus Guido Fulcodius, post  
Clemens Quartus, &c. ] Hic locus Guidonis Ful-  
codij, cuius meminit EymERICUS valde est in signis  
in hac causa, legiturque in q. 15. c. 17. ubi cum pra-  
misset diligenter esse testes interrogandos, & in-  
quirendas ab eis causas delictorū, seu depositionum,

subdit in hac verba: Et hoc dico cum tanta dilige-  
tia faciendum, quia illis, contra quos inquiritur,  
pracluditur uia iuris in notitia testium, & reddo-  
dis interrogacionibus prout in iure fieri consu-  
uit: & quanto magis eis pracluditur, tanto sollici-  
tudo maior vobis incumbit; adeo quōd etiam de  
inimicitia testium per vos debetis inquirere, cum  
non possint alij diuinare, & nisi testes plene &  
plane in omnibus concordauerint, melius est vo-  
bis purgacionem indicere, uel differre senten-  
tiam, quā damnare, haecenus ille.

#### QVAESTIO LXVIII.

An haereticus admittendus sit in te-  
stem contra fidelem.

Exagefima octaua quaestio est: Vtrum in-  
quisitor haereticum possit admittere, ad  
testificandum in causa fidei contra fide-  
lem, uel etiam pro fidei?

Respondemus quōd non: nam haeretici, & cri-  
minosi regulariter sunt à testimonio repellendi,  
nisi in quantum de iure inuenitur concessum: nō  
inuenitur autem, quōd haereticus possit testificari  
pro fidei, uel contra fidelem. Ad hoc est Archi-  
diaconus, in c. In fidei. de haeret. lib. 6.

#### COMMENT. CXVII.

Num est axioma in hac quaestione, videlicet,  
Haereticum non posse testificari neque contra  
fidelem, neque pro fidei in causa haeresis. huius  
axiomatis dua sunt, partes prior dubia est, poste-  
rior autem satis facilis.

Et quātum ad primam partē spectat, hoc obser-  
uandum



mandum est, iudicio meo plurimum ferre, an hereticus testificetur contra fideles in causis fidei; an vero in alijs causis, quæ ad fidem non spectent, ut in contrahibus, & alijs etiam de iudicis ab heresi separatis; nisi in causis alijs à fide separatis testificentur, quid de illorum testimonio sit sentiendum, tradit Imperator in l. quoniam. C. de heret. ubi glossa, Bartolus, Salycetus & communiter Doctores, Speculator tit. de h. s. 1. Repertorium Inquisitorum verbo, testes § an hereticus. & alijs plerisque locis.

Et quamvis legibus civilibus quandoque liceat hereticis testimonium ferre inter catholicos, ut in contrahibus & victimis voluntatibus, ne probationum usus angustetur, ut in d.l. quoniam. C. de heret. at sacri canones prævalent, quibus cauetur ne eorum testimonium recipiatur. sunt enim excommunicati, cum quibus omne commercium est catholicis interdictum, omnisq; communicatio prohibita. cap. excommunicamus 1. & 2. extra de heret. hinc legimus in Concilio Tolitano III. quod refertur in cap. non potest. 2. q. 7. hereticos ad testimonium admitti non debere, quævis dicat se esse Christianos. tradit glossa in c. si hereticus. 2. q. 7. Repertorium inquisitorum præcitato loco. Zanchinus tract. de heret. c. 13. nu. 2. & alij.

Sed nec nouo iure civili hereticorum testimonium admittitur in vlla causa, neque civili neque criminali: nam Federicus Imperator in l. Catharos. ita sancit: Nec ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. hæc ibi & habetur in authent. credentes. C. de heret. tradit pulchre Conradus Brunus lib. 5. de heret. c. 10.

Placet tamen Iasoni & Alciato in l. 2. C. de sum. Trinit. quos refert & sequitur Conradus Brunus præcitato loco, hereticorum testimonium admitti posse vtraque parte approbata, vel cum heretici rem à se gestam explicat, adhibitis tormentis, vel cum testificatur in causis grauioribus, ut heresis, simonia, & crilegi, læsæ maiestatis, expilatæ annonæ. sequitur Siman. de cath. inst. tit. 64. nu. 43. ubi addit, his casibus hereticis credi, si verisimilia dicant, vel sint plures numero, & hætenus de primo capite.

Quantum vero ad secundam partem spectat, An in causis fidei possit hereticus dicere testimonium contra fidelem, aut etiã pro fidele. Emericus aperte fatetur hoc loco eius testimonium neq; contra, neque in fauorem esse audiendum. & quia huius dicti duæ sunt partes, ut omnem dubitationem procul amoueamus, singularim de vnaquaque est agendum. tota vero difficultas consistit in ea parte qua dicit, Testimonium hereticum non valere contra fidelem: neque enim video quomodo possit Emericus negare testimonium hereticum admitti in causa fidei contra fidelem, cum de heretico perinde sit censendum ac de reliquis testibus inhabilibus quos in hoc crimine fauore fidei admitti abunde paulo antea cum auctore docuimus.

Ergo ita statuamus: Quotiescumque hereticus, aut de heresi suspectus, vel in carceribus positus, vel alibi existens alicui fidele, qui pro vero fidele & catholico reputatur crimine heresis imponit, siue enim dicat esse socium criminis, siue non; profecto huius vocem contemnere non debet inquisitor: sed ad inquirendum secreto accedat, ut intelligat an is fide-

lis qui ab heretico nominatus est, recte de fide sentiat nec ne. hoc est certum, dictum huius heretici hoc casu non facere semiplenam probationem, ita ut ad capturam possit deueniri; ceterum saltem ad inquirendum faciet indicium. quod cum alijs coniecturis verisimilibus, & adminiculis coniungatur, tunc ad cetera parabit viam. nec credo ab hac sententia recedendum, quæ magis patefet ex sequentibus.

Vade autem descenderit auctor in hanc sententiam plane non video: existimo tamen eum ex dicto Archidiaconi, quæ hic citat, fuisse deceptum: Archidiaconus enim in c. in fidei fauore, dicit, hereticum non testificari contra fidelem: sed ibi in genere loquebatur, iuxta dispositionem textus in l. quoniam. C. de heret. cuius dictum acceptum eo modo, quo explicauimus in principio huius commentarij, verum est, & eodem modo loquitur Zanchinus tract. de hereticis c. 13. num. 2. ceterum neque Archidiaconus, neque Zanchinus eo loco addiderunt hanc particulam, quæ hic adiecit Emericus, videlicet, in causa fidei: nam tunc proculdubio aliter sensissent iuxta modum à nobis proxime explicatum.

Neque his obstat textus in ca. dubius, de heret. ibi: Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant. ubi glossa. & aliqui doctores sentiunt dubium in fide, siue hereticum testem esse non posse: quoniam respondetur illius textus variis esse intellectus, ut constat ibi ex Zabarella, & propterea non debere ad hanc controuersiam diluendam adduci: aut si de testimonio hereticorum accipiatur, intelligendum profecto esse iuxta ea quæ hætenus docuimus, ut sit sensus: hereticis seu alijs infidelibus quia fidei catholica non tenent, omnino credendum non est, id est, non est plena fides adhibenda, qualis testibus integris & omnimoda exceptione maioribus adhiberi solet. itaq; non dicit textus quod nullo pacto possint ferre testimonium; sed quod eorum testimonium non est omnino integrum.

Altera pars est: Heretici testimonium in causa fidei non admitti pro fidele. hæc minor est habet difficultatem: heretici enim testimonium non recipitur ad defendendum aliquem in hoc crimine, contra quæ aliqui senserint, ut questione sequenti explicabo.

Intellectus c. dubius de heret.

Heretici testimonium non recipitur ad excusandum aliquem in hoc crimine

Q V A E S T I O LXIX.

An heretici contra hereticum testimonium admittatur.

**S**exagesima nona questio est: Vtrum Inquisitor possit hereticum admittere ad testificandum contra hereticum, seu pro eo?

Respondemus quæ sic, contra; sed non pro eo. Nam in causa fidei participes & socij criminis in tali casu admittuntur, ut patet in c. In fidei. de heret. lib. 6. in defectum tamen aliarum probationum, ubi dicitur sic: In fidei fauore, Concedimus, ut in negotio Inquisitionis hereticæ prauitatis excommunicati & participes, vel socij criminis ad testimonium admittantur, præterum in probationum aliarum defectum contra hereticos; credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum;

Relat. supra pag. 105.



si ex uerisimilibus coniecturis, & ex numero testium, aut personarum (tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur) qualitate, ac alijs circumstantijs, sic testificantes falsa non dicere presomantur.

Ad hoc est Archidiaconus in c. alleg. in glos.  
C O M M E N T. CXVIII.

**D**uæ sunt assertiones: prima est, Valere testimonium hæretici contra hæreticum: altera est, In eius fauorem non admitti.

Hæretici contra hæreticum valet testimonium,

Quantum ad primam assertionem pertinet, optime probat eam Emericus ex c. in fidei fauore. de heret. lib. 6. præsertim ex illis verbis: Et participes uel socij criminis ad testimonium admittantur. nam si participes, uel socij criminis sunt, iam uel hæretici sunt, uel hæretici esse presumuntur, aut saltem de hæresi suspecti. Rursus, cum Iudæus in causa hæresis fauore fidei possit dicere testimonium contra Christianos. c. contra Christianos. de heret. lib. 6. & dixi plene supra par. 2. super dicto c. contra Christianos. cum hæreticus etiam poterit testimonium ferre, cum nulla comoda diuersitatis ratio afferri posse uideatur.

Hanc etiam assertionem non inepte probat ratio textus in l. quonia, C. de hæreticis. ubi: Inter se aut hæreticos, uel Iudæis, ubi litigandum existimauerint, concedimus fædus permixtum, & dignos litigatoribus etiam testes introducere. hæc ibi. sed in terminis proprijs huius questionis rem definiuit Federicus Romanorum Imperator in l. Catharos. §. 6. relata in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis in hæc uerba: Adijcimus insuper, quod hæreticus per hæreticum conuinci possit, hæc ibi. & tenet etiam Lucas de Penna in l. Veterani C. de Veteranis. lib. 12.

Ceterum, que de testimonio hæreticorum hoc loco traduntur, accipienda sunt iuxta ea que copiose scripsimus super q. 64. huius 3. partis. neq; Federicus hic contrarium disponit. uerum est enim hæreticum per hæreticum conuinci posse concurrentibus omnibus illis que præcitato loco tradidimus.

Cur hæretici testimonium in fauore hæretici non recipiatur.

In altera assertionem maior est difficultas: Cur uidelicet hæretici testimonium non recipiatur in fauorem hæreticorum, siue in reorum defensionem: equitas enim contrarium suadere uidetur, ne scilicet facultas probandi suam innocentiam reis auferatur. atque ita uoluit Felynus in c. de cetero, de testib. que refert & sequitur Gulielmus Benedictus in c. Raynurus. de testa. in parte, qui cum alia. nu. 250.

Verumtamen quidquid illi dixerint, contraria sententia uera est: nam non est credendum eis qui fidem Deo datam uolunt, quis enim credat fidele esse futurum testimonium eius, qui in Deum extitit infidelis. c. non potest. 2. q. 7. & docet Simancas de catho. instit. titu. 64. num. 45.

Hæc autem sententia de non recipiendo testimonio hæretici in defensionem reorum huius criminis, locum etiam habet & in alijs infidelibus, quibus ob easdem rationes credendum non est.

Cur non credatur hæreticis pro hæreticis testificantibus.

Sed quæ est ratio cur credatur hæreticis deponentibus contra hæreticos, non autem in fauorem hæreticorum, cum potius non delicta, quam delicta presumi debeant? vrget plane difficultas: sed credendum id propterea fuisse sancitum, quonia cum hæ-

reticus, aut alius infidelis excusat hæreticum, aut de hæresi suspectum in odium fidei nostræ id putatur facere, ne delicta contra nostram religionem commissa puniantur: que suspicio cessat cum deponit de delicto. credo hanc esse nouam & ueram rationem; neminem enim uidimus hæc tradentem.

Adit Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 45. & licet nullo modo credendum sit hæreticis, hoc fallit, cum forte tormentis fatigati, oculum aliquid, & reipublicæ uile præfecerint: quod libenter admitto.

Sed hoc præterea libenter adiugerem, si quædam que ex uerisimilibus coniecturis hæretici aliquem excusantes uera dicere uideatur, sane in fauore ueritatis non putarem omnino iniquum eorum uoces audire: ueritatis enim fauor magnus est, eiq; semper debet esse locus. l. Imperatores. ff. de probatio. & ueritas opinioni est præferenda, iuxta notata per Bartolæum, & Aretinum in l. is qui putat. ff. de acquir. hered. qua ob rem, alijs de Innocentia reorum coniecturis concurrentibus, non essent contemnenda hæreticorum excusationes, quibus quanta fides sit adhibenda, iudex magis scire poterit. consideratis omnibus circumstantijs. l. 3. ff. de testib. & ad penz quidæ diminutionem horum solæ excusationes prodesse possent, non autem ad integram liberationem.

Tunc uero audiendi non essent hæretici, infideles alij, aut quilibet etiam catholici, cum prius deposedisset aduersus eum, quem de eodæ delicto in eodem iudicio nunc excusant, iuxta id quod diximus supra in hæc 3. parte super q. 65. §. postremo præfata sententia.

### Q V A E S T I O L X X .

An vxor, filij, & familiares pro, uel contra delatos de hæresi admittendi debeant in testis.

#### S V M M A R I V M .

- D** Testes domestici non admittuntur pro delato de hæresi.  
2. Admittuntur autem contra ipsum, &c.

**S**eptuagesima quaestio est. Vtrum Inquisitor possit admittere ad testificandum pro, uel contra delatum de hæretica prauitate, eius uxorem, filios, familiares, seu de suis aliquis?

- 1** Respondemus q non pro, sed contra. Quod a non pro, satis uidetur per c. Filij. de heret. lib. 6. tibi prædicti non admittuntur pro mortuo delato de hæretica prauitate, ubi dicitur sic: Filij uel heredes illorum, qui dum in ægritudine lecti decubarent petierunt hæreticos consolatos, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum pessimam consuetudinem eorundem, sicque uiam fuerunt uniuersæ carnis ingressi, ad probandum, quod ipsi defuncti consolationem illam, immo uerius delationem non sanæ mentis esse esse susceperint, uel post perditam iam loquelam (cum tamē moris sit ut dicitur apud eos, quod nulli taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memo-



memoriam habeat ordinatam) admitti non debent si dum vivebant diffamati erant de hæresi, uel suspecti: aut legitime constiterit, quod sanæ mentis existentes huiusmodi hæreticos petierunt. Alioqui admitti poterunt prædicti filij, uel hæredes ad probandum præmissæ: non tamen per uxores, filios, familiares, uel de suis aliquos; sed per testes alios fide dignos & specialiter fidei zelatores.

Et si ipsi non admittuntur pro hæretico mortuo, pari forma nec pro uiuo.

2 Quod hæ autem prædicti admittantur ad testimonium ferendum contra delatum de hæretica prauitate, satis patet: est enim testimonium eorum magis efficax ad probandum.

COMMENT. CXIX.

**H**æc questio pugnare uidetur cum questione 121. nisi diligenter animaduertantur que super illa tradidimus.

De materia uero huius quest. hoc est de excludendis, aut non admittendis ad testificandū testibus domesticis, agūt Doctores varijs locis. c. in litteris. de testib. l. etiā. c. de testib. l. idonei. & l. testes. ff. de testibus. l. i. §. ad questionē ff. de quest. ubi copiose Doct. Ant. Gomez 10. 3. var. resol. c. 12. nu. 15. Repertorium inquisitorum, uerbo, familiaris. Locutus in opere iudiciali uerbo, domestici. glossa & Doctores in §. pater. instit. de testam. ordinar. Marcus Antonius Blancus tract. de indicij. n. 361. & multis sequen. Zanchinus tract. de heret. c. 13. Archidiaconus in c. filij, de heret. lib. 6. uerbo, familiares. Ioānes Royas singul. 198. incip. Testis domesticus. Hieronymus Gigas tract. de criminine lese maiestatis lib. 2. ti. qui accusare possint, q. 15. idē eod. lib. tit. quomodo, & p. quos probetur q. 15. Simacas de carb. inst. ti. 64. n. 46. et seq. et alij quos libes omitto.

Horum sententia est, Testes domesticos regulariter a testimonio repellit: tamē id fallit in criminibus exceptis, uelut in crimine per duellionis, maiestatis humanæ lese, & in causa hæresis. l. vlr. c. ad l. Iulii maiest. Gondissaluis tract. de her. q. 13. nu. 11. Bernardinus Diaz regula 746. incipien. Testis domesticus in his enim ad testificandū cōtra consanguineos, affines, & quoslibet familiares admittuntur, idque ob rationem, quam paulo post dicemus.

¶ Quod non pro, satis uidetur, &c. Hæc est prima assertio huius questionis, uidelicet, Familiares & domesticos non admitti in hoc crimine ad defendendum reum; & ratio non inepta hæc esse potest: nam quemadmodū nemo unquā, carnem suam odio habuit, eodem modo nemo putandus est consanguineos suos odio habere: tum etiam quia cum ex hoc crimine infamia in filios descendat, si filij ad testimonium dicendum pro parentibus admitterentur, facile ut infamiam suggerent, mērentur itaque eorum testimonium non inepte in hac causa, pro delatis falsum putatur. quod si nec consanguinei sint nec affines sed extranei, domestici tamen, ratio ne amicitia et familiaritatis presumantur non dicere ueritatē, ut a tāto crimine reos possint liberare.

Ex priori uero ratione illud consequitur, quod prædicti traditur a quibusdam, uidelicet, Grauius

**A** puniendos eos qui falsum testimonium dixerint contra cōsanguineos, quā cōtra extraneos: tales enim nature leges uidentur euertere, cū dū cōsanguineos falso testimonio pulsant, in suam quoque carnē se uideantur. Simacas de carb. instit. tit. 64. n. 49. facit textus in l. capitaliū. §. omnia admissa. ff. de penis.

**B** ¶ Quod autem prædicti admittantur ad testimonium ferendum contra delatum, &c. Ratio potissima cur in hoc crimine testis domesticus non modo admittitur, uerū etiam si opus fuerit, compellitur ad testificandū, ea est: quoniā cum hoc crimen secreto committi soleat, & in occulto, melius per domesticos quā per alios probari potest. cōsensu. C. de repud. c. tertio loco. de probatio. & ob id Emericus prudentissime addit in fine huius questionis, horum testimonium cōtra reos huius criminis magis efficax esse ad probandum: ac tanto firmiter haberi solet, quāto consanguinei & domestici a suspitione odij longius abesse putantur.

Sed in hac questione tota difficultas posita est in cognoscendo qui dicantur domestici & familiares: nam de cōsanguineis res est apertior, cū ex legibus noscamus qui sint cōsanguinei; nō ita in domesticis & familiaribus, quos qui sint, nullæ leges in iure communi (quod ego sciam) nominatim præscribunt.

In Hispania septipartita lege multi traduntur domestici, quorū propterea testimonia in alijs causis non recipiuntur. nam l. 18. partitæ 3. tit. 16. ita scriptum est: En su pleyto mismo non puede ser ningund testigo. otrofisi non puede ser cabido en aquel pleyto testimonio de su fijo, nin de su fieruo, nin de su affortado, nin de su mayordomo, nin de su quintero, nin de su ortolano, nin de su molinero, nin de ome que sea su apaniaguado. esto es porque non serie guifado, nin derecho de un ome tener logar de su parte, & de testigo. nin otrofisi a aquellos que biuen en su merced, & an de fazer su mandado que podiessen testiguar por el. hæc ibi, quibus uerbis multa personæ exprimuntur, quæ appellatione domesticorum & familiarium continentur, quas more nostro explicabimus.

Doctores quos initio huius questionis citauimus in his conueniunt: domestici & familiares seu de domo dicuntur, seruus, colonus, libertus ascriptus, mercenarius. Speculator tit. de teste. §. 1. uerbatim excipitur quod est domesticus. glossa in c. in litteris. uerbo, de familia, extra de testibus.

Famulus autem & mercenarius familiaris est, etsi gratis nobis seruiat, ut uoluit Ioannes And. apud Speculat. loco præcitato, quam sequitur Felynus in c. in litteris. de testibus. nu. 1.

Item pater domesticus est filio, & contra, filius patri: item uxor uiro, & e conuerso. Felynus in d. c. in litteris. & Antonius Blancus tract. de indicij. numero 363.

Item latius loquendo familiares dicuntur qui uiuunt (ut cum nostris loquar) ad unum panem & unum uinum. authen. de monachis. §. cogitandum. tales sunt qui uiuunt in communi.

Itē dicuntur domestici omnes illi, quibus ratione patriæ, uel dominicæ potestatis potest imperari, quales sunt qui in domo nostra habitant nobis seruientes. Marcus Antonius Blancus præcitato loco.

Qq 3 additio

testificatur contra suos consanguineos.

Num. 2. Testimonium domesticorum recipitur contra domesticos in hac causa & quare.

Domestici & familiares quod dicantur.



additio ad glossam, in §. pater. instit. de testam. ordi-  
nan. Bal. in d. c. in litteris. de testibus. Montaluis  
in d. l. 18. partit. 3. tit. 19. de quo vide pulchram di-  
stinctionem allatam ab Henrico Boich in d. cap. in  
litteris. ad de ibidem Franciscum Aresinum, &  
Crotum tracta. de testibus. nu. 104.

Vbi ergo cōstititit quempia domesticum esse, &  
aliquis familiarē, is nō dicit testimoniū pro accu-  
sato de hæresi, nec valebit ad ipsum defendendum.

Domestici  
testimoniū,  
an p reo quā  
doque audiā  
tur.

Et quamuis hæc ita se habeant, illud tamen pu-  
tarem in hac causa obseruandum, q̄ si persona do-  
mestica esset valde digna, ac spectata probitatis,  
planē etiam in hoc crimine nō esset penitus cōtem-  
nendum eius testimoniū ad excusandum reum,  
iuxta doctrinam Innocentij, Ioannis Imole, & An-  
tonij de Butrio, in d. c. in litteris de testibus; nam si  
talis persona esset, de qua non præsumeretur, quōd  
deieraret, tūc eius testimoniū recipiendum esset.  
atq; hoc tunc potissimum locū haberet, si cum hu-  
iusmodi teste domestico conueniret alius testis non  
domesticus, & omni exceptione maior, aut alia in-  
dicia de innocētia reorū iuxta doctrinā Marsilij in  
l. de minore. §. tormēta. ff. de questio. vbi plures ci-  
tat in hanc sententiam, quos video, quanta autem  
fides his habenda sit, in defensionem reorum, iudex  
magis scire poterit spectata personarum, & alio-  
rum indiciorum qualitate l. 3. ff. de testibus.

#### Q V A E S T I O L X X I.

An testes plures duobus requirantur  
ad condemnandum quempiam  
de hæresi.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Duo testes legitimi non singulares de iuris ri-  
gore videntur sufficere.
- 2 Ex æquitate tamen in crimine hæresis plures  
requiruntur.
- 3 Leuiore probationes non condemnandum, sed  
ad præsumendum sufficiunt.
- 4 Inquisitoris diligentia defensionum defectum in  
crimine hæresis supplere debet.
- 5 Quid agendum cum quis per duos testes tātum  
est conuictus.
- 6 Concordat Guido Fulcodius, Archidiaconus, &  
Ioan. And.



Septuagesima prima quæstio est: Vtrū  
Inquisitor depositione solum duorū  
testiū legitimorum, nō singularium,  
possit licitē aliquē de hæresi cōdem-  
nare, vel plures quā duo necessario requirātur?

- 1 Respondemus, q̄ quamuis videantur sufficere  
duo testes de iuris rigore: quia regulare est, q̄ in  
ore duorum vel trium testiū stat omne verbū;
- 2 Tamen de iuris æquitate non videtur in hoc  
crimine duos sufficere, tū propter criminis imma-  
nitatem; in criminibus enim probationes debent  
esse luce clariores. C. de probat. l. scient, hæresis  
autem inter maiora crimina enumeratur.
- 3 Et si dicatur, quōd in hoc crimine sufficiunt le-

uiore probationes, quia leui argumēto quis dete-  
gitur; verum est ad præsumendum, non autem ad  
condemnandum; tum propter iuris ordinis in  
hoc crimine detractionem: In hoc enim ordo  
iudiciarius in fauorem fidei detrahitur: quia nec  
delatus videt testes iurate, nec sibi etiam publican-  
tur, vbi posset eis graue periculum imminere, vt  
in c. Statuta, de hæret. lib. 6.

4 Propter quod delatus non potest diuinare, sed  
tenetur ipse Inquisitor per se, & ex officio, de te-  
stium inimicitia inquirere, & etiam si depofuerit  
confusē de causa scientia eorū iterū interrogare:  
quod potest facere, extra de testi. Per tuas. & ff. de  
quæstionibus. Reperi. Nam quanto magis via de-  
fendendi delato præcluditur, tanto magis incurrit  
bit Inquisitori sollicitudo diligentius inquirendi.

5 Vbi ergo inueniantur duo testes concordēs, &  
legitimi contra quemquam, nec ex hoc uellem eū  
de tanto crimine condemnare, sed purgationem,  
si esset diffamatus, indicere: vel propter vehemen-  
tem suspicionem dictorum, quæ oritur ex dictis  
duorum testiū, abiurare eum facere: vel quæ-  
stionare, seu sententiam differre: nō enim videtur  
tutum ad vocem duorum testiū hominem bonę  
famæ de tanto crimine condemnare: secus si  
fuerit malę famæ.

6 Concordat his Guido Fulcodius, postmodum  
Clemens Papa iij. in q. 15. quæstionū ad Inquisi-  
tores. Et de hoc Archidiaconus plenius in cap. Vt  
officiū. §. verum. in prin. de hæret. lib. 6. super  
ver. testium. & in c. In fidei. in fi. glos. illius. c. Et  
Ioan. And. ibidem. & in c. Excommunicamus ita-  
que, extra, de hære. §. ad iurimus. vbi dicitur, quod  
faciat Episcopus iurate tres vel plures boni testi-  
monij viros de dicenda veritate si sciuerint in pa-  
rochia hæreticos ibi esse.

#### COMMENT. CXX.

Primus omnium, quod ego sciam Guido Fulcodius  
in consultationibus ad Inquisitores hæresis  
prauitatis quæst. 15. cap. 18. asseruit, durum sibi  
videri hominem bonę opinionis & sanę ad voces  
duorum testiū de tanto crimine condemnare. eius  
verba ita habent: Adeoque non crederem tutum  
ad uocem duorum testiū hominem bonę opi-  
nionis damnare, licet: videar cōtra ius dicere quia  
vbi numerus testiū nō exigitur, duo sufficiunt.  
Sed hoc dico, quōd duos vix duos iudico, eo q̄  
urgente necessitate legitimæ defensionis ordo  
truncatur. hæc ille.

Hunc Guidonem penitus sequitur Archidiao-  
nus, in c. vt officii. §. verum quia. de hæret. lib. 6. re-  
lat. supra apud Emericum parte. 2. (nam vt obi-  
ter illud hic dixerim, Archidiaconus interpretatio-  
nes suas ad tit. de hæret. lib. 6. ab hoc Guidone Fulco-  
dio paucis additis transcripsit) eidem sententię sub-  
scripsit Hostiensis in sum. tit. de hæret. §. qualiter.  
vers. vt autem & alij quos paulo post referam.  
Hos sequitur etiam hoc loco Emericus, quorum  
sententia nec inepta fortassis est, nec penitus con-  
temnenda, vt ex sequentibus apparebit.

At posteri iuris interpretes audacter vbiq̄ de  
hoc differentes constituunt duos testes sufficere ad  
quemlibet in hac causa cōdemnandum, hoc videtur qui dicitur  
velle



velle non obscure Ioanes Anar. in c. p. excommunicamus. 1. §. ad iurimus. ubi verum adducit eius. §. intellectu. idem tenet apertius in dicto cap. vt officiu. de heret. lib. 6. & ibidē Gemianus, Fracus, Perustinus & alij: & hanc esse comunem opinionem fatentur Antonius de Butrio, Ioanes de Anania, & Marianus Socinus & alij, in dicto c. excommunicamus. 1. extra de heret. addit Gondissalvus tract. de heret. q. 13. nu. 9. hanc sibi videri veram opinionem. sequitur Carrerius in pract. crim. num. 162. Petrus Godofredus, in l. quicunque. in principio. C. de hereti. Syluester in sum. verbo: heresis. 2. quaest. 4. Simancas de catho. instr. tit. 5. 1. num. 7. & 8. idem ibidem titu. 64. num. 36. Ioannes Roias singulari 165. incipiente: Probationes in causis criminalibus. num. 8. & seq. Aegidius Bossius titu. de heret. num. 4. Iulius Clarus in §. heresis. versi. habet etiam Boerius decisione 342. incipiente: Sed quod testes. Antonius Gomez tom. 3. variar. resolut. c. 12. num. 9. Zabarella in clemen. 1. de hereti. §. verum. q. 1. num. 5. Ambrosius de Vignate, tracta. de heret. q. 13. & multi alij, quos longum esset recensere.

Horum omnium sententia communis est & vera: tum quoniam casus hic de condemnandis hereticis per duos tantum testes non inuenitur exceptus ab illa vulgari & communi regula diuini & humani iuris, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Tu etiam quia non potest videri denegata facultas defensionis ei, cuius causa tam diligenter tractatur, & in qua tam accurate ante condemnationem omnia expenduntur.

Tum postremo, quia nullo iure id apparet esse constitutum, vt recte multi ex praecitatis doctoribus testantur.

Idem tamen admonet, ad hoc vt per duos tantum testes vere probetur heresis, necesse omnino esse, vt illi sint integri, inconfutabiles, & omni exceptione maiores.

Voco autem testes omni exceptione maiores eos, qui repelli non possunt aliqua exceptione. cap. licet. de testibus. Decius consil. 429. Palacius Rubius in dicta allegatione de heresi. §. 13. Albertinus tract. de agnoscen. assert. quaestio. 34. num. 4. & 5. & ceteri vno ore.

Quamuis autem haec vera sint, non propterea continenda est EymERICI sententia, is enim non dicit, nec alij quos sequitur, absolute non sufficere duos testes in hoc crimine; sed durum videri hominem bonae opinionis & famae ad voces duorum condemnare, cum ei ordo legitima defensionis denegetur non publicatis testium nominibus. quare eius sententiam illustres etiam Doctores sunt secuti. Albertinus tracta. de agnoscen. assertio. quaestio. 34. nu. 3. idē videtur velle Conradus Brunus lib. 4. de hereti. cap. 9. & S. Antonius 3. parte tit. 18. cap. 2. §. 5. & Tabiellus in sum. verbo. Inquisitor §. 37. & postremo Ioannes Roias tracta. de heret. assertio. 4. nu. 103. aperissime scribit contra id quod senserat prius in singulari. 165. incipiente: Probationes in causis criminalibus afferens se non audere in tam graui crimine, in quo trūcata est & diminuta reorum defensio; duobus tantum testibus etiam legitimis quemquam condemnare; & per omnia sequitur sententiam Hostien-

A sis, quam profitetur EymERICUS hoc loco:

Huic sententia eo libentius putaret quis subscribendum fore, quod tutior apparet & securior: & sane tutissimum est, vt si homo videatur spectat & virtutis & probitatis, non eodemnietur ad voces duorum testium nisi alia adsint adminicula & indicia; tunc enim condemnari poterit, hoc ipsum dicendum est de homine mala fama, qui duobus testibus legitimis conuictus poterit damnari.

Postremo, vt vno verbo dicam, in hac re fortassis non esset absurdum dicere, arbitrio Episcopi & Inquisitoris esse relinquendum, quando duo sufficiant testes integri ad condemnandum, quando vero non.

B quod facile intelligitur spectata tum delinquentis tum testium qualitate.

Hoc tamen non possumus diffiteri, liberum esse indicibus fidei, & ob communem sententiam, & ob iura, duos solum testes idoneos in quauis causa postulantis, & ob communem etiam usum sacri tribus Inquisitionis ad voces duorum testium idoneorum reos huius criminis condemnare. EymERICI sententia valde benigna est, & secuta, quae tunc potissimum non esset contemnenda, quando reus insignis probitatis communiter haberetur, & integra fama, & incorrupta vita: tunc enim non esset incongruum, aut differre supplicium donec forte alia accederent conditione, & probationes; aut mitius punire: et haec et ratione videntur locuti huius opinionis assertores.

Duobus testibus idoneis si quis conuictur, libere dampnari potest.

Q V A E S T I O LXXII.

An ex pluribus testibus singularibus sit aliquis condemnandus.

S V M M A R I V M.

- 1 Nemo ex testibus singularibus etiam cum infamia de heresi est condemnandus.
- 2 Abiuratio autem & purgatio canonica iudici poterit tali.
- 3 Cardinalis Albanen. in hoc casu sententia.
- 4 Facultas Inquisitoribus data circa statuta legatorum sedis Apostolicae.

**S**eptuagesima secunda quaestio est: Vtrum inquisitor per testes singulares solum, vel saltem cum infamia possit iuste de heresi aliquem condemnare?

1 Respondemus quod non; nec per testes singulares solum, nec etiam cum infamia extra de testi. Tā litteris praesertim cum in criminibus probationes debeant esse luce clariores. C. de proba. l. Sciant cuncti. & in hoc crimine nemo sit ex praesumptione damnandus. de praesump. Litteras.

2 Ergo sibi indicatur purgatio ratione infamiae in hoc casu: & abiuratio ratione suspicionis uehementis, quae confurgit ex dictis testium. His concordat Guido Fulcodius praedictus in l. 4. q. de illis 15. quas fecit ad Inquisitores. & Archid. in c. Vt officium, in §. uerum. super uerf. testium.

Inquisitorum  
diligentia  
plecit  
de heresi  
&c



3 Est uerum quod in litteris Cardinalis Albanensis sedis Apostolicae delegati ad Inquisitores, de hoc habetur ita: Cum nuper dominus Papa: & infra: Quando uero testes singulares sunt in delictis, tamen concordant in substantia rei, seu in effectu, relinquunt Inquisitoris arbitrio, ut sicut ei secundum Deum uidebitur, sic procedat: maxime si fama constat, & idoneitas & fides deponendum contra eum, contra quem fuerit inquitendum. haec ibi.

Relat. supra. pag. 129.

4 De consultationibus uero & consilijs legatorum sedis Apostolicae in litteris Clementis, Alexandri, & Urbani Quarti, Prae cunctis praemissis multis priuilegijs dicitur sic: Et obseruari omnia statuta tam per sedem Apostolicam, quam in concilijs legatorum eiusdem sedis prouide edita, quae negotium catholicae fidei tangere dignoscuntur, sicut promotioni negotij, & augmentationi fidei fuerit opportunum. Sequitur infra illa clausula generalis, Plena sit uobis & singulis uestrum praesentium tenore facultas.

COMMENT. CXXI.

Ex hac questione tria potissimum colliguntur axiomata.

Primum est: Per testes singulares nemo est condemnandus.

Secundum est: Neque etiam si infamia cum teste singulari adiungatur.

Postremum est: Cum testes singulares sunt in delictis, conueniunt tamen in substantia rei, seu in effectu, arbitrio inquisitoris relinquuntur, ut sicut ei uidebitur, procedat.

Haec questio partim est facilis, partim uero difficilis, ac ualde conuersa. facilius est quam attinet ad priora axiomata: longe uero difficilis, ob tertium delictum. ceterum ne quid parum explicatum reliquisset uideamur, singula lumine interpretationis illustrabimus.

Quatuplex sit singularitas.

Sed quod apertius cuncta intelligantur, obseruandum est multiplicem esse singularitatem. quaedam est obstatiua, alia cumulatua seu aduinculatiua, tertia diuersificatiua. ita Baldus singulariter & uere in c. licet causam, nu. 11. de probatio. & in l. testi. C. de testibus. num. 9. et 14. sed copiosius & caeteris apertius Aymon Crauetta in tract. de antiquitate temporis, par. 4. nu. 157. cum multis sequentibus. & Albertinus in cap. quoniam, de haeret. lib. 6. q. 16. nu. 38. cum multis sequen. quo loco recenset plures alias singularitatis species, quas libens omitto.

Obstatiua est, quando ex delictis testium nascitur repugnantia aut contrarietas, ut cum unus ait, alter uero negat.

Quo casu dictum unius, alterius dictum aut debilitat aut infringit, aut non probant.

Cumulatiua est, cum dictum unius coadiuuat dictum alterius, ut cum unus deponit de facto, alter de fama; seu unus de uisu, alter de auditu & hac, ut probat Crauetta praecitato loco, semiplenam facit probationem.

Ultima est diuersificatiua, ex qua nascitur diuersitas rei in substantia, ut cum unus testis dicit uno loco & tempore quid factum, alius uero alio loco & tempore; quo casu dictum unius non infringit dictum alterius immo coadiuuat & corroborat.

His ita constitutis, primum & secundum Emerici

A axioma uerum & communi uoto receptum est, eiusque doctrina procedit non modo quando testes sunt singulares singularitate obstatiua, quia tunc nulla esset difficultas: sed etiam cum sunt singulares. singularitate cumulatua, ut ipsemet auctor tradit in 2. axioma.

Haec uero axiomata tradidit iam olim ante Emericum in hac causa Guido Fulcodius, quem hic refert auctor. nu. 2. in consultationibus ad inquisitores. q. 14. in hac uerba: An autem per testes singulares, & famam, possit aliquis in hoc crimine condemnari, per uerum quartum non oportet: constat enim quod non, ut extra de testibus tam litteris praesertim cum in criminalibus probationes esse debeant luce clariores. C. de probatio. l. scient. & in hoc crimine nemo sit ex praesumptione damnandus: indicetur ergo purgatio, ut ostensum est supra. haec uero Guido.

Eandem hanc sententiam profiteretur Ioannes And. in c. ut officium in principio. vers. certum est autem. de haeret. lib. 6. & Archidiaconus in c. ut officium. §. uerum quia. de haeret. lib. 6. Baldus in l. ob carnem. §. si. ff. de testibus. Zabarella in clem. 1. §. uerum de haeret. Conradus Brunus lib. 4. de haeret. cap. 9. Palatinus Rubius in allegatione de haeresi §. 12. Repertorium inquisitorum uerbo, testis. §. an in causa haeresis. Albertinus tract. de agnos. assert. q. 34. num. 9. Julius Clarus in pract. crimin. §. q. 53. vers. dixi etiam. Simancas de catho. instit. tit. 3. idem eodem tract. tit. 64. nu. 61. et sequens. Boerius decisione 342. incip. Sed qui testes. Marsilius cons. 109. incip. Audito & intellecto. Parisius cons. 2. incipien. Et si esse iudicium. lib. 4. Denique ut numerosam aliorum eadem omittam, idem tradit S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 2. & Sorus lib. 5. de iustitia & iure q. 7. ar. 2.

Testis uero singularis (ut obiter hoc dictum) proprie & uere is uocatur, qui solus est, nec alii sibi habet in depositione per omnia contestem & concordem, ut optime scribit practica Papiensis in forma opposita contra testes. vers. suntque etiam singulares. nu. 1.

Ratio autem cur uni testi singulari non credatur, seu in hoc seu in alio quolibet crimine, pulchra traditur a Sorio praecitato loco: Nam cum reus, inquit, sit uita, & honorum possessor, & melior sit conditio possidentis unius auctoris: suffragatio non putatur sufficiens ad pellendum ipsum de sua possessione.

Alij hanc rationem adducunt: Si in alijs criminibus testes singulares non probant, multo minus in hoc probabunt, cum eo uerbiores probationes desiderentur. Si quis ergo unum solum testem singularem habeat contra se, propter delictum eius non condemnabitur, sed torquetur, si testis ille fuerit omni exceptione maior, ut supra monuimus super q. 61. et si nihil

construatur, ubi sufficit: ex fuerit tortus, absoluetur.

Quod si cum teste singulari adsit fama de crimine, quauis legitime sit probata, non propterea condemnabitur reus, ita ferme omnes praecitati, quod tradit Emericus in secundo axioma, cuius ratio haec esse potest: quoniam in criminalibus, ex pluribus imperfectis probationibus non confurgit una integra & perfecta probatio, ut colligitur ex glossa in c. reuolens. in uerbo, illorum & ex notatis ibidem per Antonium de Butrio, & alios extra de testibus. adde Marsilium in Rubrica. C. de probatio. & Iulium Clarum in pract. crimin. q. 63. vers. tu scis.

Haec



Hec tamen conclusio, quae & vera & communis est. ut docet Palacius Rubius in dicta allegatione de haeresi. §. 12. vera est quo ad penam ordinariam imponendam, non autem quoad purgationem indicendam, vel aliam penitentiam iniungendam. Idem tradit Emericus hic, nume. 2. & Repertorium Inquisitorum verbo, testes, §. an in causa haeresis, si quis ergo contra se unum bonum testem habeat, & infamia etiam notetur de eodem illo crimine, arbitrio Inquisitoris plerendum est.

His ita positis, ad postremum axioma accedendum nobis est, in quo versatur ingens difficultas, & pena inextricabilis controuersia, quae fortassis egeret Pontificia declaratione.

Quantum ergo ad id axioma attinet, bifariam potissimum potest quis contra se habere plures testes singulares: Primo, cum duo vel plures deponunt de diuersis haeresibus, item diuersis locis atque temporibus; ut cum, verbi gratia, vnus dicit se audiuisse Lutherum negantem Purgatorium mense Maio: alius uero dicit se audiuisse eundem Lutherum negantem potestatem summi Pontificis mense Aprilis.

Secundo, potest quis habere aduersus se duos vel plures testes singulares de eadem seu eisdem haeresibus deponentes; discordant tamen in loco & tempore: ut si duo vel plures testes oī exceptione maiores ita se habeant, ut vnus, verbi gratia, dicat se audiuisse Bucerum nudius tertius in platea dixisse, summum Pontificem non esse caput Ecclesiae: alius uero dicat, se nudius quartus in scholis audiuisse Bucerum asserentem Papam item non esse caput Ecclesiae.

Prima difficultas nunc est diluenda: altera paulo post tractabitur: illud tamen ingenue dicam, à plerisque de nostris ita hac confusè tractari, ut vix percipias, quid sibi velint, aut in quo articulo versentur: à nobis, nisi fallor, apertius & ordinatius explicabuntur, ne quid in hac grauissima lite parum declaratum relinquatur.

Ergo quantum ad primam difficultatem attinet, multorum sententia est, ad probandum aliquid in genere sufficere quidem testes singulares, ut verbi gratia, in exemplo posito, si agatur in genere de probando, an Bucerus sit haeticus, satis est si per testes singulares de diuersis haeresibus, & diuersis locis atque temporibus prolatis conuincatur: tunc enim probatum erit in genere Bucerum haeticum esse. Ita Iacob. Butrigarius in l. Arriani. & Salycetus in l. quicumque. C. de haer. Baldus in l. actor. C. de probatio. Ioannes Anania in c. 1. de haer. nu. 7. vers. ult. scias. Alexander consil. 141. incip. Ponderatus lib. 1. idem consil. 92. incip. Vilo & oportune discussio, lib. 5. Calcaeus consil. 19. incip. Ad primum videtur dicendum. & alij quos refert Iulius Clarus in practica crimina. quaest. 53. vers. dixi etiam. & Philippus Portius lib. 1. com. opinio. regu. 34. vers. sic. septimo inferitur Zanchinus tract. de haer. c. 13. nu. 6. Aym. Craueta consil. 78. lib. 1. & Bernardus in lucerna verbo, testes. §. 19. vers. sic. tres testes. Camppegius apud Zanchinum, c. 13. verbo, singulares, & Locatus in opere iudiciali verbo, testis. nu. 19. & alij multi, quos libenter omitto.

Quod autem testes singulares eo modo quo dictum est, probent aliquid plene in genere, tradunt multi

A insignes iurisperiti, quos refert (ut breuius agam) Philippus Portius lib. 1. communium opinionum regula 34. vers. contrariam opinionem, eamque statetur communem Antoniu. Gomez to. 3. varia. res. fol. c. 12. nu. 12. & Albertinus in c. quoniam, de haer. lib. 6. nu. 51. & 52. ubi affirmat hanc forsitan opinionem obseruandam fore in praaxi, tamen si securius esset, & tutius si super hoc haeret constitutio. Potissima autem ratio, qua nititur praefata sententia est: quoniam haereses inuicem sunt colligatae, & ad vnum finem tendunt, & in uno erroris termino voluntantur. cap. excommunicamus, 1. & 2. de haer.

Ceterum, ommissa horum insignium virorum opinione in hac causa (nam in alijs quid sit statuendum, cum non sit instituti nostri, minime curio) dicendum est; testibus singularibus praedicto modo neminem probari haeticum in genere. Primum enim vix intelligi potest, quid sit, hominem aliquem haeticum esse in genere: nam & ratio & modus ipse loquendi oppugnat hanc ipsam eorum sententiam. genus enim quid confusum est, incertum, & commune, & ubi quid in genere probaueris, nullum adhuc certum indiuiduum demonstrasti. itaque conuincere aliquem esse haeticum in genere aut nihil est, aut ridicula planè est loquendi ratio.

Rursus, nemo de haesi potest condemnari, nisi duobus legitimis testibus sit conuictus: at qui de pluribus differentibus articulis per testes singulares conuincitur de nulla haesi plene conuincitur.

Praeterea, in hoc crimine vberiores, & clariiores probationes ob eius atrocitatem desiderantur, cum sit ordo defensionis quasi imperfectus, & truncatus: sit ergo ut nullo modo talis probatio in genere ad penam criminis ordinariam imponendam sit admittenda.

Postremo, quemadmodum testibus singularibus, praedicto modo nullus probatur in genere adulter, fur, raptor, homicida, incendiarius, & similis: ita nec probabitur haeticus, & haec sententia uera est, & vsu recepta, quam profitentur insignes et inuisperiti. Salyc. plene in l. testium n. 16. C. de testibus, quem sequitur Conradus Brunus lib. 4. de haer. c. 9. & Simancas de catho. inst. tit. 64. nu. 69. & seq. & Ioannes Royas tract. de haer. par. 2. asser. 6. nu. 142. & seq. quibus est omnino subscribendum: quia haec sententia verior est, & tutior, & firmiter rationibus munita, neque Emericus in hac tertia assertionem loquitur iudicio nostro de hac facti specie, sed de alia, quam mox explicabimus.

Pulchra quidem sunt in hanc nostram sententiam Alexandri Imolensis verba consil. 104. incipien. In causa & lite, quae ideo referre placet: quoniam aperitam lucem huic difficultati, de qua agimus, afferunt. ait ergo ita: Vbi tractatur de probando aliquos actus ex quibus resultat multiplicatio alicuius rei, non sufficiunt testes singulares: unde si volo probare talem religiosum fecisse miracula, & per vnum testem proba quod sanauit vnum claudum, & per alium testem proba quod illuminauit caecum, testes isti non probant, ut no. Archidiaconus in ca. nec mirum. 26. q. 5. & Vincentius in c. Venerabili. de testib. & Antonius de Butrio, in cap. cum oporteat. de accusatio. ubi ex hoc inferunt, quod si uolo probare Titum esse haeticum, & vnus

Testibus singularibus nemo proquar haeticus in genere.

Sententia Imole de no probado haeticus in genere.



& unus testis deponit quod Titius dixit, quod Christus non venit in Virginem: alius dicit, quod persona Trinitatis non sunt aequales, certe non probant; quia sunt singulares. licet secundum eum Iaco. de Butrig. dicat eorundem in l. Ariani. C. de haeret. haetenus Alexander, qui fideliter retulit sententiam Antonij de Butrio in dicto cap. cum oporteat, de accusat. q. 9.

Et rationem pulchram videtur assignare Salycetus in l. testium C. de testibus. num. 16. ubi eandem profertur sententiam in haec verba: Secundo casu quando uarietas loci inducit uarietatem facti circa modum cognoscendi, & sic circa cognitionem testium ut hoc exemplo: Ego uolo probare Titium esse haereticum, & ad huius probationem unus testis dicit, quod audiuit ipsum dicentem in tali loco, puta in platea ipsum dixisse, & affirmasse, quod Iesus Christus non fuit filius Dei: alter dicit quod audiuit ipsum dicentem in alio certo loco, quod Spiritus Sanctus non procedit à Filio; & isto casu reperio uarias opiniones; nam quidam dicunt, quod probant, quia ambo in haeresi concordant, licet in specie haeresis non sint contestes: alij dicunt quod non probant, quia debent esse contestes nedum in genere, sed etiam in specie haeresis, alijs dicuntur singulares ut in cap. cum dilecti. de elect. & ideo non probant, ut 3. q. 9. nihilominus, Ego teneo hanc secundam, ubi certa species haeresis fuit deducta in libello: sed ubi haeresis in genere deducta fuisset, licet de iure libellus admitti non debuit, secundum notata in l. libellorum. ff. de accusat. forte prima opinio procedit, forte ideo dixi, quia uidetur quod nec tunc testes probent plene, sed semiplene: quod sic probat: Nulla species haeresis est plene probata, ergo ex probatione super ea facta non potest inferri, seu dici, uel affirmari, quod Titius sic dixit, sed bene potest opinari per iudicem, quod ita fuerit, ut ille testis dixit. ff. de iur. i. §. eiusdem, in fine. ibi: aut parum tibi probatum opinaris. Ex eo ergo quod non potest uerum esse in tali specie, non potest dici uerum esse in suo genere. Sed ex nulla illarum probationum in aliqua specie potest dici sic esse, uel accusatum uel inquisitum hoc dixisse: ergo nec haeresim probatam esse. quod demonstro aliter: pone quod Titius accusatur à Caio specificè de tali specie haeresis, & quilibet probat per unum testem tantum, an dicentur isti probasse? certe non, sic nec in proposito. Dico igitur non plene, sed semiplene tantum probatum esse, & omnes isti habentur loco vnus, nisi dicatur quod in crimine haeresis non requiratur tanta subtilitas probationis. haetenus Salyc. Atque ex his remanet declarata prima difficultas.

An pertinet locus & tempore diuersos, plene probetur eadem haeresis, ardua questio.

Subsequitur nunc difficultas altera diluenda, quae maximi est momenti in hac causa, An uidelicet, is plene conuincatur de haeresi, qui duos aut plures habet testes legitimos, & omni exceptione maioribus de eodem aut eisdem erroribus deponentes, ut praediximus, loco tamē & tempore diuersos. Et Albertinus tract. de agnoscent. assertio. q. 34. nu. 12. & Conradus Brunus lib. 4. de haeret. cap. 9. non procul a fine, & Simancas de cath. instit. titu.

64. n. 75. & 76. secuti Salycetum in l. testium C. de testibus. nu. 16. asserunt, haeresim plene & perfectè remanere probatam, si quis, uerbi gratia, conuincatur Bononia dixisse; Papam non esse caput militantis Ecclesiae, & Roma per alium testem, item dixisse; Papam non esse caput militantis Ecclesiae, & Salyceti uerba, ita habent. Secus si ambo deponunt de eadem specie haeresis, licet unus dicat se audiuisse in uno loco, alter in alio; quia tunc uidetur dicendum, quod species illa sit plene probata: quia isto casu locus non plurificat haeresim sapientius firmatam, & recensitam, & continuatam haetenus Salyc.

His addit Simancas praecitato loco rationes alias fortassis non vulgares: tum quia diuersitas testium in alijs quam in substantia, non abrogat fidem eorum: tum quoniam perinde fecit haereticus, qui varijs locis, & temporibus eandem haeresim repetit ac fur, qui id quod rapuit, & furatus est singulis testibus ostendit, uarijs temporibus, & locis; postremo quia absurdum esset, ut seductor quisquam singulos homines totius populi seorsum doceret suas haereses, & tamen uniuersorum testimonij conuincere non possit: quod nemo sanus probabit. hęc Simancas, citatque Diuum Thomam 2. 2. q. 70. ar. 1. & Bartolum. atque hoc ipsum uidetur uelle Emericus hoc loco num. 3. ibi: tamen concordant in substantia rei, seu in effectu.

Horum potissimum fundamentum est, locus & tempus externa esse, nec plurificare, aut uariare substantiam facti, seu in casu nostro, haeresim sapientius dictam & continuatam: de quo quid sentiam, mox explicabo.

Primum tamen hoc monebo, Beatum Thomam non sentire pro Simanca, que in ille in suam citat opinionem. nam uerba Diui Thomae 2. 2. q. 70. ar. 2. ad 2. argumentum, in multis nostris exemplaribus ita habent: Ad secundum diceandum, quod discordia testium in aliquibus principalibus circumstantiis, quae uariant substantiam facti (puta in tempore, uel in loco, uel in personis de quibus principaliter agitur) aufert efficaciam testimonij: quia si discordant in talibus, uidentur singulares esse in suis testimonij, & de diuersis loqui: puta si unus dicat, hoc factum esse tali tempore uel loco, alius alio tempore uel loco, non uidentur de eodem facto loqui. haec Beatus Thomas. cum quo sentit ibidem Caietanus, & Dominicus Soto in libro 5. de iustitia & iure. quaest. 7. art. 2. ad primum argumentum.

Omissa igitur hac opinione cum D. Thoma, Caietano, & Soto praecitatis locis intrepide asserendum, hos testes loco, et tempore discordes, quantum de eadem haeresi seu haeresibus deponant, singulares esse, ideoque non plene probare: neque ex talium dictis ad probationem criminis ordinariam imponendam ullo modo esse accedendum. Primum. n. nullus dubitabit, quia in hos testes cadat singularitas diuersificatua, ut plene probat Cranetta in tract. de antiquitate reuolutoris, par. 4. nu. 157. nam ex quo diuersi sunt in loco, & tempore, uidentur omnino loqui de actibus diuersis: diuersitas autem temporis, diuersitate factorum seu actuum inducit; & per consequens reddunt testes singulares. ita Antonius de Butrio, & com-

Opinio Salyceti, & aliorum.

B. Thomae sententia.

Testes loco & tempore discordes, non probant eandem haeresim.

muniter



muniter Doctores in e. cum causam. de testib. Cynus in l. testium q. 6. & ibidē Baldus. C. de testib. Archidiaconus in cap. nihilominus. 3. q. 9. Abbas consil. 98. incipiente. In questione quæ vertitur. lib. 2. Baldus consil. 39 incipiente: Proponitur quod celebratus. lib. 3. idem consil. 459. incipiente: Vsa dicta petitione. versic. 1. quia testes. lib. 4. Ancharanus consil. 64. incipiente. In causa quæ vertitur. idem consil. 147. incipiente: Super alia querela. Paulus Castrensis consil. 137. incipiente: In causa quæ vertitur Pergami. in fine. & consil. 151. incipiente: In causa quæ vertitur coram domino Vicario. in fine. lib. 2. Iason consil. 131. lib. 1. & alij prope infiniti. quos libenter omitto.

Sed omiffis ceteris, hanc sententiā videtur apertissime probare textus in dicto c. nihilominus. 3. q. 9. vbi de hac fere re differens Leo Papa ita sancit: Nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit. hęc ibi. & facit textus in cap. de parentela. el secundo. 35. q. 6. & nominatim in causa, de qua agimus, hanc sententiā profertur Palacius Rubius in allegatione in materia heresis. §. 12. incipiente. Restat modo.

Ex his ergo omnibus consequitur periculosum esse ad voces talium testium singularium quempiam condemnare; & Susanna exemplum Danielis cap. 13. satis etiam ostendit singulares esse censendos: nec propterea plenam fidem eis esse adhibendam, ita etiam ante nos agnouit Ioann. Royas tracta. de heret. assertione 6. nu. 145.

Quia vero ex dictis talium testium probatorum quidem & idoneorum magna & vrgentia nascuntur indicia aduersus illum, qui vnā & eandem, aut plures & easdem hereses diuersis locis & temporibus dicitur repetiisse, torquendus erit: quod si nihil fateatur (quia hoc casu non videtur sufficere superasse indicia in tortura, eaque diluiffe, seu, ut melius loquar, purgasse) non crederem iniquum vt abiurare quoque compellatur de vehementi, eique alię salutares penitentię iniungantur: at nullo modo tanquam negatiuus tradendus est curię seculari: neque ab hac sententiā puto ullo modo recedendum. Emericus autem hoc loco non scribit contrarium: nam de altera facti specie, quam mox subiungam, mihi loqui videtur.

Et quæ hæcenus diximus in hac difficultate verissima & certissima esse credimus, cū duo tantū ad sunt testes singulares, qui de eadem, aut eisdē heresibus, diuersis locis atq; temporibus auditis, testificantur, si autem plures quàm duo testificentur, grauior fortassis est difficultas, in qua mortoriū sententiā est, quod cum testes singulares ad eundem finem tendunt, & plures sunt, & fide digni ita ut iudicem adducant ad indubitatam fidem, nõ debet index curare de illa singularitate, sed ex eorum dictis poterit iudicare, & pœnā ordinariā imponere. ita in casu nostro tenet Simancas de cath. inst. ti. 64. nu. 77. quod ipsi in insignes iureconsulti profitentur. Caccialupus in repetitione l. admonendi. ff. de iureiurando. colum. 39. vers. patet igitur tibi studioso. Fraciscus Brunus tract. de indicij & tortura. p. 1. quaestio 2. nu. 6. Socinus consil. 262. lib. 2. Hippolytus

Marsilius singulari 114. incipiente. Vulgatum & tritum est. Idem in l. 1. §. ad questionem. ff. de questio. & Andreas Tiraquellus tract. de panis temperandis aut remittendis, causa 51. nu. 106. & omnes in hoc dicto præcipue sequuntur Paulum Castrensem in dicta l. admonendi. ff. de iureiurando. & in l. Lucius. ff. de his qui notantur infam. in recollectis Florentinis: quamuis in his locis in nostris codicibus non inueniamus hæc dixisse Paulum, quod etiam testatur Tiraquellus loco præcitato.

Ceterum, huic opinioni multum fauet illa ratio, quam ex Simanca adduximus paulo antea. §. his addit. quia absurdum videtur, vt seductor quispiā singulos homines totius populi seorsum doceat suas hereses, tamen vniuersorum testimonijs conuinci non possit. in eandem sententiā confert plurimum illustris decisio Guidonis Papæ 544. incipiente. Quidam elegit. vbi per tres, vel quatuor testes singulares plene probari iurisdictionem scripsit. Postremo, satis videtur rationi consonum, vt iudex possit tuto condemnare eum, quem videt per plures testes graues, nobiles, probatos, spectare virtutis & probitatis conuinci, quamuis illi sint singulares; quia non est verisimile, tot homines iniquo animo conuenire aduersus aliquem.

His fortassis & alijs huiusmodi rationibus alij cui videri posset satis iusta & æqua hæc opinio: uerum tamen è diuerso clamant sequentia, quibus demonstratur neque hoc casu ad condemnationem esse deneniendum, hoc est, ad pœnā criminis ordinariā imponendam.

Primum, quia ex pluribus diuersis nunquam consurgit vnum integrale. l. sancimus. §. si quis autem. C. de donatio. l. vsura. C. de vsuris. & plura imperfecta non faciunt vnum perfectum. l. vnica. C. qui ma. tutela se excus.

Rursus, probationes in sua specie imperfectæ in criminalibus ad plenam probationem non coniunguntur. glossa singularis in verbo, illorum, in cap. veniens. el primero. de testibus. Bartolus in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. Albertinus tracta. de agnoscent. assertionibus questio. 25. nume. 21. & alij. & hanc fatetur esse communem opinionem Simancas in enchiridio violata religionis. tit. 34. nume. 3. & Ioannes Royas tracta. de heret. par. 2. assertio. 6. nume. 147.

Ad hæc, in concilio Biterrēsi c. 11. ita scriptū est: Ad nullius uero condemnationem procedatis sine confessione propria, nel probationibus dilucidis, & apertis: satius enim est relinquere facinus impunitum, quàm innocentem damnare, hæc ibi.

Idem paulo post sancit concilium Narbonense c. 23. in hæc verba. Ad nullius uero condemnationem sine lucidis & apertis probationibus, vel confessione propria procedatis: satius enim est facinus impunitum relinquere; quàm innocentem condemnare. hæc ibi.

Confert singulare illud & obseruatione dignissimū dictum Guidonis Fulcodij in cōsulationibus ad Inquisitores. q. 15. c. 17. vbi de proposita facti specie loquens ait: Et nisi testes plene, & plane in omnibus cōcordauerint, melius est vobis purgationem indicere, vel differre sententiā, quàm damnate,

Qui plurib. testib. singularib. quam duobus, conuincitur, an plectendus ordinariæ

Opinio Salu. cen. & aliorum.

B. Titm. & aliorum.

Telles. & aliorum.

de contentis.

de probat. & aliorum.

de heret. & aliorum.



nare. hac illa. Manifestum est autem testium singu-  
larium dicta, secundum regulas iuris non posse di-  
ci dilucidis, claras, integras, et aptas probationes.

Huc spectat. c. 1. 2. q. 1. cuius verba sunt: Nos, in  
quemquam sententiam ferre non possumus, nisi  
aut conuictum, aut sponte confessum. Conuictus  
autem dici non potest, qui non habet testes idoneos ad  
uersus se, & per omnia contestes, & conformes.

Præterea, quamuis in alijs delictis superior sen-  
tentiæ locum habere possit, de quo non sum ualde sollici-  
tus: at in crimine heresis aliud prorsus videtur  
sententiendum: nã cum in eo nomina testium reis non pu-  
blicetur, nec videatur per omnia concedi plenissi-  
mus defensionis ordo & facultas, semper timendū  
est ne innocens iniuste damnetur. & quamuis quili-  
bet testis singularis probitatis sit: ignotū tamē est  
iudici quid illi à reo posset obijci: et fortassis si reus  
eum nosset, iustum quid posset ei obijcere, propter  
quod dictū eius aut repelleretur, aut debilitaretur.

Denique hanc sententiam sequuntur viri infi-  
gnes, Caietanus, apud Beatum Thomā. 2. 2. q. 70. ar.  
2. Dominicus Sotus lib. 5. de iust. & iure. q. 7. ar. 2.  
ad primum argumentum. ubi asserunt, quod tametsi  
inter religiosos, aut iam sunt mortui mundo, ob di-  
cta plurium testium singularium, facinorosi possint  
condemnari propter animæ salutem & fauorem re-  
guiaris obseruantia: in dictis tamen exterioribus,  
ubi ad grauiora supplicia proceditur, id locum non  
habet. idem voluit Ioannes Royas tract. de heret.  
par. 2. assertionem 6. nu. 146. & seq.

Quis ordo  
seruandus cō-  
tra eum qui  
plur. b. testi-  
bus singula-  
ribus conui-  
citur.

Atque ut in hac quoque causa meā sententiā dicā,  
si alicuius auctoritatis futura est apud viros do-  
ctos, credere in hoc casu sequentia posse obseruari.

Quoties quis pluribus testibus singularibus, &  
idoneis vrgetur predicto modo, nec vult fateri, ex  
peccandum est per aliquod spatium temporis, & in-  
quirendum, an inueniri possint testes per omnia  
concordes & contestes, sed prius torquendus est,  
ut si fieri potest, ab ore eius veritas habeatur.  
quod si nihil confiteatur, quia hoc casu non potest  
videri purgasse indicia per torturam, cum sint mul-  
ta, & vrgentiissima ac vehementissima contra eum,  
ad abiurationem saltem de vehementi, aut canoni-  
cam purgationem subeundam iustissime compelle-  
tur: in quo casu locum habere poterit opinio Squil-  
lacenensis, tracta. de fide cath. c. 13. & aliorum, quos  
refutauit supra parte 2. super c. inter sollicitudines.  
de purgatione cano. §. Atque ex hac, inde vero spe-  
ctata personæ qualitate, vel ad trivemes, vel ad de-  
trusionem in aliquod monasterium, per aliquod  
tempus poterit condemnari: at nunquam consule-  
rem, nec crederem iuste fieri posse, ut velut nega-  
rinus & impenitens propter tot testium singula-  
rium dicta curiæ seculari relinquatur.

Hæc mea sententiæ est, quam tamen libenter sup-  
pono correctioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ, aut vi-  
rorum doctiorum, qui meliora docuerint.

Postremo illud hoc loco opportune queritur, an  
si duo uel plures per unū foramē (per quod simul  
videre non poterant, sed ratum vnus post alterum)  
viderunt quempiam committentem aliquod factū  
hereticale siue apostaticum, verbigratia frangen-  
tem imagines, aut se more Mahometano lauantem

A & inclinantem, aut figuram Crucifixi flagellantē,  
& similia, an in quā huiusmodi homines successine  
videntes tale quid, & de eo testificante, sint censen-  
di testes singulares, an vero contestes. & propte-  
rea plene probantes?

Et breuiter respondetur, non esse testes singulares,  
sed contestes, & plene probantes, cum intra breuissi-  
mum temporis spatium idem delictum cōtinuatum  
viderint, ac propterea de vno. & eodem actu nume-  
ro testificentur: neque enim hic præsumitur plurali-  
tas actuum, nec temporis diuersitas, sed potius vnus  
numero actus, & vna temporis coniunctio. ita scri-  
bunt communiter insignes & antiqui Iuriscōsulti.  
B Iacobus Butrigarius, Iacobus de Arena, Cynus, Sa-  
lycerus, Baldus, & alij, in l. testium. C. de testibus,  
cum docent predicto modo probari posse adule-  
rium, glossa in cap. nihilominus. in verbo, simul. 3.  
quæstio. 9. & Antonius de Butrio in cap. cum oportet.  
de accusat. quæstio. 9. num. 20. Gemianus in di-  
cto cap. nihilominus. 3. quæstio. 9. & alij, qui hoc  
communiter sequuntur.

Nec obstat si dicatur, predictos testes censendos  
fore singulares ex diuersitate temporis, quia dum  
vnus vidit, alius non vidit quoniam responderet,  
quod ex quò viderunt eundem actum, & inconti-  
nenti vnus post alium, simul vidisse dicuntur, nec  
singulares sunt. ita præ cæteris docent Iacobus de  
C Arena & Cynus in dicta l. testium. C. de testibus. nu.  
5. vers. Sed è contra videtur. & eodem modo possu-  
mus ad alia respondere, si quæ fortassis obijciantur.

Atque ex his, nisi fallor, plenissime est declaratum  
quidquid spectat in hoc crimine ad materiam  
testium singularium; in quo tæo fortassis iusto lon-  
gior fui, quoniam operę pretium me facturum pu-  
tavi, si quanta fieri posset distinctionis luce & cla-  
ritate, hæc traderem, quæ a multis ex nostris for-  
tassis obscurissime docentur; idque feci libentius,  
ut Inquisitoribus valde in causis fidei occupatis sa-  
tis facerem: eosque liberarem à molestia enolucen-  
dorum ac legendorum tot interpretum varijs locis  
hæc tradentium, nunc ad cetera pergamus.

D a. ¶ Est vetum quoddam in litteris Cardinalis Alba-  
nensis, &c. ] Extat in uetusto illo codice membra  
naceo bibliothecæ Vaticanæ creberrima mentio cu-  
iusdam domini Albanen. Apostolica sedis Legati,  
quem coniectura assequimur, quo tempore Pau-  
peres de Lugduno seu Albigenes, aliique heretici  
parces Galliæ, & Lombardiæ infestabāt, Legatum  
sedis Apostolicæ fuisse constitutum, multasque cō-  
stitutiones ex Papæ commissione edidisse tum de  
penis hereticorum, tum etiam de ordine proceden-  
di aduersus eos quibus Inquisitores priuati ad  
dirimendas fidei causas & controuersias feliciter  
E & vtiliter vterentur: ac in uetusto quidem illo co-  
dice Vaticano huius Legati, huius fortassis hic me-  
minit Eymericus, quædam ordinationes breuissimè  
reperiantur, in quibus tamen non legitur hoc frag-  
mentum, quod citat hoc loco auctor.

Cæterum cum anno Domini MDLXXX. In-  
quisitor Florentinus Romam venisset, secum detu-  
lit vetustissimum codicem membranæum manuscrip-  
tum, in quo continebantur quæ ad sanctum offi-  
cium spectabant, in eo codice quem nobis exhiberi  
iussit



iusse illuſtriſſimus dominus Iacobus Sabellus Cardinalis Generalis Inquiſitor in uniuersa Republica Christiana) hæ ipſe cõſtitutiones, quarũ hic meminit EymERICUS, legebantur directæ Inquiſitoribus Lõbardia. Ea vero cõſtitutio, qua de teſtibus agit, quã aſſert, hoc loco auctõr, in prædicto codice ita habet. Quando uero teſtes uel diffamatores, ſingulares ſunt in dictis, concordant autem in ſubſtantia, uel in ſpecie rei, relinquunt Inquiſitorum arbitrio, ut ſicut eis ſecundum Deum uidebitur, ſic procedant; maxime ſi fama conſentit, & idoneitas & fides deponentium contra eum, contra quẽ fuerit inquirendum. hætenus ibi.

In hac ergo cõſtitutione diligentiffime ſunt obſeruanda hæc uerba: Quando uero teſtes ſingulares ſunt in ſpecie rei. quã proſectõ difficilem & obſcurum habent ſenſum, nec primo obitu faciles percipias quid ſibi uelint.

Vnus ergo ſenſus hic eſſe poſſet, quõd quando teſtes ſingulares ſunt in dictis, quia uidelicet in loco & tempore diſcordant, conueniunt tamen in ſubſtantia rei ſeu in ſpecie uel in effectu, hoc eſt, de eadem ſeu eiſdem hæreſibus deponunt; ſi teſtes huiſmodi ſunt idonei, & ultra illorum probitatem, & fidem adſit fama de crimine contra reum: tunc arbitrium erit Inquiſitoris, ut ſecundum eius conſcientiam procedat.

Hic etiam ſenſus, quamquam hoc loco ſit ſignificatus; nihilominus tamen non probat absolute eam ſententiam, quam proxime reieciimus; quia ultra teſtes ſingulares famam poſtulat: & nihilominus, quamuis fama de delicto conſiſteret, & cum teſtibus coniungeretur, adhuc non putarem eam ſententiam uerã eſſe: quia fama iudicium eſt debile, & à crimine remotum: quõd etiam ſi coniungatur cum alijs in dictis, aut ſemiplenis probationibus, in criminalibus non faciet plenam probationem, ut late oſtendimus in ſuperioribus. quare ſemper ſententia à nobis in ſuperioribus aſſerta, uelut equior & tutior eſſet retinenda: quamuis hoc caſu grauior poenitentia aſſer inuigenda.

Alter ſenſus, nec ineptus forſitan aut cõtemnendus eſſe poſſet: quando teſtes ſunt in dictis ſingulares, quia uidelicet non deponunt per eadem formalia uerba, ſed per equipollentia; quamuis non ſint ſingulares in loco & tempore: tunc an plene probent, arbitrium eſt Inquiſitorum, qui diligenter debent conſiderare, qualiter quiſque fuerit locutus, quo caſu ſi eorum dedoſitiones eũdem errorem formalem referre uideantur, ſi fama ulterius cõſiſtat, arbitrium erit Inquiſitoris quid tunc fieri debeat. & hunc plane ſenſũ uideatur mihi redolere hæc uerba.

Sed quõd apertius hæc intelligantur, animaduertendũ eſt, queſtionem eſſe; An teſtes dicantur ſingulares, quando non deponunt de aliqua hæreſi in ſpecie per eadem formalia uerba, ſed tantum per equipollentia, & qua eundem errorem ſapere omnino ac referre uideantur, ut ſi, uerbi gratia, vnus deponeret ſe audiuiſſe Bucerum dicentem, non eſſe purgatorium; alius uero deponeret eodem loco & tempore, ſe audiuiſſe Bucerum dicentem, poſt mortem animas omnium morientium aut rectã in celiũ, aut

A in infernum proficiſci, nec dari tertium alium purgatorij locum in quem tendant. Siue ſi vnus deponeret ſe audiuiſſe Bucerum aſſerentem, imagines ſanctorum non eſſe uenerandas; alius uero deponeret, audiuiſſe eundem Bucerum eodem loco & tempore dicentem, uſum imaginum in Eccleſia Dei inutilem eſſe, & abolendum, ſunt huius queſtionis exempla paſſim obuia, quæque frequenter contingant in ſacro Inquiſitionis tribunali; in quo articulo quid ſit ſentiendum, breuiter eſt mihi oſtendendum.

Non vno modo præſentem controuerſiam declarari uideo; nam Albertinus tracta. de agnoſcendis aſſertio. q. 34. nu. 47. aſſeruit in probatione propoſitionum hereticarum teſtes debere atteſtari per eadem uerba formalia, & non per diuerſa, quia de uerbis, inquit, eſt queſtio, & propterea illa ſunt attendenda, & ponderanda: quã ob rem teſtes in formalitate uerborum diuerſi non probant, ut ait Gemianus conſi. 142. incipiente: In caula prioris. & Antonius de Butrio in c. nihil. de uerb. ſignifi.

Iam in his EymERICI uerbis, quæ nunc inter prætamur, ſecundus ille ſenſus, quem paulo antea referebam, contineatur; ſecunda opinio erit EymERICI ſententia arbitrio Inquiſitoris relinquendum eſſe, quando ex dictis teſtium non formalibus, ſed æquipollentibus, & conuenientibus in ſubſtantia rei ſeu in effectu ſit procedendum, & ad inquirendum, & ad reliqua iudicij actã, de qua ſententia quid ſit ſentiendum, amplius in ſequentibus apparet, ubi demonſtrabitur poſſe abſque dubio Inquiſitores ex teſtibus per æquipollentia deponentibus procedere ſecure ad condemnationem.

Verumtamen his omiſſis, uera ſententia eſt, & communis & uſu recepta, Teſtes plene probare aliquam hæreſim, nec dici ſingulares, immo conteſtes eſſe & conformes; quando in factõ principali, in quo negocij ſubſtantia præcipue conſiſtit, concordant per eadem uel æquipollentia uerba; quamuis in alijs minus præcipuis circumſtantijs diſcordent. c. nihil obſtat. de uerb. ſignific. Nihil obſtat, inquit textus, narranti diuerſitas, ubi eadem dicuntur. facit textus in l. qui ſententiam. C. de penis. & in l. quicquidque. ubi Salycetus. C. de hæret.

Præterea, uirtus & ſubſtantia uerborum nõ in cortice aut ſuperficie conſiſtit, ſed potius in ſenſu & intentione. cap. intelligentia. & c. præterea, de uerb. ſignific. & c. Marcion. l. q. 1.

Ad hæc, iuris regula eſt ſatis uulgata & trita, nihil referre, quõd aliquid ex æquipollentibus fiat l. mulier. ff. ad ſenatus conſul. Trebellianum. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſt. ſub cond. fact.

Postremo, hanc ſententiam minime obſcure aſſerunt Beatus Thomas 2. 2. q. 70. ar. 2. ad 2. argumentum, ibi. Si uero ſit diſcordia teſtimonij in alijs quibus circumſtantijs non pertinentibus ad ſubſtantiam facti, & c. talis diſcordia non præiudicat teſtimonio; quia homines non conſueuerunt circa talia multum ſolicitari, unde facile à memoria elabuntur. hætenus ſanctus Thomas. eum per omnia ſequitur Sotus de iuſtitia & iure. lib. 5. queſt. 7. ar. 2. ad primum argumentum. idem tenet gloſſa in c. dudum. de conuerſ. coniugato. & in c. cum Eccleſia Sutrina. uerbo, vacillaſſe. de cauſ. poſſeſſ.

Varia ſententia de probatione teſtũ deponentium per uerba equi pollentia.

Teſtes non dicuntur ſingulares, ſed uere probant quando in factõ principali conueniunt.

E

firmant Beatus Thomas 2. 2. q. 70. ar. 2. ad 2. argumentum, ibi. Si uero ſit diſcordia teſtimonij in alijs quibus circumſtantijs non pertinentibus ad ſubſtantiam facti, & c. talis diſcordia non præiudicat teſtimonio; quia homines non conſueuerunt circa talia multum ſolicitari, unde facile à memoria elabuntur. hætenus ſanctus Thomas. eum per omnia ſequitur Sotus de iuſtitia & iure. lib. 5. queſt. 7. ar. 2. ad primum argumentum. idem tenet gloſſa in c. dudum. de conuerſ. coniugato. & in c. cum Eccleſia Sutrina. uerbo, vacillaſſe. de cauſ. poſſeſſ.



& propriet. Alexander, Decius & alij, quos refert & sequitur Antonius Gabrielus lib. 1. com mu. conclusio. tit. de testibus, conclus. 2. n. 64. versi. & propterea inferitur. quibus adde Geminianum in cap. nihilominus. 3. q. 9.

Denique hoc facetur in causa nostra Ioannes Ro yas. singulari 204. incipiens. Testes singulates. nu. 8. & seq. & tract. de heret. parte 2. assertio. 6. num. 127. & aliquot sequent. quorum omnium unanimis sententia est, testes concordantes in eo de quo precipue agitur, siue in substantia & effectu rei, non esse singulares; quamuis in minimis quibusdam discordent, cum ea non faciant actum diuersum.

Discordia testium in minimis non infringit eorum testimonium.

Immo usque adeo verum est, discordiam in minimis quibusdam non nocere, ut haec interdum testimonium reddat validius: unde Beatus Thomas 2. 2. q. 70. art. 2. ad 2. argumentum, in fine, ita dixit: Quinimo aliqua discordia in testibus, (scilicet in circumstantiis non pertinentibus ad substantiam facti) facit testimonium credibilis ut Chrysostomus dicit super Matthaum: quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis, uiderentur ex condito eundem sermonem proferte; quod tamen prudentia iudicum relinquunt discernendum. haec enim idem Sorus de iustitia et iure. lib. 5. quest. 7. artic. 1. ad primum argumentum. probat tex. in l. 3. ff. de testibus, ibi: Utium utrum eundemque praemeditatum sermonem attulerint.

Si ergo duo testes coram Inquisitore se sistant, & unus dicat se audiuisse Lutherum dicentem, Indulgentiarum virtutem nullam esse: et alius dicat, se eodem tempore & loco audiuisse eundem Lutherum asserentem, Indulgentias a Pontificibus summis esse ad questum inuentas, nec virtute diuina pollere: sano hi plene probarent per equipollentia verba Lutherum haereticum esse: neque ab hac sententia est recedendum.

Quod si in verbis equipollentibus dubius sensus esset, qui & catholicam veritatem, & errorem referre posset: tunc quid sit agendum, abunde docui supra in hac 3. par. q. 62.

Quando non sufficiat per equipollentia probare.

Sed illud non omitam, quod si quandoque ageretur de probandis verbis formalibus: tunc proculdubio non sufficeret equipollentia. Antonius Butrius, & Abbas in cap. nihil. de verb. signific. & multi ex praecitatis, & alij quos refert & sequitur Nicolaus Euerardus in locis argumentorum legalibus in loco ab equipollentibus.

Q V A E S T I O LXXIII.

An Inquisitor valeat torquere testes, & si falsi deprehensi fuerint, punire.

S V M M A R I V M.

- 1. Inquisitor per se potest tormentis subicere testes.
- 2. Et illos, si falsi inuenti sint, extraordinarie punire.
- 3. Rationes pro vtraque parte adducuntur.

A 4 Soluuntur quae contra veritatem opponebantur



Eptuagesima tertia quaestio est: Vtrum Inquisitor valeat testes torquere pro habenda veritate, seu aliis punire eos quos manifeste deprehendit in causa fidei esse falsos testes, seu contra iustitiam falso & scienter imposuisse medio iuramento, crimen haereticae prauitatis?

Respondemus quod sic: & licet nec de iure speciali, nec in privilegijs Inquisitorum, nec in consultationibus titulum de haereticis aliquid de hoc habeatur: tamen hoc est de iure communi, ut testes possint torqueri, & etiam si falsi deprehensi fuerint, puniri: & hoc potest fieri in causa praesenti, ut declarat Paulus de Leazaris in c. Multorum, de haeret. in Clem. in principio super verbo, Vel tormentis exponere illos, qui dicitur ibi sic: Illos, si licet pro huiusmodi negotio inquisitos, aliud videtur in testibus, si causa subit eos torquendi: quia cum per se solum quilibet possit inquirere, poterat omnia ad illud necessaria, & sine quibus illud non potest expediri, de officio delega. Praeterea, & c. Prudentiam. verbo, explorari. & ff. de iurisd. om. iud. l. 2. Sed planum est, quod ad veritatem habendam debet iudex laborare, de proba. Quoniam 14. q. 2. Quamquam. 30. q. 5. iudicantem. 23. q. 8. Occidit. de testi. Cum causam, & c. de iudi. iudices, cum concordantibus: quam ab iniuncto & suspecto aliter habere non potest. 5. q. 5. Illi qui ubi ne tatur de tormentis testium, ipsum ergo testem poterit Episcopus & inquisitor, & quilibet per se torquere.

2. Et eadem ratione videtur, quod eum possit extraordinarye punire, si falso testimonio aut eius offendit durante iudicio. C. de testi. Nullum. Ad idem de penis. Super his. & cap. Dilectus.

3. Sed contra videtur, quia ratio quae subest in inquirente, subest in teste: ergo erit idem in utroque, de tra. sla. c. 2. cum concor. Et haec duo infra equiparantur ibi prauitatem ipsam vel impedimentum officij. Et si dicamus, quod Inquisitor non habet ordinariam, videtur casus in Authen. de testib. §. si uero. Pro hac parte facit, quia cum quilibet possit inquirere usque ad sententiam, & testes sint pars negocij: de verb. sig. Forus. cui licet totum, & pars, de reg. iur. Cui licet. lib. 6.

4. Solutio. primum verum est, ubi testem uult torquere pro ueritate habenda contra Titium delatum, uel eum extraordinarye punire tanquam coram eo notorie delinquentem. Facit quod not. de confessis. c. 2. & quod ibi notat Inno. & de iurei. Cum in positionibus. lib. 6. & iura supra allegata. Si uero format inquisitionem contra eum propter hoc: ita quod est noua instantia, cum testis sit nunc principaliter inquisitus, aliter per se non posset eum torquere: & sic intelligantur iura supra allegata.

Et de facto hic casus accidit Tholosa Anno Domini MCCXXII. ut uidi in sententia continenti: nam pater deposuerat contra filium crimen haereticae prauitatis, & postmodum reuocauit.

COM-



In hac questione tria sunt a nobis potissimum tra-

Etanda. Primum erit: An Inquisitor testes in suo tribu-

nali delinquentes punire possit. Alterum erit: An Inquisitor solus possit torque-

re testem quoties opus fuerit, non adhibito Episcopi consilio; & vice versa idem possit Episcopus sine Inquisitore.

Postremum erit: Qua pena sint afficiendi testes in hoc tribunali falsum testimonium dicentes, & alicui haresis crimen imponentes: quod est precipuum & magni momenti in hac causa, & frequens etiam propter insignem hominum malitiam & iniquitatem.

Sed primum adducendi sunt, qui de materia questionis huius differunt, inter quos precipue hoc agunt Zanchinus, & ibidem Campegius tract. de h. & r. c. 14. Tabienfis in sum. verbo, Inquisitor. §. 36. Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 84. idem in enchiridio violata religionis. titu. 38. Ioannes Royas tract. de h. & r. par. 2. assertio. 8. plenissime Emericus 3. p. in 12. modo processum fidei terminandi, quibus adde Iulium Clarum in §. falsum. differunt & alij suis locis postea referendi.

Quantum ad primum caput attinet, tametsi olim controversum fuerit, an Inquisitor possit testem falsum, aut aliter in suo tribunali delinquentem punire, cum sit iudex delegatus, qui non videtur posse testem coram se delinquentem coercere, ut late demonstrat tradita per Menochium lib. 1. de arbitrarijs iudicium q. 91. nunc hac controversia, ob solam consuetudinem in contrarium cessat: nec propterea longum nobis tempus in ea dirimenda terendum erit.

Cum enim Inquisitor sit delegatus Romani Pontificis, non mirum si possit testes coram se delinquentes ex propria iurisdictione, concessa sibi per delegationem, punire. Speculator tit. de teste, nu. 44. & ibi Ioannes And. verbo, coget. & Abbas in c. 1. extra de crimine falsi, nu. 9. & alij optime ergo concludunt hic Emericus nu. 1. hoc iure communi competere: quamvis nullis priuatis statutis hac potestas Inquisitoribus videatur esse concessa. & hac sint satis quoad primum caput.

Alterum est de potestate Inquisitoris in torquendis testibus non requisitis Episcopo: in quo articulo Emericus hoc loco ex sententia Pauli de Leazaris aperissime sentit, quod quamvis reum non possit punire sine altero torquere: at testem quilibet potest per se torquere. & ratio qua vitur hic nu. 3. elegans est: nam cum vnusquisq; per se vsque ad sententiam inquirere possit, & expedire quacunque ad plenam causae cognitionem desiderantur, & testes sint potissima totius causae pars, sane si casus occurrerit, in quo necesse fuerit torquere testes, & solus Inquisitor, & solus Episcopus id per se efficere poterit: atque hoc iure vimur: tenet Zanchinus tract. de h. & r. cap. 14. nu. 3. ibi. Dic quod Inquisitor poterit cum ponere ad torturam. & ibi Campegius versic. ex his iam colligere possumus. & Tabienfis in sum. verbo, Inquisitor. §. 36. & alij quos in re manifesta omitto.

Id tamen est caute obseruandum, quod si contin-

gat ex teste reum fieri, isque torqueri debeat; tunc non poterit solus Episcopus, aut solus Inquisitor id efficere. clemen. 1. de h. & r. §. proter quod. vers. duro tamen. atque ex his remanent satis aperta, quae ab Emerico traduntur hac questione; nam circa haec duo potissimum versatur.

Testem effectum reum non torquet solus inquisitor.

Sed tertium caput est iam declarandum, in quo tota difficultas posita est, nempe: Qua pena affici debeant testes falsi in hoc crimine haresis delinquentes.

De falso accusator eiusque pœnasatis multa diximus supra in hac 3. parte, num. 67. tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, ubi promissimus hic nos fore declaratuos quod ad falsum testem spectabat.

Ac primum quam ingens scelus committant falsi testes, luculenter explicatur in c. 1. extra de crimine falsi. in hac uerba. Falsidicus testis tribus perfonis est obnoxius; primum Deo, cuius praesentia contemnit: inde iudici, quem mentiendo fallit; postremo innocenti, quem falso testimonio laedit. hac ibi.

Graue scelus est dicere falsum testimonium.

Nullus autem falsus testis grauius aut horribilius delinquit, quam qui in hoc tribunali uirum catholicum hœreticum esse mentiendo asserit cum pietatis intuitu, grauisimo periculo reum exponat, cum nomina falsorum testium ei occultentur, & proinde difficilius se defendere queat.

Falsum autem testem iura uocant non modo eum, qui mendacium dicit, sed & qui ueritatem occultat, c. 1. extra de crimine falsi; cuius uerba sunt: Vterque reus est, & qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodelle non uult, & iste nocere desiderat. hac ibi.

Quis dicatur falsus testis.

Nec modo hunc uoco falsum testem, sed etiam illum, qui refert quidam uerba ipsa illius contra quem testificatur, sed de illis tamen testificatur alio sensu, quam prolata sunt; ut si ea non integra referat: uel dicat uerba hereticalia fuisse prolata affirmatiue; cum tamen aut recitando & referendo, aut interrogatiue fuerint dicta, Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 89. vers. est quoque falsus testis. & in hoc diligenter animaduertere debent iudices fidei; cum frequenter haec in suo tribunali contingere soleant.

Sed iam qua pena affici debeat testis falsus in hoc tribunali doceamus. ac primum uidetur dicendum eos non esse plectendos talionis pœna, nec tradendos in aliquo casu curiae seculari. primo quia nullo iure ueteri nominatim cautum inuenio in hac causat, ut testes hac pœna plectantur.

De pœna falsidicorum testes.

Rursus in tribus illis uetustis Concilijs Tholosano, Biterrensi, & Narbonensi, quibus plenissime constitutum extat, quidquid ad pœnas & penitentiâ reorum in hac causa spectat, de hac pœna in testes falsos exercenda nullum apparet uestigium. Sed in Biterrensi c. 26. aduersus deierares, & inducentes alios ad deierandum (hoc est, ut ego interpretor, ad falsum deponendum medio iuramento) pœna deportationis vestis crucibus signata, continetur in hac uerba; Et si forte deierauerint, aut induxerint alios ad deierandum, portent in superiori parte duarum crucum (quas portat habet in pectore, & inter spatulas) brachium transfuersale palmi vnus uel circa. hac ibi.

Ad haec nullus ex ueteribus (quos ego uiderim) de



de crimine heresis tractans talem panam imponendam docuit. Nam Zancbinus qui de hac re plura tradidit tract. de heret. c. 14. arbitrarías panitentias iniungendas docuit testi falso per inquisitores. Eymericus quoque qui omnia fere persecutus est, que ad negotium heretica prauitatis spectant, neque in hac quaestione, neque in 12. modo processum fidei terminandi, huius pane meminit: cum tamen plenissime ageret de testibus falsidicis puniendis: quamquam indicet vitam eis de sola benignitate & misericordia relinqui.

Postremo non videtur ubique receptum in sacro Tribunali ut testes huiusmodi curiæ seculari tradantur, & ultimo supplicio afficiantur.

Sed in contrarium facit primum, quia quamuis in accusatore abolita sit & antiquata talionis pena, ut ostendimus supra in hac 3. p. nu. 67. tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem. §. his positis. at in testibus adhuc habere locum testantur. Bal. in c. 1. §. iniuria, de pace iuramento firmada in uisibus fendo, & in l. 2. C. de rebus creditis. Corsetus in singulari incipiente: Testis. el. 12. Iason in l. et si lege. nu. 5. C. si contra ius uel utilit. publicam. et in l. si duo patroni. §. si. ff. de iure iuran. idem in Summ. si quis postulante. num. 64. Instit. de adlio. Alexander. cons. 55. incipien. in causa inquisitionis. lib. 7. Guido Papæ decisione 44. incipien. Testis falso deponens. Cassaneus super consuetud. Ducatus Burgun. rubrica 1. des iustices. super textus. es droictis dicelles. nu. 15. Socinus consi. 185. lib. 2. Covarruias in cap. quamuis postum. de pæctis lib. 6. par. 1. §. 7. num. 6. Bernardinus Diaz in pract. crimi. cano. cap. 87. Nellus tract. de testibus. §. falsus testis. num. 231. Petrus Duenens in regula 7. incipien. Accusans aliquem. versic. quod tamen in testibus. quod non obscure probat textus in l. 1. §. praterea. ff. de Sicarijs, ubi falsus testis in causa homicidij punitur tamquam homicida, si dolo malo deponat. & in Hispania lege quadam Taurina 83. nominatim cautum est, testem falsum in causa criminali puniendum eadem pena. qua reus foret puniendus, si verum deposuisset contra eum. videantur ibidem Antonius Gomez, & Palacios Rubius, & alij plerique, varijs locis, quos longum esset recensere.

Iam in hac heresis causa testem falsum talionis pena plectendum asserunt Ioannes Rojas tract. de heret. parte secunda assertione 8. & Iacobus Simeoncas de catholica institu. tit. 64. num. 90. nec desunt vniuersæ & efficaces rationes, quibus hæc sententia nititur.

Primum quia hoc crimen grauius est cæteris, cap. Vergentis. extra de heret. grauius ergo plectendus erit, qui falso contra quempiam de eo testificatur.

Rursus cum testium nomina in hoc tribunalis non publicentur, reus nix potest diuinare, quis cum falso testimonio urgeat, & propterea difficilius potest se tueri. & quemadmodum grauius est hominem interficere veneno, quam occidere gladio. l. 1. C. de malef. & Mathemat. quia qui veneno interficit cum occulto id faciat, aufert ei qui occiditur omne remedi-

se defendendi: ita qui in hoc crimine falsum deponit contra aliquem, grauius peccat: nam cum occulto mendacium dicat, quod non facile detegitur propter non publicata testium nomina, iustam defensionem, qua est de iure nature, l. 1. v. in ff. de iustis, & iure, ei subtrahit.

Postremo Leonis Papa decimi diploma extat de rebus in Hispania, datum Romæ apud Sanctum Petrum die 14. Decembris, anno M D X V I I I. Pontificatus sui anno sexto, quo Inquisitoribus Hispania conceditur, ut possint falsum testem curiæ seculari relinquere irregularitatis securi. eius rescripti verba

ita habent; Intelleximus quod multi peccati ingenij heretici in testimonijs, quæ perhibent super dicta prauitatis veritate inquitenda, falsitatem quandoque prece, pretio, odio, uel amore, & quandoque metu committite, aut se eandem falsitatem commisisse publice licet falso fatentur uentur: Sicque huiusmodi diabolice artis ministerio pleium que uel damnantur infontes, uel diuina maiestatis Dei, & orthodoxæ fidei sub Christiano nomine derisores uitium consequuntur. Ad quæ facinora perpetranda ipsi falsi testes iam propria improbitate & inconstantia, quam euidacia & impunita temeritate eorum, qui illes ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia alliciunt, impelluntur. Nos igitur scelestum hæc hominum genus, qui in diuinam humanamque simul naturam conspirant, & in nefandi criminis causa uel iniuste abolitionis: uel iniquæ condemnationis cætores existunt, & acriori longe supplicio, quam ceteri falsidici testes plecti soleant, dignum censentes: circumspeditioni tuæ, & vniuersis & singulis alijs per te & pro tempore existentem generalem dicta prauitatis in regnis & dominijs prædictis Inquisitorem ad ipsum Inquisitionis officium pro tempore deputatis, contra omnes & singulas personas cuiuslibet status, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis existant, quas tibi, aut alijs Inquisitoribus prædictis in crimine heresis falsum scienter deposuisse, aut alium ad falsum deponendum, aut uerum tacendum induxisse, uel quempiam ob perhibitum ueritatis testimonium, uel propter falsum non attestatum, occidisse, aut membro aliquo mutilasse, aut bonis suis omnibus, uel maiori parte illorum spoliasse, uel spoliari fecisse, seu atrocissima iniuria affecisse legitime constiterit, tuo aut te deputando, seu deputandis & subdelegandis, arbitrio procedendi, & eos penis, de quibus tibi, uel illis uidebitur condemnandi, super quo tuam & illorum, quibus negocia huiusmodi commiseris, conscientiam oneramus, absque alicuius penæ seu censuræ ecclesiasticæ metu, aut irregularitatis nota tradendi uel relaxandi curiæ seculari, plenam & liberam concedimus facultatem: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Atque ita quidem habet id rescriptum, ex quo ite ex illis, quæ paulo antea retulimus, ac ex alijs fortassis,

Poenam talionis in testibus locum habet

ut in l. 1. §. iniuria

ut in l. 1. §. praterea



fi, quæ in eandem sententiam afferri possent, videtur esse iustissimum, ut falsi testes in causa hæresis pœna rationis afficiantur, & curia seculari quandoque relinquuntur. immo vero plures & maiore rationes suadet testem falsum in hoc crimine pœna rationis fore plecendum, quàm in alijs delictis, cum pœna huius criminis etiam ad descendentes condemnati extendantur, qui & honorum successione priuantur, & grauissima quoque infamia notantur.

Cæ: erum obseruandum est ex verbis superioris rescripti non quemlibet falsum testem in hoc crimine delinquentem, curia seculari relinqui posse, sed illum tantum qui grauiter seu notabiliter nocuit ei, contra quem deposuit: tunc autem exempli gratia notabiliter nocere intelligitur, cum de vera & formali hæresi deposuit aduersus aliquem.

Illi vero maxime nocuerunt, & propterea eis nullo pacto parcendum putarem, cum ille contra quem deposuerunt, velut negatiuus & impenitens ob eorum depositiones & testificationes traditus fuit curia seculari & ultimo supplicio affectus. nam hoc casu eos grauissime nocuisse, plusquam manifestum est, id quod ex illis rescripti verbis aperte colligitur, videlicet: sicque huiusmodi diabolice artis ministerio plerumque damnatae infantes.

Par ratio eorum esse videtur, qui falsum dicentes aliquem iniuste liberauerunt, qui velut hæreticus plecendus fuisset: nam & hi Deo & eius Ecclesie sacrosanctæ, & rei publicæ Christiane grauissimam inferunt iniuriam: quod tunc potissimum verum est, cum is, qui falsorum testimonium iniquo præsidio & damnabili mendacio liberatur, non emendatur, sed in erroris concepta constantia perseverat, aut etiam alios hæretica conatur inficere prauitate.

Atque hoc ipsum locum habere videtur in eo qui prece, aut pretio, testem corrumpit, ut falsum testimonium ferat, aut minis & terroribus eum ad id maleficiæ genus perpetrandum compellit: quoniam eius criminis auctor est. immo vero plus videtur delinquere, qui testi persuadet, aut quocumque alio modo inducit, ut falsum testimonium dicat, quàm testis ipse: quoniam qui mandat prius habet nocendi animum, & alium impellit ad id facinus, quod fortassis non fecisset.

Idem dicas in eo, qui mandauit alicui, ut testem aliquem prædictis modis corrumpere, l. is damnatum dat. ff. de regul. iuris. vbi Decius, Cagnonius, & cæteri, & Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 64. numero 96. vide Mattheum de Afflictis: super constit. Neapolit. libro 3. in constitutione incipiente: Qui falsitatem. in Rubrica 65. de falsitate cuiuslibet in testibus producendis. Atque hi quidem proxime relati casus satis aperte contineri videntur in præcitato rescripto Leonis X.

Iam quamuis in his aut alijs similibus casibus iuste falsus testis curia seculari tradendus videatur, quia res grauissimi momenti est, in qua de vita

A hominis agitur, priuati Inquisitores iudicio meo tradatur curia seculari. id non decernent, sed ad supremum sanctæ inquisitionis prætorium rem deserent, & eius expectato decreto illud exequentur, quod præscriptum fuerit, ac sancitum.

Cum vero iudicis fidei alicui testi falsidico ob aliquam causam (ut verbi gratia, quia se sponte detulit, & misericordiam petiuit, & antequam is contra quem deposuit traderetur curia seculari, & ultimo supplicio afficeretur) parcendum putauerint, & vitam condonandam, grauissima est ei iniungenda pœnitentia. itaque in perpetuum & irremissibilem carcerem conytere poterunt, ut docuit Eymericus supra parte 3. in 12. modo processum fidei terminandi numero 209. & alias pœnitentias addere, quas tradit idem auctor præcitato loco. ad triremes quoque mitti iustissime poterunt huiusmodi delinquentes, ut pœne doloris & aqua angustia in eis sustententur, ut loquitur textus in cap. nouimus. §. pro illo. extra de verbo. signif.

Contra testes falsos sententiam palam pronuntiat, quoniam in publicum spectaculum producuntur, & immani facinore coram populo patefacto, qualis eorum fuerit conatus & flagitium disertis verbis detegitur, & cur ita puniantur, ratio redditur, & omnibus innotescit: quod vtiliter plane fit & sapienter, ut ceteri eorum exemplo discant nefaria se e terra euitare.

Quod si leuiter nocuerint falsi testes, mitius puniri solent: nam cum hæreticis redeuntibus & alijs pœnitentibus ipsi quoque in publicam fidei actionem, seu publicum spectaculum infamæ mirra induti producuntur, publiceque eorum delicta leguntur, inde fustibus seu verberibus casti, vel in exilium, vel in triremes etiam mitti solent, aut alia extraordinaria pœna coerceri. Simancas de catho. instit. tit. 64. numero 91. Zanchinus quoque tract. de hæret. pœnam extraordinariam eis infligendam docet.

Id est autem obseruatione dignissimum, quod tradit Panormitanus in capit. 1. extra de crimine falsi. videlicet, testem falsum in forma iudicij deponentem coram legitimo iudice, puniendum esse, etiamsi eius dictum non valeat, ut quia verbi gratia non iurauit, vel ob alias causas. idem tenet Bartolus in lege si quis legatum. ff. ad legem Cornel. de falsis. Salycerus & alij, in lege prima. C. de sepulchro uiolato, & Palacius Rubius in lege Taurina. 83. & Iulius Clarus in §. falsum. vers. Tu scis. vbi hanc dicit esse communem opinionem. Ratio verù illa est, quæ præcitato loco vtitur Salycertus, quia falsus testis, quantum in se fuit, iam nocere procurauit, immo vero & delictum consummavit: quod si ob aliquem defectum eius dictum non valuit, aut non nocuit, præter eius intentionem fuit.

Multis modis spectata personarum, & delicti qualitate in puniendis falsis testibus pœna augeri aut contra minui potest: sed illa minuendi pœnam satis idonea causa censenda est, cum quis sponte ad confitendum crimen accedit, & errati veniam po-

Cum parci- tur testi falsi dico, quas pœnitentia ei iniungi debet.

Sententia cõtra testes falsidicos publice pronũciatur.

Testes falsidici leuiter nocetes qualiter puniantur.

Testis falsidicus puniendus est, quãuis dictum eius sit inualidum.



stulat coram Inquisitoribus: quod & utilitas publica, & huius tribunalis clementia facile persuadet. & late probat Andreas Tiraquellus tract. de penis temperan. aut remittendis, causa 30.

Falsidico testi periti veniam an sit parcendum.

Questum est, an testis, qui in causa haresis testimonium dixit, veniam petens, antequam curia seculari relinquatur, admittendus sit ad penitentiam subeundam, sicut hareticus ad Ecclesiam conversus admittitur. & recte Simancas scripsit de catho. instit. tit. 64. num. 24. parcendum non esse testi penitenti, tum quia haretico id tantummodo concessum est, tum etiam quoniam cum falsus testis eum, qui innocens est, hareticum esse testetur, ille qui falso testimonio utitur, penitentiam agere non debet, nec errorem aliquem consiteri potest, cum catholicus sit: unde fit ut innocens tamquam pertinax & impenitens condemnandus veniat. iure itaque falsus testis id pati debet, quod proximo suo facere cogitavit. atque hanc quidem sententiam in eo qui falso quempiam de heresi accusavit, ut scilicet non admittatur penitere volens, tenuit Iacobus de Arena, in l. vit. C. de accusat. ubi ita quandoque servatum fuisse testatur. eum sequuntur ibidem Cynus, Baldus, & alij, & Ioannes And. Antonius de Butrio, Panormitanus, Marianus Socinus, & alij Canonista in cap. excommunicamus. el. 2. extra de heret.

Testis falsidici an possit inquisitor vel solum Episcopum puniri possit.

Illam etiam est in hoc negotio explicari digna difficultas, an testes falsidici per solum Inquisitorem, aut solum Episcopum puniri possint. & verius est, utrumque in his puniendis interuenire debere: ita cautum est rescripto quodam Leonis X. anni Domini MDXX. ubi multa capitula per Inquisitores Regni Aragonie observanda continentur, inter cetera autem vnum id est, de quo agimus in hac verba: Et quod si aliquis testis falsum deponeret in dicto Inquisitionis officio, per iudices ecclesiasticos, ordinarios diocesis, in qua falsum huiusmodi committeretur, & per dicta prauitatis Inquisitores in eadem diocesi pro tempore deputatos, simul, ita ut alius sine alio procedere non posset, puniretur. hactenus ibi, equidem Emericus supra in hac 3. parte in 12. modo processum fidei terminandi, numero 209. cum de punitione testium falsidicorum disserit, Episcopum & Inquisitorem simul in eo negotio expediendo adhiberi, atque hoc est tutius.

Filij falsi testis an sint infames aut alijs poenis aequae ut filij hareticorum subiecti.

Postremo quaesitum est, an filij & nepotes falsi testis, qui combustus fuerat, infames sint, & alijs poenis plebantur, quibus filij hareticorum afficiuntur. & verius est non subijci his poenis, primo, quia non est vsu receptum ut ita plebantur, praeterea non sunt exequandi in hoc filij falsidicorum testium, & filij hareticorum: nam haretici mains crimen committunt, quam falsi testes. cum illi & Deo & toti Christiana reipublica iniuriam faciant: illi autem in primis vni illi contra quem testificantur nocere cupiunt: postremo quamuis concederetur, par esse vtrorumque crimen, nullo tamen adhuc iure sancitum esse apparet, ut in his poenis filij falsidicorum testium filij hareticorum exequantur leges autem penales extendenda non sunt, cap. odia, de regul. iur. lib. 6. cap. par.

de penit. dist. 1. & conferunt quae copiose docet Alfonso Castus lib. 1. de potestate legi penalis, cap. 7. neque ad sententia recedendum arbitror.

### Q V A E S T I O LXXIII.

An Inquisitor citare & pertrahere possit de diocesi ad diocesim testes pariter ac delatos.



Septuagesima quarta quaestio est: Vtrum inquisitor possit de diocesi ad diocesim testes trahere vel citare, & etiam delatos de haretica prauitate?

Respondemus quod sic, non obstante constitutione de duabus dietis. de rescriptis, Nonnulli nec illa de una. eo. tit. de rescriptis, lib. 6. Statutum. sed infra sua terminos iurisdictionis potest inquisitor testes citare, & delatos trahere & vocare, ut patet in cap. Ut officium, §. denique, de heret. libro 6. ubi mandatur inquisitoribus, quod procedant contra quoscumque de heresi delatos cuiuscumque conditionis sint, dignitatis, ordinis, religionis, &c. Et sequitur: etiam constitutione non obstante de duabus dietis edita in concilio generali.

Eadem verba per omnia habentur in litteris Apostolicis Clem. Alexan. & Vibani III. de hoc Archidiaconus super c. alleg. Ut officium. & ver. de duabus dietis.

### COM M E N T. CXXIII.

De sunt assertiones, prima est: inquisitor delatos seu accusatos pertrahere potest de una diocesi ad aliam.

Alteri & postrema est: Testes quoque potest euocare, & ad suam diocesim transferre, vtraque assertio facilis est, & de prima copiose egimus cum auctore supra in hac 3. parte, super quaestione 42.

De secunda pauca quaedam hoc loco sunt dicenda. de qua Simancas de cath. instit. tit. 34. de inquisitoribus Apostolicis. nu. 24. Ioannes Royas singulari 95. incipien. inquisitores fauore fidei. adde Reptorium Inquisitorum, verbo, dieta.

Itaque Apostolici inquisitores fauore fidei non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, testes possunt extra suam diocesim euocare, & in eam ut coram eis se sistant, & ut officium §. compestendi de heret. lib. 6.

Prudenter tamen hoc fieri debet, nam egregiae personae non facile trahenda sunt, sed ita cum illis agendum est, ut rogari potius, quam compelli videantur; & ne Imperium Inquisitorum recuset, vrbanius & modestius est, ut vel iudices ad eos eant, vel certe alios mittere debent, qui depositiones earum recipiant, idem iudicium est de viris







titu., 64. de testibus. numero 28. Campegius apud Zanchinum. cap. 9. & plerique alij, quos studio breuitatis omitto.

Ut non publicentur testimonium nominibus quis san- cigerit.

Hoc ipsum singulare de non publicandis testimonium nominibus in hac causa sancit Innocentius III. in rescripto quodam incipiente: Cum negotium fidei. quod retulit Eymericus supra par. secunda, pag. 145. ubi video quod de autore seu conditore eius rescripti annotavi. nec alienum est ab hac re. quod traditur in rescripto Urbani Quarti incipien. P. x. cunctis. §. quod si testibus. relato apud Eymericum supra parte secunda.

Decretum Concilij Biterrensis de non publicandis testimonium nominibus.

Olim vero iniurio ferè constituta delegata inquisitionis saepe constitutum fuit, ut testimonium nominibus non publicarentur: nam ut alia omitam id Concilio Biterrensi, cap. 30. luculenter de hoc scriptum est ita: Illud autem caueatis secundum prouidam Sedis Apostolicæ uoluntatem, ne testimonium nomina signo uel uerbo aliquo publicentur. hætenus ibi. idem prorsus eisdem uerbis habetur in concilio Narbonensi, cap. 22.

In his concilijs illud uerbum, signo, diligenter est obseruandum, quasi dicat, non modo testimonium nomina publicari non debent, sed neque circumstantiæ (id enim eo loco puro uocari signum) sunt exprimentæ, ex quibus posset delatus uenire in notitiam testimonium, uel denuntiatorum.

In Hispania item præceptum est obseruari, ne reis testimonium nomina publicentur, nã Hispalensi quada in instructione anno Domini MCCCCLXXXIV. capit. 16. bis uerbis à nobis utique latine redditis continetur: Item quoniam habita legitima informatione constat, ac constat, quod ex publicatione nominum, & personarum ipsorum testimonium, qui deponunt super dicto hæreticis crimine possent incurrere in graue damnum, & periculum personarum, & bonorum, nam experientia demonstrat, atque demonstrat, testes aliquos esse interfectos, aut uulneratos, & male affectos ab hæreticis ob præfatam causam, attendendo in primis etiam in Regnis Castellæ, & Aragoniæ reperiri magnum numerum hæreticorum ob graue damnum, & periculum præfatum, quod testimonium imminet, cum eorum nomina publicantur: Domini decreuerunt, ut Inquisitores possint non publicare nomina, uel personas testimonium, qui contra hæreticos deposuerint. hætenus ibi.

Instructio Inquisitionis Hispaniæ de non publicandis testimonium nominibus.

Tametsi uero Bonifacius octauus in dicto capit. finali, de hæreticis libro sexto. §. cessante. quo etiam utitur hic Eymericus, concedat posse testimonium, & accusatorum nomina in hoc crimine sicut in alijs, omni periculo cessante, publicari; hodie tamen perpetuo id periculum adesse putatur, & propterea nunquam fit talis nominum aut personarum testimonium publicatio. in quam rem extat quod breue Apostolicum Pij Quarti Pontificis Maximi, quod incipit: Cum sicut, quod est impressum inter litteras Apostolicas pro officio sanctæ Inquisitionis in fine huius operis: quare uel per contrariam consuetudinem, uel per hoc Pij Quarti bre-

ue, sublata prorsus nunc uidentur Bonifacij octauus prouiso.

Et certè semper graue periculum ex ea re imminet testimonium, uel saltem causis fidei uniuersis: quod apertissime cernitur in prædicto rescripto Pij Quarti. Item in Præfata Hispalensi instructione, prouidentissime ergo constitutum est, ne testimonium nomina publicentur. Et quod de triplici potentia scribit hic Eymericus, quæ testimonium, si eorum nomina publicarentur, ualde nocere posset, luculenter & uerè probat sacri Tribunalis laudabilem, & iustissimum stylum.

Quod de nominibus testimonium non publicandis proxime diximus, locum quoque habet in cognominibus: nam neque cognomina publicanda sunt, ut in præfato rescripto Pij Quarti constitutum est.

Quod si reus instaret, postulareretque ut sibi concederetur defensio secundum iuris ordinem, per consequens ut testimonium nomina simul cum delictis eorum sibi ederentur, audiendus non esset, ut iam olim etiam in hoc articulo consuluerunt perit quidam Auinionenses responso quodam super quibusdam dubitationibus in causa fidei, quæstio. tertia, quod legitur in uetusto illo codice bibliothecæ Vaticanæ.

Ac si fortassis ob id grauari se diceret, & appellaret, talis appellatio nullo modo esset admittenda; sed ea non obstante, immo uero ea reiecta tamquam friuola, & iniusta, ad ueteriora iudicij acta est intrepidè procedendum.

Atque ex his resellitur omnino opinatio Pauli Parisii cons. 2. incip. Et si esse iudicium. uolum. 4. ubi contrariam sententiam persuadere conatur, sed cauendus est in hoc articulo.

Quod si quæras, an postquam testimonium, & denuntiatorum nomina reis non publicantur, sint tamen illis perentibus aut non perentibus, ut facilius se defendant, aliqua circumstantiæ delicti commissi publicandæ, qualia sunt locus, & tempus, aut alia huiusmodi: de hac re in Hispalensi institutione anni Domini MCCCCLXXXIIII. capit. 16. ita sancitum est: Cum probatio facta fuerit, & testes reproducti, debent Inquisitores publicare dicta, & depositiones eorum suppressis, & tacitis nominibus, & circumstantijs, ex quibus reus accusatus posset uenire in cognitionem testimonium. hæc ibi.

Ex his uerbis uidetur arbitrio iudicum uoluntate religionis relinqui, quales circumstantiæ publicari possint, quales uero contra rateri: nam ex quo constitutio eas non præscripsit, iudicio Inquisitorum reliquisse uidetur. quod & uerum puto, in hoc tamen prudentissimè esse oportet.

In Madriliana institutione anni MDLXI. c. 22. cum de publicatione depositionum reo exhibenda sermo habetur, quales temporis, & loci circumstantiæ in publicatione apponi debeant, & quare, sancitur his uerbis à nobis itè latine redditus: In publicatione ponetur mensis, & annus, in quibus deponunt testes: quoniam si aliquid inconueniens in-







Eadem uerba ad litteram habentur in priuilegijs prædictis Clementis, Alexandri & Urbani Quarti. Præ cunctis, suppresso tamen præcepto obedientiæ, de quo non fit mentio in priuilegijs antelatis.

Qui dicatur periti.

2 Nomine autem peritorum, ut dicit Archidiaconus super c. Vt commissi. in verbo, peritos, intelligit Theologos, Canonistas, & Legistas.

COMMENT. CXXXVI.

**A**bsoluta tractatione de testibus, disputationem de peritis, quos Inquisitores possunt aduocare, aggreditur Emericus: ac primum, an possint aduocari querit, & posse docet.

De materia questionis quæ differuerint.

Et hoc ipsum priuilegiu de cõuocandis peritis, ut assistat Inquisitorib. in causis fidei quoties fuerint requisiti, adnotant Archidiaconus, Ioan. And. Geminianus, Franchus, & alij, in c. vt commissi. de heret. lib. 6. Bernard. Comensis in lucerna verbo, inquisitor. §. 21. Gondissalvus tract. de heret. q. 15. nu. 1. Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 10. Albertinus in cap. quoniam. de heret. lib. 6. q. 10. & alij plerique, quos in re manifesta libenter omitto.

Cur inquisitoribus concessu, ut possint aduocare peritos.

Cur autem inquisitoribus concessum fuerit, ut peritos quoslibet possent aduocare, ut sibi consilium præbeant in sententijs ferendis, docet Auctor Repertorij Inquisitoru verbo, inquisitores. §. quæ est ratio. dicens propierea id factum fuisse, quoniã cum Inquisitores essent Fratres religiosi, in theologia solum periti, iuramentum ignorabãt: & quia in ordine iudiciario facile poterãt decipi, & propterea ab soluere damnandos, & damnare absoluenos; ideo factum ut peritos consulerent, & ad consulendũ, si opus esset, compellerent. inde quoq; factum, ut processus deberent cum Episcopis communicare.

Periti semp aduocandi.

Ceterum quauis hodie inquisitores sint iurisperiti ut in Hispania, eosdem nihilominus peritos uocare possunt, ac debent: in primis uero theologos, quorum est propositiõnum gradus & qualitates expẽdere: quia, Vbi multa consilia, ibi salus, Pro uerb. c. 11. & c. 24. Et recte protulit Marc. Cicero lib. 1. de officijs, dicens: Nec uero alienu est ad eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, uel etiam iurisperitos; & quid de utroque genere officij placeat, exquirere. hæc ille.

Periti quando aduocandi.

Hoc etiã ipsum passim leges admonent. l. vlt. c. de fideicom. l. 3. de ingen. manu. l. 8. §. sed iure. ff. de iuris & facti ignoran. c. de quibus. 20. d. simet.

Periti uero, ut placet Conrado Bruno præcitato loco, non modo cum ferenda est sententia condennatoria, sed etiam in absolutoria uocandi sunt, cui libenter subscribo: item adiungo, non modo uocandos quo tempore sententiæ ferenda sunt, uerum etiam quoties in alijs iudicij actis occurrit aliqua difficultas, uel circa testes, uel circa delatos, aut in alijs quibuscunq; articulis: quod indicant non obscure illa textus uerba, in d. cap. vt commissi. de heret. lib. 6. uidelicet, aduocandi, &c.

QVAESTIO LXXVIII.

An de consilio peritoru ferenda sit ab Episcopo & Inquisitore sententia.

**S**epuagesima octaua quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor teneantur procedere ad sententiam uel condemnationem de prædictorum consilio peritorum?

Respondemus q; sic; ut patet in c. Statuta. §. iu. Relat. super bemus. de hereticis. lib. 6. ubi dicitur sic; iubeamus, & infra: Sive Episcopus sive Inquisitores processerint, ali quibus alijs personis prouidis & honestis, iurisq; peritis (quas ad hoc uocari, & eis per totum processum, super quo deliberandum est se riõse manifestari ac integraliter explicari, & de ipsorum consilio, ad sententiam uel condemnationem procedi uolumus) exprimentur.

COMMENT. CXXXVII.

**I**n hac quaestione, ac in tota etiã hac tractatione de aduocandis peritis, ut de eoru consilio ad sententiã procedatur, illa occurrit præcipua difficultas, hoc loco a me breuiter, & necessario diluenda. An Inquisitores teneantur necessariõ sequi peritorum consilium; an uero sit eis liberum, postquam auerint peritorum sententias, statuere quod ipsi uisum fuerit statuendum; quamquam aut contrariũ sit aut diuersum ab eo quod periti senserunt.

In hac cõtrouersia Albertinus, qui ceteris suis hæc quaestione disputauit in c. quoniã. de heret. lib. 6. q. 10. & tract. de agnos. assertio. q. 26. post multas cõclusiones nu. 11. & seq. adẽ concludit, quod si à lege, canone, uel statuto dicatur, ut aliquid fiat de consilio, uel ex consilio alicuius, tale consiliu omnino requirendum est, & sequendum, ac ei statum, & actus in contrarium celebratus est nullus. cum itaque in causa heresis in beat Romanus Pontifex, ut de peritoru seu cõsultorum cõsiliu ad sententiam procedatur. c. fin. §. iubemus. de heret. lib. 6. consequitur omnino, ut sit liberum Inquisitoribus ab eorum consilio recedere, nec aliud statuere quã periti definerint, id quod nititur probare fortassis Iustis infirmis rationibus, quas prudens omitto: quia breuitati studeo, & institutum est mihi certiora tradere, tutiora, & communiora, ut sepe admonui: in eandem sententiam ferri uidetur non obscure hoc loco Emericus, & in principio quaestionis sequentis: & Archidiaconus in c. vt commissi. de heret. lib. 6. in verbo, consilio.

Ceterum, quidquid illi senserint in hoc articulo, ita statuo: inquisitores non debent necessario sequi peritorum aduocatorum, seu cõsultorum consilia, quoniam eorum suffragia, & (ut uulgo loquimur) uota nõ sunt decisina, sed solum consultiua. Primu, quoniam consiliu nõ est de substantia actus. Bald. in l. §. necessitate. C. de bonis quæ lib. nu. 24.

Ab hæc, cõsultores huiusmodi & periti in causa heresi nullam habent iurisdictionem ordinariam, aut delegatam, iuxta doctrinã Bartoli in l. 1. de offic. assessor. & Baldi & Decij in c. si pro debilitate. extra de offic. delegati. et notat plene Iaf. in l. omne officium. nu. 16. ff. de off. assessor. eorum ergo cõsiliu non est necessario sequendum.

Postremo, cõsiliu illius, qui nõ est particeps officij, aut potestatis illius iudicij, cui dat cõsiliu, sufficit si requiratur, ut pulchre docet Ancharanus in c.



in c. si ad Episcopum. notab. 8. vers. circa secundū. in fine. ne sede vacante. lib. 6. tales autē esse peritos & consultores in hac causa manifestum est: eorum itaque suffragia, vt ibidem concludit Ancharanus de vrbantate, non de necessitate sequenda sunt. & hanc sententiā videtur sequi Locatus in opere iudiciali verbo, consiliam, nu. 5. quā proficitur apertius Campegius apud Zanchinum c. 15. & probat late aduersus Albertinum Ioannes Roias tract. de heret. par. 1. nu. 409. & multis sequentibus.

Et in Hispania quidē hęc sententiā obrinet, vt cōsultorū suffragia decisina non sint; quā definita esse videtur per Madrilianā instructionē anni Domini MDLXI. c. 66. vbi cū Episcopus & Inquisitor cōueniunt, eorū sententiā stādum esse decernitur, quāuis cōsultores numero plures contrariam profiteantur. eius instructionis verba à nobis latine reddita ita habent: In omnibus casibus, in quibus cōtingit discordia sententiarū seu opinionum inter Inquisitores & Ordinarium, vel aliquem ipsorum, vel in definitione causā, aut in quolibet alio actu, vel sententiā interlocutoria, causā ad Senatum mitti debet; sed si Inquisitores & Ordinarius fuerint conformes, quamuis cōsultores discrepent, & sint numero plures, decretum Inquisitorum & Ordinarij executioni mandetur. hactenus ibi.

Quamquam autem hęc vera sint, & firmis munita rationibus, non propterea censeo liberrimum debere esse Inquisitorum arbitrium in statuendo quod sibi libuerit, quamuis ab opinione peritorum discrepet: cum enim negotium fidei grauisimum sit, non modo in ferendis sententijs, vt in superioribus dicebam, verum etiam in alijs grauib; totius iudicij actibus, consultius erit & tutius nusquam discedere à peritorum suffragijs; nam si quandoq; contingeret Inquisitores audacius vti ea potestate & libertate, facile possent errare, & per imprudentiam committere id, quod vel in fidei, vel in reorum detrimentum vereretur.

Iam ista libertas Inquisitorum de non sequendis necessario peritorum suffragijs, facilius vsurpari potest illis, qui constituti sunt iuris peritissimi: nam hoc porissimum casu cōsultorum suffragia cōsultina erunt non decisina: & plane hoc iure vtimur vt consultina solum sint.

Cum vero Inquisitores Theologi fuerint creati, in his quę ad ordinem iudicium spectant, si dubia occurrāt, nō sequi peritorum suffragia, nec pruden- dens nec tutum crederem. Quomodo enim iurisconsultos Theologos in causis fidei assentire oportet in notandis propositionibus hereticis & catholicis, & earum qualitatibus expendendis: ita vice versa theologos iurisperitis obtemperare conuenit in capturis reorum decernendis, in indicij aditorem apertis, in restim dicitis admittendis aut repellendis, indicijs dādis, appellationib; admittendis aut resurādīs, in sententijs interlocutorijs & diffinitiujs ferendis, & denique in toto ordine iudicij obseruando: hęc enim Theologi ab iurisperitis petere debent. Albertinus in cap. quoniam. de heret. lib. 6. q. 10. num. 17. quod & verum est.

Tunc etiā à peritorū suffragijs nō esset tutū recedere, cū questio, de qua agitur, nimis est ardua et

A difficilis, aut propter facti cōtingentiā: aut ob varias & pugnātes Doctorū sententijs: tunc enim eos peritorū suffragijs obtemperare debere putarē: tamen si cum huiusmodi casus incidunt, supremum Senatum consulere tutius sit, vt alibi plene ostendimus.

Postremo illud monebo, inquisitores hereticæ prauitatis punitione dignos esse, si vel suo vel cōsultorum cōsilio ducti in definiendis fidei causis errauerint: neque enim peritorum suffragia eos omnino excusabunt. l. quidam decedens. pater. ff. de excusat. tuto. Bart. in l. si cōuenerit. nu. ff. de re iudicata. & ratio est, quoniam apud se debuerant deliberare, an illud cōsiliū expediret. l. 2. §. si. ff. mād. cōsiliū enim alterius neminem cogit ad illud sequendum. cap. cum olim. de arbit.

Et quamuis hęc ita se habeāt, vix hodie possunt errare, cū nō vnus aut alter peritus adhibeatur, sed plures, & in arduis supremū Senatū consulere debeāt veruntamen hęc omnino persuadēt, vt inquisitores suo labore, & industria, & studio curēt, penitus singula fidei negotia, & quidquid ad suū officium spectat intelligere: nec fiant desides & negligēs sub hac spe, quod cōsultores habeant & peritos, in quos laborem reiciant: meminerint illius dicti Quinti Mutij reprehendētis Seniū Sulpiciū in hęc verba: Turpe est patrio & nobili vito igno- rare ius, in quo uerfatur. l. 2. ff. de origine iuris.

Petitorū Cuf fragia nō ex culant inquisi- torem er- rantem.

Q V A E S T I O L X X I X.

An processus totus Iuris peritus expli- cari debeat.



Septuagesimā nona questio est: Vtū Episcopus & inquisitor coram praedictis peritis de quorum cōsilio est ad sententiā procedendum, teneatur totum processum eis integraliter explicare, uel sufficiat eis explicare summarie, in substantia & effectu?

Respondemus q; integraliter & perfectē, ut patet in c. Statuta. §. iubemus. de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: iubemus & infra: Secreto coram dicecesano Episcopo, uel eo absente ipsius Vicario, quando inquisitores procedunt: quando uero procedit Episcopus coram inquisitoribus: Si haberi commode possit copia eorundem, ac nihilominus siue Episcopus siue inquisitores processerint, aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc uocari, & eis per totum processum super quo deliberandum est, seriose manifestari, ac integraliter explicari, & de ipsorum cōsilio ad sententiā uel condemnationem procedi uolumus) exprimentur, & cetera.

Processus totus iurisperitis explicandus. Supra pag. III.

C O M M E N T. C X X V I I I.

Emericus apertis fere semper canonum definitionibus nitens, in hac questione nūm axioma constituit, videlicet, Peritis, quos inquisitores aduocant, totum reorum processum integre esse communicandum.



Peritis tot  
processus in  
regre expli-  
gandus.

Huius axiomatis ratio in promptu est: quoniam A  
nisi periti intelligerent integre & perfecte coram  
causam, non possent perfecte consulere, neque incor-  
ruptum ferre iudicium, cum nemo de incognitis re-  
tum iudicium facere possit.

Rursus, cum de eorum consilia sit ad sententiã  
pronuntiandam deueniendum, ne fortassis ob non  
visum processum minus bene consulant, & in seren-  
da sententiã erretur, iustum est ut eis integre to-  
tus processus explicetur. & cum Emerico sentit  
Bernardus in lucerna, verbo, inquisitor. §. 21.

### Q V A E S T I O LXXX.

#### An testium nomina sint consultori- bus manifestanda.

**C**tuagesima questio est: Vtrum Episco-  
pus & inquisitor teneantur coram præ-  
dictis peritis, de quorum consilio est ad  
sententiam procedendum, deferentium & testifi-  
cantium nomina publicare?

Et ar. supra  
pag. 111.

Respondemus quod sic; ut patet in alleg. c. Statu-  
ta. §. iubemus. vbi exposito & mandato, quod no-  
mina deferentium & testium coram de iuris non  
publicentur, sequitur sic: Sed secreto coram dice-  
cesano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario,  
quando inquisitores procedunt; quando vero pro-  
cedit Episcopus coram inquisitoribus, si haberi  
commode possit copia eorundem: ac nihilomi-  
nus siue Episcopus siue inquisitores processerint,  
aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iuril-  
que peritis (quas ad hoc uocari & eis per totum  
processum, super quo deliberandũ est, seriose ma-  
nifestari ac integraliter explicari; & de ipsorum con-  
silio ad sententiam vel condemnationem proce-  
di volumus) exprimentur: sicque non obstante,  
quod illis contra quos huiusmodi de posuerunt, no-  
mina ipsorum non fuerint publicata. Adhibea-  
tur ad cognitionem iudicis instruendam plena fi-  
des depositionibus testium eorundem.

### COMMENT. CXXXIX.

**I**n hac questione Emericus unicum item pro-  
ponit axioma, nempe, nomina testium peritis  
seu consultoribus esse explicanda.

In hoc autem axioma maior est dubitatio, quã  
in eo, quod proxime superiori questione proposi-  
tum est; quia non videtur necessarium explicari.

Primum quoniam absque tali nominum publi-  
catione, aut notitia recte consulere possunt.

Deinde quia ita plane contendunt faciendum vi-  
ri docti, inter quos est Campegius apud Zanchi-  
num cap. 15.

Postremo, tuta & laudabili inquisitionũ consue-  
tudinẽ receptam videtur, ne consultoribus testium  
nomina publicentur: sed absque nominibus proces-  
sus soli eis dantur super quibus consulere debent,  
neque ab hac consuetudine est recedendum.

Inquisitorum tamen partes erunt notare testiũ  
qualitates, ut si religiosi, si periti, si graues fuerint,

& probati, aut contra, si minus probati, si plebei,  
& pauperes, si iuuenes, si imperiti, aut similes, ut  
his qualitatibus in genere cognitis, facilius intelli-  
gant periti quantum sit dictis singulorum tribuen-  
dum, aut contra deprehendendum.

Sed de nominibus delatorum nihil docuit Eyme-  
ricus, an videlicet reorum nomina peritis debeant  
explicari, & verius videtur, ac tutius est, ut nec  
reorum nomina peritis publicentur.

Verumtamen illud addiderim, quod si quandoq;  
videatur necessarium, vel testium, vel reorum no-  
mina peritis explicare, ut cum probabiliter time-  
tur testes inimicos esse reo: tunc si periti utroque  
cognoscant, quia melius scire possunt, an sint vel fue-  
rint inuicem inimici necne; non foret iniustum hoc  
casu & testium & delatorum seu reorum nomina  
consultoribus, aut etiam si opus fuerit, alijs probis  
viris explicare, iuxta consilium Emerici par. 3.  
tit. de sex modis tradendi copiam processus. num.  
119. §. sextus modus est de quo ibidem dixi.

Ne autem consultores temere hoc casu re-  
stes vel delatos iudicent, aut per iuramentum, aut  
per sententiam excommunicationis constringi pos-  
sunt, ac debent, ut secretum teneant, ita Eyme-  
ricus præcitato loco, & Bernardus Comensis in Lu-  
cerna, verbo, Inquisitor. §. 21.

Et profecto grauissimum est scelus in causis præ-  
sertim arduis secretum reuelare, ut optime docet  
Aegidius Roscius tit. de carcerato fidei iuribus  
committendo. nu. 30. vers. Et si tu senator fueris.

Quamuis autem periti huiusmodi specialiter  
tunc non iurarent custodire secretum, adhuc tamen  
ad illud obseruandum obligantur, propter multas  
leges iubentes ne causa fidei propalantur ob peri-  
culum ingens, quod inde nasci potest, quod si non iu-  
rati propalauerint, extra ordinem puniri possunt  
per Inquisitores: decuit enim eos id secretum ser-  
uare, quod leges iuste iubent.

Si vero per malitiam reuelarent, illis præsertim  
qui impedire possent fidei negotium, aut alias cau-  
se obesse, tales quidem secreti reuelatores, reu-  
elatores sancti officij puniri possunt, magis quã-  
dem vel minus, pro culpa & qualitate, secundum  
quam pena mensura imponenda est.

### Q V A E S T I O LXXXI.

#### An Episcopus & Inquisitor possint secretum indicere consul- toribus.

**C**tuagesima prima questio est: Vtrum  
Episcopus & Inquisitor quando præ-  
dictis peritis deferentium nomina &  
testificantium publicabunt, possint  
eis secretum indicere, quatenus illo-  
rum nomina non reuelent, ac in eos sententiam  
excommunicationis ferre si reuelauerint?

Respondemus quod sic, iuxta alleg. Statuta. §.  
& ut eorundem. vbi dicitur sic: Et ut eorundem ac-  
cusatorum & testiũ periculis efficacius occurrat-  
ur, & cautius in inquisitionis negotio præcedatur,  
præsentis



presentis constitutionis auctoritate permittimus, quod Episcopus vel Inquisitorum secretum possint indicare illis, quibus (vt promissum est) processum huiusmodi explicabunt: ut in eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo uel Inquisitoribus patefacta prater eorum licentiã alijs patefecerint, excoicationis sententiam, quam ex secreti uiolatione ipso facto incurrant, si eis expedire uidebitur, promulgare.

COMMENT. CXXX.

**E**xplorati iuris est id de quo querit hic Eymeri *Ecus*: potest enim Episcopus & Inquisitor indicare silentium consultoribus, etiam sub pena excommunicationis, vt super questione proxime precedenti dictum est; idem docet Repertorium Inquisitorum, verbo, secretum. & Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum, verbo, Inquisitor. §. 21. & quam sit ingens scelus secreta reuelare, explicat Aegidius Bossius, eo loco, quem superiori commentario indicavi. eum uideo.

QVAESTIO LXXXII.

An Episcopus & Inquisitor possint se mutuo excommunicare ob indictum secretum.

**Q**uagesima secunda quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor praedictis peritis excommunicationis sententiam iniungendo quatenus nomina deferentium aut testificantium nõ reuelent, possint se excommunicare mutuo hac de causa, etiam ne reuelent?

Respondemus q̄ non, vt in alleg. c. Statuta. §. Et ut eorundem de haeret. lib. 6. unde ibi concessio quod possint peritos excommunicare hac de causa, ut est dictum quaest. proxima, statim sequitur ita: Sic tamen q̄ Inquisitores Episcopum, uel Episcopus Inquisitores non excommunicent hac de causa.

COMMENT. CXXXI.

**I**udices fidei alter alterum excommunicare non potest, iuxta tradita hic ab auctore. Haec assertio ratione non caret, nam si se mutuo excommunicarent, id fidei negotijs proculdubio obesser. Et hoc prorsus spectare uidetur priuilegium concessum Inquisitoribus ab Urbano 1111. in extrauag. incip. Ne Inquisitionis negotium, quam retulit Eymericus supra, par. 2. in qua sancitum est, ne Inquisitor & eius notary, excommunicari possint a delegatis sedis Apostolicae, adde Syluestrum in summa, verbo, haeresis. 2. q. 8. Certa hac spectantia dicam in questione proxime sequenti.

QVAESTIO LXXXIII.

An Episcopus & Inquisitor teneatur ad secretum quod alijs indicunt.

**Q**uagesima tertia quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor indicentes praedictis secretum, de non reuelando nomina deferentium seu testificantium per sententiam

A excommunicationis lata, ipsi etiam Episcopus & Inquisitor ad secretum huiusmodi arceantur? Respondemus q̄ sic, ut patet in alleg. c. Statuta. §. & vt eorundem de haeret. lib. 6. Vnde prohibito ibi, quod Episcopus & Inquisitor non possunt se excommunicare mutuo hac ex causa, ut dictum est supra quaest. proxima, de Episcopo & Inquisitore, sequitur sic: Sed Episcopi ex iniuncto ex nunc a nobis sub uirtute sanctae obedientiae districto precepto, ad secretum huiusmodi teneantur.

COMMENT. CXXXII.

**Q**uamuis se mutuo Episcopus et Inquisitor ob secretum custodiendum in causis fidei, excommunicare non possint, ut proxime dictum est, nihilominus tamen ad illud obseruandum in uirtute obedientiae ex districto Papa precepto obligantur; quod equidem ratione non caret: quemadmodum enim graui incommoda consequi possunt ex huiusmodi secreti uiolatione, cum periti & consultores reuelarent, eadem nascerentur si Episcopus, aut Inquisitores manifestarent.

Ergo si Episcopus & Inquisitores extra casus sibi à iure concessos & permisos, & negotijs fidei necessarios, reuelarent, aut testes, aut delatos, aut denuntiatores, & accusatores, uel alia sacri officij secreta, quamuis ipso iure excommunicati non essent; quoniam hoc nullo iure (quod ego sciam) cautum inuenitur: tamen mortaliter peccarent, quia sibi districte iniungitur a Papa sub uirtute sanctae obedientiae ne reuelent; essent enim iusta & legitima legis transgressores, facere autem in materia graui contra iustam & legitimam legem; nulla rationabili causa urgente, uel excusante leuialis est culpa, vt uno ore fateantur Theologi, quos sequuntur Canonistae, & ceteri beneficentientes, atque hoc est in hac causa diligentissime obseruandum.

Episcopi & Inquisitores reuelantes secretum extra casus permisos mortaliter peccant.

DE STATVTIS ET CONSTITUTIONIBUS PRO OFFICIO INQUISITIONIS.

QVAESTIO LXXXIII.

An priora indulta & priuilegia Inquisitoribus data, sint per posteriores constitutiones reuocata.

**Q**uagesima quarta quaestio est: Vtrum Inquisitoribus Apostolica priuilegia, indulta, constitutiones, & ordinationes, seu ad consultata responsiones factae per sedem Apostolicam, sint per constitutiones postmodum factas, de quibus habetur in 6. Decretalium, & in Clemen. tit. de haeret. simpliciter reuocata?

Respondemus quod non nisi in his, in quibus obuiant constitutionibus antedictis: ut patet in c. fin. Statuta. de haeret. lib. 6. ubi in fine dicitur sic: Constitutiones uero, ordinationes, & mandata alia praede-

Relat. supra pag. 111.



prædecessorum nostrorum, in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus superscriptis super eadem editis prauitate non obuiant, in suo uoluntate robore permanere.

In c. multorum, de hære. in Clem. in fi. dicitur sic: Alia sanè, quæ circa præmissum inquisitionis officium, à nostris sunt prædecessoribus instituta (quatenus præsentis decreto non obuiant) facti approbatione concilij reborata, in sua uoluntate firmitate manere.

## COMMENT. CXXXIII.

**V**erissime concludit hoc loco Eymericus constitutiones, & ordinationes Apostolicas contra hæreticam prauitatem editas, nõ esse per alias posteriores reuocatas: hoc enim fauore fidei ita constitutuere oportuit. per leges quoque; civiles idem sancitum est ut apparet in l. Arriani. C. de hære.

Occasione huius quæstionis agendum nobis hoc loco erat de uirtute, & robore extrauagantium uarijs temporibus per diuersos Romanos Pontifices editarum in negotio sanctissimæ Inquisitionis: Ceterum cum in fine huius operis hanc disputationem habuerimus, locum ubi de his agimus, indica se sit satis, ne eadem sæpius reperiita lectoris animum onerent.

## QVÆSTIO LXXXV.

An Episcopus, & Inquisitor simul interpretari possint statuta contra hæreticos edita.



**Q**uæstima quinta quæstio est: Vtrum Inquisitor cum Episcopo, uel eius Vicario, possit statuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita, interpretari, si & quando circa ea ambigua oriuntur?

Respondemus quod sic; ut patet in litteris Apostolicis prædictis l. iij. tenoris sequentis: Cum negotium fidei catholice aduersus hæreticam prauitatis errores uobis, ut uestra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes uincam Domini, sub certa forma per alias litteras duxerimus committendum; ut commissum uobis ad Apostolica sede tam salubre ac utile ministerium exequi liberius, ac exercere possitis efficacius, in hac parte interpretandi statuta ecclesiastica, & secularia contra hæreticos edita, & hæreticorum filios, & nepotes, erentium quoque, fautorum, defensorum, & receptorum ipsorum, dignitatibus, personaribus, & honoribus quibuscunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & publicis officijs; & infra. liberam uobis auctoritate præsentium concedimus potestatem.

In litteris uero Apostolicis Alexandri iij. habetur sic: Vt commissum uobis inquisitionis officium contra prauitatem hæreticam efficacius, & liberalius exequi ualeatis, interpretandi, uel declarandi unã cum diocesani locorum, in quibus est idem officium uobis commissum, uel ipsorum Vicarijs, tum diocelanos abesse contigerit, statuta

contra hæreticos credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita quoties in eis apparuerit aliquid ambiguum, uel obscurum; & infra. uobis auctoritate præsentium concedimus facultatem.

## COMMENT. CXXXIII.

**H**oc insigne priuilegium in fauorem fidei Inquisitoribus tributum est. Cum enim multæ quotidie in penis hæreticorum, & causis fidei oriantur dubitationes, quæ non sunt plenè & apertè per leges declaratas; sunt enim plura negotia quam leges: suntque plures articuli negotiorum, & dubiorum, quam sanctiones: propterea, ne foret necesse in singulis dubijs Pontifici Romanum cõsultare, salubriter cautum est, ut leges in hæreticos editas possent Inquisitores interpretari. exempla passim occurrunt, quæ libenter hic gratia breuitatis omittimus; unum esset potest illud, cuius meminimus supra in hac 3. parte, num. 34. tit. de forma aggrauandi officiales. §. quoniam uero.

Huius autem priuilegij mentionem faciunt Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 39. Campesius apud Zanchinum cap. 16. versic. rursus arbitrium iudicis. Locutus in opere iudiciali, verbo, interpretari, & verbo, statuta Ioannes Royas tract. de bar. par. 1. nu. 426. & alij.

Iam quantum spectat ad rescriptum Innocentij iij. quod hic citat Eymericus, id nondum uidemus authenticum. alterum uero Alexandri iij. quod refert in fine quæstionis, uidimus authenticum in bibliotheca Illustrissimi Card. Felici + Peretti, allatum ex Assisio; eratque missum Fratris ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticam prauitatis. Datum Anagnini. x. Calen. Decemb. Pontificatus sui anno iij.

## QVÆSTIO LXXXVI.

An Inquisitor per se possit in uerbis ambiguis interpretari dicta statuta.



**Q**uæstima sexta quæstio est: Vtrum Inquisitor sine Episcopo, & eius Vicario possit statuta edita contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, interpretari, si circa ea dubia oriuntur?

Respondemus quod sic; ut patet in litteris Apostolicis Alexandri iij. Præ cunctis, ubi habetur sic: Præ cunctis, & infra. Nec non interpretandi statuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita, quoties in eis apparuerit aliquid ambiguum, uel obscurum; & infra. auctoritate præsentium concedimus facultatem.

## COMMENT. CXXXV.

**H**oc priuilegium amplius est, & patentius: libere enim concedit Eymericus solum Inquisitor posse interpretari statuta dubia, seu uerba statutorum ambigua, reperia in statutis, editis contra hæreticos.

Ceterum,

Relat. supra pag. 136.

Inquisitor cum Episcopo potest interpretari statuta contra hæreticos edita.







tract. de heret. par. 2. de privilegijs Inquisitorum nu. 440. id Inquisitores posse asserit, additq; ita tenere Lapum & Geminianum in c. fi. §. statuto. de heret. li. 6. quod optime, inquit, explicat Gondissalvus tract. de heret. q. 23. nu. 6.

Veruntamen Doctor hic, alioquin doctus & religiosus, valde decipitur: nam quos ille citat, contrarium sentiunt omnino. neque id dicunt in c. fi. de heret. sed in c. 2. §. statuto. de consuetu. lib. 6. quo loco Geminiani verba in codice nostro nu. 8. versi. an autem Inquisitores ita habent: An autem Inquisitores heretica prauitatis possint facere statuta? tenet hic Lapus q; nō, quia sunt delegati, ut notatur de heret. in 6. c. ne aliqui. & c. per hoc. sed delegatus statuta facere non potest, ut notat Innocentius in c. pro illo. de praben. ergo; & c. hactenus Geminianus, quem nullis fere mutatis sequitur Gondissalvus in dicto tracta. de heret. q. 23. nu. 6. non me praeterit in vetustis quibusdam Geminiani exemplaribus paulo aliter concipi supradicta verba; eadem tamen est sententia. sentiunt ergo praefati aper-

Geminiani  
verba.

supra  
c. 2. §. 1.  
de consuetu.  
lib. 6.

tissime, Inquisitores non posse condere statuta.

Cum ergo paulo diligentius hac essem intuitus, existimari fortassis non fore absurdum dicere, Inquisitoribus competere hanc potestatem. Primum n. explorati iuris est. Episcopus in sua diocesi statuta condere posse, per textum in dicto c. 2. iuncta glossam in verbo, statuto. ubi communiter Doctores. de consuetu. lib. 6. poterunt ergo condere statuta contra hereticos; nam si possunt in blasphemos, & sortilegos & similes peccatores noua statuta Episcopi constituere, ut ab his sceleribus acerbitate penarum homines auocentur; profecto multo magis id poterunt contra hereticos, cum grauius ceteris delinquant, & Inquisitor in causa heresis aut maiorem, aut saltem aequalē habet cū Episcopis iurisdictionē, poterunt ergo simili modo noua statuta condere contra hereticos, quibus augeat penas in eos.

Ad hac, paucis antea diebus quam haec scriberemus incidimus in vetustum & authenticum rescriptum Innocentij iij. quod extat in Archiepiscopo inquisitionis Bononiensis, & incipit: Orthodoxae fidei: quod curauimus imprimendum inter litteras Apostolicas in fine huius operis. quo videtur divini proposita difficultas, doceriq; posse inquisitores statuta condere: nam inter cetera Romanus Pontifex iubet omnibus magistratibus, ut inquisitorum statuta, & sua contra hereticos obseruent, in hac uerba: Considerates attente, quod iurisdictione eorum (scilicet inquisitorum) quod fuerit plenior in hac parte, eō magis esse poterit fructuosa: volumus & nostris sibi damus litteris in mandatis, ut uos monere procurent ac inducere diligenter, ut statuta ipsorum, & alia ecclesiastica & saecularia edita contra hereticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, & c. seruetis & faciatis irrefragabiliter obseruari, haec ibi, quo loco notanda sunt illa uerba: statuta ipsorum.

Ex his facile inducor ad credendum, posse inquisitores huiusmodi noua statuta condere, idq; iuxta uarietatem casuum accidentium, uel propter frequentiam hereticorum, uel propter alias causas, quas fert humana conditio, ut acerbitate penarū ab eis deli-

ctis committendis homines auocentur; quamquam illud sentiam, hoc casu consultius esse facturos, si Episcoporum consilium adhibeant, ut res tam grauis maturius transigatur: uel, quod tutius est, supremum sacrosanctae & generalis Romanae inquisitionis Senatorem consulant, à quo in rebus grauibus in hac fidei causa nusquam discedendum arbitror.

Illud tamen obseruandum est, nedum huiusmodi pena augeatur contra hereticos, aliquid committatur iniustum, incautum, aut contra ius & rationem: nam fauor fidei non tribuit hanc facultatem, itaque cauendum est, ne dum ex vna parte fidei propagationem nituntur asserre, ex alia eius detrimentum inducant.

In penitentis aggrauandis & augeendis certum est inquisitores habere potestatem, ut docuit Emericus 3. p. nu. 194. §. item te sententia liter. & dixi plene supra in hac 3. par. super octauo modo terminandi processum fidei. §. retinentes nobis.

De principibus saecularibus quaesitum etiam est, an possint suis legibus penas contra hereticos latas, uelent contra suspectos de heresi augeat. in quo articulo fortassis quispiam diceret, id eis non licere, cum hoc crimen sit mere ecclesiasticum, in quo laici, nec directe, nec indirecte se intrromittere debent, c. ut inquisitionis. de heret. lib. 6. §. prohibemus.

Ceterum, obiter hac mihi tradenti (neque enim liberi loquens euagari, cum Emerici instituti aliud suadeat) uerius cum uideretur posse saeculares principes ex causa tales condere, quibus in hereticos & suspectos pena augeantur, aut iam latae leges aduersus eos, quae fortassis in suis ditionibus & dominis non custodiuntur, in usum reuocentur, & in uiridi obseruantia permanere iubeantur, atque uinā tales in Christiana re publica principes multi reperirentur; neq; n. res fidei in deterius laberentur, nec superioribus annis florētissima regna corrumpētur, & misere in haereses tetras & nefarias incidissent.

Possunt ergo mea quidem sententia talia statuta condere: neque hoc est intrromittere se de crimine ecclesiastico, sed fauore potius Ecclesiae, & incrementum fidei procurare: nam per eiusmodi statuta non auferunt proprijs iudicibus, uidelicet Episcopis & inquisitoribus, iurisdictionem: sed eam potius amplificat, inuuant, & amplius promouent: id quod esse debet principum saecularium propriū & peculiare minus, ut grauiter docuit Conradus Brunus lib. 3. de heret. cap. 9. & 10.

Postremo, Romani Pontifices principum saecularium leges & decreta aduersus hereticos & suspectos varijs temporibus edita, non modo non sustulerunt, aut abrogarunt, immo confirmarunt & inuolabiliter custodiri iusserunt, ut constat ex multis Pontificum rescriptis editis in Bullarum litterarum Apostolicarum, quod explicui copiose in disputatione de robore extrauagantium contra hereticos editarum: quod ipsum facturos crederem proculdubio & ceteros Romanos Pontifices, quoties uel catholici principes nunt, aut futuris temporibus, uel insignis aliqua re publica, uel ciuitas, uel minores reguli in suis dominis leges nouas condent; quibus commode haereses aut nasci impediuntur, aut iam natae facilius extirpentur.

Quod



Quod initio nascēris Lutheranicæ perfidiæ valde laudabiliter Brixia Italiae civitas catholica & illustris consecuta est: nam ad extirpandam Lutheri hæresim, quæ sese occulte insinuabat, præclarum & honorificum edidit statutum, quod Clemens VII. anno Domini MDXXVIII. & laudat & confirmavit: eius initium est: Placuit intelligere. quod etiam in fine huius operis inter litteras Apostolicas curavimus imprimendum.

Postest ergo exempli gratia saculares magistratus & Domini terrarum condere tale statutum, quodd iudgi vel alij infideles in suis terris commorantes, teneantur hæreticos accusare seu denunciare, aut alia huiusmodi multa.

Equidem sententiam hanc nõ obscure cõfirmare videtur Beatus Augustinus Epistola 48. ad Vincentium, ubi ita scribit; Scitiant Reges terræ Christo, etiam ferendo leges pro Christo, hæc ibi. & Epistola 50. ad Bonifacium, quo loco ait ita: Nã & tēporibus Prophetarū, omnes Reges, qui populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt & euerterunt super aliorum merita laudantur, hætenus Augustinus.

Illud præterea adiungo, quod si tanta esset iudicum ecclesiasticorum negligentia, ut iuxta Sanctiones canonicas, aut inquirere hereticos, aut eos punire, vel omittēret, vel omnino nollēt; tunc iudices saculares pie & iuste facerent, si ad extirpandos hereticos totis viribus, & conatu intēderent: immo vero omnino deberent ita facere, cum ad religionem defendendam penitus teneantur.

Tunc autem eorum statuta corruerent, at inuali da & nulla essent, cum in detrimētum fidei, & sancti officij impedimentum tenderent, c. Statutum de hæret. li. 2. & consuluit plene Paulus Parisius consil. 2. incip. Et si esse ludæum. vol. 4. nu. 104. & seq.

DE SUSPECTIS DE HÆRESI & DIFFAMATIS.

QVAESTIO LXXXVII.

An suspectus de hæresi cogi debeat abiurare.

**C**tuagesima septima quæstio est; Vtrum Episcopus & Inquisitor inspectum de hæresi debeant cogere hæresim abiurare?

Respondemus q̄ sic; ut patet in c. Excommunicamus itaque, § qui autem de hæret. ubi dicitur sic: Qui autem inveni fuerint sola suspitione notabiles: nisi iuxta considerationem suspitionis, qualitatemq; personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriuntur, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur: ita quod si per annum in excōicatione persisteant, ex tunc velut hæretici condemnentur. Et in c. Accusatus de hæret. lib. 6. dicitur ita: Accusatus de hæresi, vel suspectus, contra quem de

A hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si hæresim in iudicio abiuravit, postea committit in ipsa, cenferi debet quadam iuris fictione relapsus: licet ante abiurationem suam hæresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem levis & modica suspicio illa fuerit (quantum ex hoc sit gravius puiendus) non tamen debet in hæresim relapsum pena puniri.

COMMENT. CXXXVI.

**S**uspectos de hæresi abiurare debere explorati iuris est, ut evidenter probant leges canonice hoc loco ab Emerico allatæ. tradit vero hanc materiã idem Emericus copiose p. 2. q. 45. & 46. & de praxi agit. 3. par. in 4. 5. & 6. modo processum fidei terminandi. & in concilio Tarraconēsi. §. suspectus. de hæresi relato supra par. 2. & docet copiose Ioannes Royas singu. 1. Repertorium Inquisitorum. verbo, suspectus. Locatus in opere iudiciali verbo, suspicio. & alij varijs locis.

Nec refert, quantum ad hoc, an suspicio sit levis vel vehemēs; omnis enim suspicio debet abiurari, vel purgari, ut copiose traditur præcitatis locis: sed eleganter in concilio Tholosano. c. 11. & in concilio Biterrensi c. 31. & quidquid ad hunc locum de abiuratione spectat, copiose tractavi supra in hac 3. parte super quarto modo processum fidei terminandi.

QVAESTIO LXXXVIII.

An diffamatio de hæresi sit indicenda purgatio canonica.

**C**tuagesima octava quæstio est; Vtrum Episcopus & Inquisitor diffamato de hæresi debeant purgationem canonicam indicere?

Respondemus quod sic, iuxta c. excommunicamus itaque, extra de hæret. §. adijcimus. ubi dicitur sic; Adijcimus insuper, ut quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus, per se aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas bis, aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumbeat, & ibi tres, aut plures boni testimonij viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam iurare compellat, quod si quos ibidem hæreticos sciverit vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium, vita & moribus discedentes, eos episcopo studeat indicare. Ipse autem episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos, qui nisi se ab biecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè puniantur.

COMMENT. CXXXVII.

**N**on est ambigui iuris diffamatis de hæresi canonicam purgationem esse indicendam, quod probat textus quod Emericus hic utitur.

De diffamatis de hæresi copiose egit auctor supra p. 2. q. 57. & qualiter debeat se purgare, docuit parte

Suspecti de hæresi abiurare debent.

Quævis hæresis suspicio abiuranda.

Diffamati de hæresi debent se purgare.



parte 3. in 2. modo processum fidei terminandi. ad Repertorium Inquisitorum verbo, diffamatus.

Q V A E S T I O LXXIX.

Quot quibusque modis in iure quis censendus sit deprehensus in haeretica prauitate.



Truagesimanona quaestio est: Episcopus, & Inquisitor quot modis, & quibus debeant de iure habere aliquem manifeste pro deprehenso in haeretica prauitate?

Respondemus quod tribus, ut dicit Bernardus in glos. ordinata in c. Ad abolenda m. s. praesenti. & ver. deprehensus. extra de haeret. ubi habetur: Praesenti nihilominus ordinatione sancimus, ut quicumque fuerit manifeste in haeresi deprehensus, &c. dicit namque sic: Deprehensus. facti euidencia; puta, quia publice praedicat haeresim. ff. de ritu nup. Palam. §. vic. Vel legitima probatione; puta per testes: uel ex sua confessione.

Qui dicatur deprehensus in haeresi.

Et eiusdem Bernardi gl. in c. Excommunicamus, 2. super verbo, deprehensi. extra de haere. Si qui autem de praedictis postquam fuerint deprehensi, &c. dicit sic: Deprehensi. publice, ita quod notorium sit: uel etiam quia condemnati sunt.

Ad idem uidetur facere c. Super quibusdam, extra de uer. sign. ubi dicitur sic: Super quibusdam mandatorum articulis, & infra: Tua deuotio postulat a nobis, qui sint dicendi haeretici manifesti; Super quo tibi diximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos haereticos, qui contra fidem catholicam publice praedicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem; uel qui coram praelatis suis conuicti sunt, uel confessi, uel ab eis sententialiter condemnati super haeretica prauitate.

COMMENT. CXXXVIII.

In hac quaestione hoc breuiter obseruandum est, non esse putandum Emericum hoc loco perperam egisse deprehensus in haeretica prauitate, cum de illis iterum egerit nullis penes mutatis supra par. 2. q. 33. nam diuerso consilio varijs locis eandem disputationem inseruit: quod & tituli ipsi quaestionum facile indicant; nam parte 2. in primis quaerebat, qui essent dicendi haeretici manifesti; ut illis cognitis secretos, seu occultos haereticos cognoscere mus, in quibus erat maior difficultas: hic uero solum de manifestis agit, & quot modis qui de iure manifestus haereticus dicatur, magis ex professo declarat.

Cur Emericus eandem disputationem repetat.

Diuerfis rationibus eadem disputationes possunt repeti.

Neque est absurdum, sub diuersis rationibus diuersis locis uel in eodem uel in alio opere eandem quandoque repetere disputationes: nam & Aristotelem, & Platonem, & Galenum, & alios insignes philosophos scimus, easdem saepe repetuisse doctrinas: & Iurisperiti hoc idem sapissime non inepte faciunt: Pandectarum Architecti, ut obiter illud dicam, frequenter sub diuersis titulis eandem leges, eadem uerborum serie repetuerunt, ut copiosum ostendit Pandulphus Pratecius lib. 1. de media iurisprudencia.

Quantum uero ad hanc quaestionem attinet de manifestis haereticis, eam abunde declarat Albertinus trac. de agnos. assertio. q. 29. nu. 8. & multis seq. & nos breuiter explicauimus supra par. 2. super dicta. q. 33.

DE DEPREHENSIS in haeresi, sed poenitentibus.

Q V A E S T I O XC.

An deprehensus in haeresi & propter hoc captus, sit sub cautione dimittendus.

Nonagesima quaestio est: Vtrum Inquisitor deprehensum in haeretica prauitate, & ex hoc captum, possit licite tradere cautioni, uel manuleuare?

Respondemus quod non: nam uel est deprehensus propria confessione, uel non: si sic, & est impunitens, tradendus est curiae seculari ultimo supplicio ferendus, iuxta c. Ad abolendam. §. praesenti. de haere. si autem est poenitens, est in carcerem perpetuum tradendus, iuxta c. excommunicamus. haeret. non igitur cautioni dandus, uel liberandus. Si autem non, sed stat in negatiua, est ut impunitens tradendus potestati curiae secularis animaduersione debita puniendus, ut no. Host. in sum. tit. de haeret. §. qualiter deprehendantur.

COMMENT. CXXXIX.

Hae quaestio est ualde utilis, & a paucis in hac haeresi causa disputata. Emericus enim hoc loco tractat breuissime, quam eiusdem fere uerbis sequitur Repertorium Inquisitorum verbo, cautio. & Locutus in opere iudiciali verbo, captus. nu. 5. & verbo, Inquisitor. num. 25 & 26. & alij, quos mox subiiciam.

Est autem cautio, ut ait Cicero 4. Tusculana, prouidentia quadam, qua auerimus & uitamus ne quid mali nobis accidat. hinc Iurisperiti cautiones appellant fideiussiones, aut alias stipulationes, quibus nobis cauemus, hoc est, securos non reddimus, ut colligitur ex l. habere. §. cautio. ff. de uerb. sign. ubi ita scribit Paulus, Cautum intelligitur siue personae rebus siue cautum sit. haec ille. per personas fideiussores accipimus: per res autem pignora, ut optime eo loco Accursius interpretatur.

Cautio uero duae sunt species; nam quaedam est nuda. l. 2. §. quod si ff. de iudi. que & nuda seu simplex promissio nuncupatur. l. diuus. §. ff. de petito. haeredit. de qua non est sermo in hac quaestione. Altera est cautio idonea, ut cum fideiussor, uel pignora accepta sunt. l. si mandato. §. ff. de uerb. sign. & de hac loquitur auctor in hac quaest. quam uocat uoce Catalana, manuleuata: illi. n. fidei inbere, manuleuare: & fideiussionem manuleuata dicitur, de qua egit Emericus multis locis: primum hic ex professo, & 3. par. in septima cautela contra cauillas haereticorum fraudes, num. 105. & in eadem 3. par. in forma dandi apostolos negatiuos, num. 124. His



his postis, insitit auctoris in hac 3. parte est docere, nunquid Inquisitores reu. harescos in heretica prauitate deprehensum, iuxta doctrinam praecedentis questionis, possint de carceribus dimittere accepta fideiussione, & cautione de representando, aut intra certum tempus, aut toties quoties Inquisitori visum fuerit, & summa questionis est, talem nullo modo esse relaxandum, aut dimittendum de carceribus, idque ob rationes quas allegat, quas v. 79 & certae sunt, quas & precipitati sequuntur.

Hanc vero Emerici doctrinam confirmat Ioannes de Anania cons. 1. incip. Circa modum & ordinem. Bart. in l. 1. ff. de custodia reorum. Aegidius Bossius tit. de carcerato fideiussoribus committendo. Anto. Gomez to 3. varia. resolut. cap. 9. num. 8. & Julius Clarus in pract. crim. §. ff. que st. 46. versic. in hac aut materia, & Paulus Grillandus tract. de relaxatio. carceru. tit. de fideiussorib. reorum, dicit, res, reum alicuius criminis pro quo veniat imponenda poena corporalis, nullo modo datis aut acceptis fideiussoribus esse de carceribus relaxandum siue dimittendum, & hanc sententiam dicit communem Julius Clarus praecitato loco, quam probat non obsecure rexus in l. 3. ff. de custo. reorum, ibi: nisi tam graue scelus ipsum commisisse constet, vt nec fideiussoribus, nec militibus committi debeat. hac ibi, quod asserunt ibidem communiter Doctores, & ratio porissima est, quoniam fideiussores non possunt se obligare ad poenam corporalem, quare reus est plectendus, cum nemo sit dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad l. Aquilianam.

Sed quid si de facto index sub fideiussoribus dimisit eum qui plectendus erat poena corporali, & is reus aufugit, nec se praesentat, nec a fideiussoribus potest capi, vt iudici praesentetur, qua poena erunt afficiendi fideiussores? Respondeo, plectendos esse fideiussores non in corpore, sed in poena pecuniaria, ad quam se fideiubendo obligauerunt: si vero nullam certam poenam promiserint, quod raro contingit, plectendi etiam sunt in poena pecuniaria, sed arbitrio iudicantis, nisi consuetudo in tali casu, aut ciuitatis statutum certam poenam statueret. l. 4. ff. de custo. reorum. vbi Bartolus & communiter Doctores, Cynus, Salycetus, & alij, in l. penul. C. de cust. reorum, & alij quos refert & sequitur Antonius Gomez to. 3. varia. resolut. cap. 9. num. 8.

Hac vero communis doctrina de non relaxandis carceratis sub fideiussione, seu data cautione, maxime locum habet in seruis, & alijs vilibus hominibus: hi enim non relaxantur. fideiussori. l. 2. ff. de custo. reorum. l. lex Cornelia §. praeterea. ff. ad senatusconsultum Sylla, tradit Julius Clarus in pract. crimi. §. ff. q. 46. versic. & hac quidem.

Sed in supradictis aut nulla aut minor videtur dubitatio ob rationes praedictas: num autem aliquid quando in hoc tribunali locus sit relaxationi sub fideiussione, vel cautione, quod est cognitum maxime necessarium, breuiter est nunc inibi dicendum, & plane ex supradictis aperte consequitur, eos omnes posse relaxari, qui capti sunt pro delictis, pro quibus non venit imponenda poena corporalis, sed tantum pecuniaria, aut alia similis. l. 1. ff. de custo. reorum. vbi Bartolus, & communiter Doctores. l. 3.

A & 4. ff. eod. tit. l. si quis pro eo. §. ff. de fideiussoribus. l. eos. la primera. §. super his. C. de appellatio. & his locis Doctores, quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 9. num. 8.

Additq, Gomez adeo verum esse hoc casu, sub fideiussoribus, reu. esse relaxandum, quod si iudex nolit recipere fideiussores, sed reu. in carcere detinere, committit contra eu. crimen iniuriae: tenebitur inquit, in syndicato actione iniuriae, argumeto text. in l. si vero pro condemnato. §. 1. ff. qui satis dare coguntur. cuius verba sunt: Qui pro rei qualitate euidentissime locupletem, vel si dubitetur, approbatu fideiussorem iudicio sistendi causa non acceperit, iniuriarum actio aduersus eum esse potest. hac ibi.

B Hac tamen in alijs delictis & causis fiant: nam in hoc delicto cautius, quam in ceteris dimittendi sunt rei sub fideiussoribus, ergo hoc primum statuamus, curandū esse diligenter ab Inquisitoribus, vt quam cito & commode fieri potest, causa absoluatur, & reus debitā penitentiam excipiat, neque enim quicquam boni soler euacire ex tali liberatione & relaxatione de carceribus in hoc crimine.

Si tamen crimine liquidato, aut etiā p. dente processu, appereat reu. non esse culpabile eius delicti de quo imputatur, quod se pessime solet cōtinere, tunc relaxari poterit, per textum in l. 1. ff. de custo. & exhibitio reorum, ibi: Vel pro innocentia personae. tradit Julius Clarus, vbi multos refert in hac sententia, in pract. crim. §. ff. q. 46. vers. pariter etiā. & hoc tūc maxime fieri poterit, quādo Inquisitores nō sperarēt habere noua indicia, quod ille id crimine commiserit, de quo fuit imputatus: nā si noua indicia se facile habituros sperarent, dimittere eum non esset.

C Quod si hoc casu cū relaxatus est reus propter inopiā non inueniat, qui pro ipso fideiubeant, quasi tūc est, an possit relaxari praestita p. ipsum iuratoria cautione, & verius mihi videtur id posse fieri, & hac opinione testatur cōmunem Marsilius in repetitione rubricae de fideiussoribus. nu. 166. & seq. & hoc videtur mitius, ne carcerati quādoq; diu marcescant in carcere, diu fideiussores ob paupertatē nō inuenirent: quod & Julius Clarus laudat, in pract. crim. §. fin. q. 46. vers. sed quid agendum, in fine.

D Solent quādoq; in hoc tribunali Inquisitores viros illustres et magnos cōsignare militibus seu fidei custodibus, qui eos custodiant in aliquo loco tuto extra carceres, vel fideiussoribus, qui promittat reu. in aliquo loco tenere, vel quod tutius & frequentius sit, certum Palatium, aut domum ei statuere, vbi custodiatur, argumento l. 1. ff. de custo. reorum, ibi: Vel pro dignitate, eius, qui accusatur. tradit quoque Aegidius Bossius tit. de carcerato fideiussoribus committendo, nu. 4. sed hoc fortassis nō spectat ad priuatos Inquisitores deliberare, quemadmodū nec inconsulto supremo Senatu sancto Inquisitionis tales viros egregios capere, vt alibi diximus, quare in his superiores consulant, quod est tutius.

E Iam illud frequēter obrinet in hoc tribunali, vt cū reus leuiter deliquit, leuiter custodiatur: vnde pro qualitate criminū & psonarū possunt iudices inbere, nulla accepta fideiussione, nec reis in carcerē missis, vt reus domum suā vel alterius, vel ciuitatem cū suburbij pro carcere habeat, vt optime obseruauit

In hoc tribu nali rarius dimittendi rei sub fideiussoribus.

An relaxandus reus praestita fideiussoria cautione.

Viri illustres qualiter relaxandi.

Leuiter delinquentes qualiter custodiantur.



seruauit Simancas de catho. instir. tit. 16. nu. 5. Huc spectant quæ tradit Iulius Ciarus in pract. crim. S. fi. q. 46. in dubio autem.

Fidei iussores quando soluent penam, & cui sit applicandi.

Postremo, si fidei iussor quo tempore debuit reum consignare, non cõsignet, penam promissam soluet, eaque applicabitur fisco seu officio sanctæ Inquisitionis, atq; ita obseruat consuetudo, faciunt tradita per Bart. in l. si quis reum. num. 4. ff. de custo. reorum. quem Angelus & alij sequuntur.

Quo autem tempore fidei iussores incidant in penam promissam, copiose tradit Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 9. num. 9.

Cetera que in hac causa relaxationis traduntur à nostris iurecõsultis fortassis aut nihil aut parum cõferunt ad rem nostram; ideoque libenter omitto.

Q V A E S T I O X C I.

An deprehensus in hæresi, non relapsus, redire volens, ad abiurationem & misericordiam sit admittendus.



Nonagesima prima questio est; Vtrum Episcopus & Inquisitor deprehensum in hæretica prauitate, aliàs non relapsum, si resipiscat, ac resiliat ab errore, debeant admittere ad misericordiam hæresim abiurãdo, vel tradere brachio seculari animaduersione debita puniendum?

Hæretici penitentes nõ relapsi ad abiurationem admittuntur.

Respondemus quòd non est tradendus, nec relinquendus; sed ad misericordiam & abiurationem admittendus, vt patet in c. ad abolendam. §. presentis. extra de hæret. vbi dicitur sic: Presenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicumq; manifeste fuerit in hæresi deprehensus, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prerogatiua audeatur; & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, secularis relinquatur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus; nisi continuo post deprehensionem erroris ad fieri catholice unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis illius publice consenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur.

COM M E N T. C X L.

De materia huius questionis plene differuit Eymericus supra tertia parte, cum ageret de modis processum fidei terminandi: hic vero quasi summam colligens, regulam breuẽ præscribit dicens, Reducentes nõ relapsos admittendos esse ad misericordiam. de qua re plene Zachinus trat. de hæret. cap. 16. & ibi Campegius. Repertorium Inquisitorum verbo, penitentia, & verbo, rediens. Simancas de catho. instir. tit. 47. auctor innominatus tracta. de forma procedendi cõtra inquisitos de hæresi, in ru-

brica de redeuntibus, & conuersis. Paulus Grillandus tracta. de hæret. q. 6. & q. 7. & alij.

Redeuntium autem plures sunt species, vt abun- de indicauit supra par. 2. super q. 40. §. hæretici vero penitentes, & seq. vbi docui, quæ ad hanc questionem illustrandam spectant.

Plurimum vero refert cognoscere singulos redeuntes, quales sint, quomodo reuertantur: an statim, vel post longum tempus: an sponte ipsi accesserint ad confitendum, vel ab alijs fuerint denuntiati: an sint clerici vel laici: an periti vel ignari: an senes & arate consistentes; vel contra, pueri vel iuuenes, & imprudentes, aut alij huius generis vel alterius, vt iudices violata religionis iuxta cuiusque qualitatem penitentiam salutarem imponant; cum mitius sit agendum cum his, qui sponte reuertuntur, quàm cum illis qui coactè: mitius cum his qui statim, quàm cum illis qui post longum tempus, & similiter de reliquis.

In quo articulo quid sit obseruandum, nemo in genere luculentiùs præscripsit, quàm Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, q. 15. cap. 21. 22. & 23. in hæc verba: Quid vero iniungendum sit talibus, diffiniri non potest: quia committitur arbitrio iudicantium: & aliter cum simplicibus est agendum, quàm cum prudentibus: aliter cum clericis, quàm cum laicis: aliter cum prelatis, quàm cum seditis; & omnes circumstantiæ sunt notandæ de penit. dist. 5. cap. 1.

Quia tamen multi ex simplicitate in hæresim incidunt, credo multorum simplicitati parcendum, vt non excuset à toto, sed à tanto. 85. dist. tanta.

Credo etiam eos, qui fauerunt, vel receperunt sanguine coniunctos, mitius puniendos, sicut dicit lex elegantior. ff. de recepta. l. vlt. quamvis Magister Laurentius dicat contrariũ. argumẽto canon. 27. q. 1. de filia. hæc omnia dico, & scribo saluo Fratrum, & aliorum prudentum consilio meliori. hætenus. ille. cetera huc spectantia suis locis copiose tradidimus.

Q V A E S T I O X C I I.

An Episcopus & Inquisitor absoluerè possit ab excommunicatione hæreticum penitentem.



Nonagesima secunda questio est: Vtrum Episcopus, & Inquisitor taliter deprehensum in hæretica prauitate, sed post penitentem, & abiurantem, eundem possit absoluerè ab excommunicationis sententia, qua fuerit innodatus, iuxta c. Ad abolendam. in princ. & c. Excommunicamus. 1. & 2. de hæret.

Respondemus quòd sic, vt patet in cap. Vt officium. in princ. de hæret. lib. 6. ubi dicitur sic: Vt officium, & infra: Discretionis uestre per A postolica scripta mandamus, quatenus ubique in præta prouincia, simul vel separatim: aut singulariter (prout negotij utilitas suadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorũ: necrõ cõtra infamatos de hæresi, vel suspectos iuxta



juxta sanctiones canonicas (hominum metu diuino timori postposito) procedatis. Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, tedi re uoluerit ad Ecclesiæ unitatem; ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis.

COMMENT. CXLI.

**H**oc priuilegium est singulare: nam cum hæretici sint ipso iure excommunicati, & singulis amplius annis in quinta feria in Cæna Domini publice à summo Pontifice excommunicantur: nemo inferior poterat eos absolueri, nisi cui specialiter esset cõcessum: & tales sunt inquisitores: quod probat aperte rescriptum ab Eymérico allatum, quod est Clementis IIII. idem cauerat quadraginta fere

annis ante Clementem IIII. Gregorius Nonus rescripto incipiente: Ille humanigenis: in quo ita rescriptum est: Si uero aliqui hæretica labe penitus abiurata, ad Ecclesiasticam redire uoluerint unitatem, ipsis iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis quod talibus consuevit iniungi, hæc ibi. idem concessit Innocentius IIII. rescripto incipiente: Tunc potissime: hæc nos Bononiæ uidimus authenticam in archi no inquisitionis, & curauimus imprimenda in Bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis.

Tradunt hoc ipsum priuilegium Locatus in opere iudiciali verbo absolueri. nu. 11. Repertorium inquisitorum verbo, absolutio. §. sed nunc. Simacas de catho. instit. tit. 3. nu. 1. & alij.

Quo autem obseruari debeant in hac absolutione, & quo ritu fiat, abudè explicui supra in hac 3. par. tit. de forma absoluedi prædictos num. 18. & 19.

Quæ uero hac questione ab auctore traduntur, procedunt in foro exteriori, ut series ipsa indicat: nam in foro interiori quis possit occultum hæreticum absolueri, & quanta prudentia id fieri debeat, docuit idem Eymericus luculenter in hac 3. parte, num. 59. & sequen. Vbi dixi. de quo uide amplius concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. c. 6. & rescriptum Clementis VII. quod incipit: Cui sicut. §. uobis etiam. relatum in Bullario. adde Simancam de catho. instit. tit. 3. nu. 6. & Nauarrum in Manuali confessoriorum cap. 27. num. 275. vers. Decimoquarto, quod nullus prater Papam.

Equidem in supremo inquisitionis prætorio Sanctæ & generalis Romanæ inquisitionis sæpe pronunciatum est, nec posse nec debere episcopos amplius uirtute concilij absolueri occultos hæreticos in foro conscientia, siue quod per processum Bullæ in cæna Domini sit Concilio Tridentino derogatum, siue quod ita Pius V. ac Gregorius XIII. aliàs expresse declarauerunt, ut etiam præcitato loco Nauarrus testatur.

Addit locatus in opere iudiciali verbo, absolueri, nu. 10. solum Inquisitorem posse absolueri eos, quos ipse excommunicauit, per rescriptum Alexandri IIII. quod incipit: Ad capiendum uulpeculas. quod & uerum putamus: sed id rescriptum nondum uidimus.

QVAESTIO XCIII.

An hæreticus penitens sit condendus ad perpetuum carcerem.

**A** Onagesima tertia quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor taliter deprehensum in hæretica prauitate, penitentem & abiuratum, ac ab eisdem, uel eorum altero absolutum, teneatur perpetuo carceri condemnare?

Respondemus quod sic; ut patet in c. Excommunicamus. 2. §. si qui. extra de hæret. ubi sic dicitur: Excommunicamus & anathematizamus uniuersos hæreticos, & infra: Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire uoluerint ad agendam condignam penitentiam in perpetuum carcerem detrudantur.

COMMENT. CXLI.

**Q**uæ ad hanc quæstionem spectant, tradidit auctor 3. par. in 10. modo processum fidei terminandi, nu. 202. & dixi ibidem copiose.

Sed hoc loco hoc adiungam pro corollario, Quod tametsi generaliter is qui ab heresi reuertitur & penitet, debeat in perpetuum carceri condemnari: ab hac tamè regula excipiendi uidentur sequentes casus.

Primus est: Qui sponte ad Ecclesiam redeunt, ante quam sint accusati, seu denunciati, non debent in perpetuum carcerem condemnari.

Secundus est: Neque illi uidentur in perpetuum carcerem detrudendi, qui statim postquam capti sunt, tam de se quam de alijs, quos hæreticos esse sciunt, plene & integre confitentur.

Tertius est: Illis etiam uidetur posse pena carceris perpetui condonari ab Inquisitoribus, qui puro corde redierint prius quàm dicta testium publicata fuerint: quod arbitrio Inquisitoris & Episcopi relinquunt: nam qui post publicata testimonia redeunt, ac tunc demum cõfitentur, cum uideant se esse cõuictos: hi iure optimo in perpetuum carcerem dammandi sunt.

Hos casus posset quis dicere probari per textum allatum ab Eymérico ex c. excommunicamus, 2. §. si qui. extra de hæret. ibi: Postquam fuerint deprehensi, redire uoluerint ad agendam condignam penitentiam: in perpetuum carceri detrudantur: arguendo à contrario sensu. ita ergo qui se ipsum desert, aut prius quàm plene deprehendatur, erroris fatetur, & misericordiam implorat, non uidetur carceri perpetuo mactandus; & hoc uidetur benignius prescriptum etiam Inquisitoribus Hispania prima quadam instructione Hispanensi c. 8. & c. 11. cum §. q. ut testatur Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 16. num. 17.

Verumtamen in duobus posterioribus casibus maior uidetur dubitatio, & fortassis in illis etiã locum habet dispositio dicti c. excommunicamus 2. in §. si qui. quare crederem in illis duobus casibus de stricta iuris ratione, redeuntes tuto damnari posse ad carcerem perpetuum. hoc tamen consuetudine sacri tribunalis generalis Romanæ Inquisitionis receptum est, ut facillime, & post paucum tempus in eo dispensetur. & hac credo magis accedere ad formam iuris communis; præsertim cum nemo capiatur in hoc tribunali nisi ex uehementibus indicijs.

Postremo, hoc mihi uidetur satis æquum, ut quoties uxor rediens ab heresi in carcerem perpetuum damanda est, mariti domus ei pro carcere

Quibus casibus quis euitet penam perpetui carceris.

Vxor hæreticæ redeunti, domus mariti pro carcere assignetur.



perpetuo consignetur, ut una possint commodius habitare: quamuis hoc videatur prohibere concilium Biterense. c. relatum, supra in hac 3. par. super 10. modo processum fidei terminandi. §. praterea que de difficultate, sed in hoc consulto supremo inquisitionis Senatu putarem facile fore dispensandum. & hic potest esse quartus casus in quo pena perpetui carceris ab hæretico redeunte evitatur: quamuis proprie loquendo hoc casu non dicatur pena remissio, sed potius in aliam commutatio.

## Q V A E S T I O X C I I I I.

Hæreticus eodem modo ad perpetuū carcerem sit ne degradandus, si clericus fuerit, &c.

**N**onagesima quarta quæstio est: Vtū Episcopus taliter deprehensus in hæretica prauitate penitentem & abiurantem ab solutum, & per eum & Inquisitorem carceri perpetuo condemnatum, teneantur in antea si clericus fuerit, uel religiosus in sacris ordinibus constitutus, degradare?

Relat. supra pag. 104.

Carceri perpetuo additi, si sacris sint initiati, degradantur.

Respondemus quod sic; iuxta c. Quoniam Episcoporum, de hæret. lib. 6. ubi dicitur sic: Quoniam Episcoporum numerus ad degradationem clericorum à canonibus constitutus non potest de facili conuenire; cōcedimus, ut sacerdotem, uel aliū clericum in sacris ordinibus constitutum ( cum pro hæresi fuerit curiæ seculari relinquendus, aut perpetuo immurandus ) conuocatis abbatibus, alijsque prælatis & religiosis personis, ac literatis suæ diocesis, de quibus expedire videbitur; suus solus possit Episcopus degradare.

Nec facias differentiam inter carcerem, & murum, ut videtur facere Archid. nam pro eodem sumitur in c. Excōicamus. ultimo. & hic, & in c. Ut commissi. uer. & illorum. & in c. Accusatus. in fi.

## C O M M E N T. C X L I I I.

**A**ffirmate concludit in hac quæstione Eymericus, clericum ab hæresi reuerentem, si in perpetuum carcerem fuerit detrudendus prius fore degradandum, eandem sententiam professus fuit supra in hac 3. parte in decimo modo processum fidei terminandi, nu. 202. quo loco abunde hunc articulum tractauimus. adde Arnaldum Albertinum in c. quoniam, de heret. lib. 6. num. 55.

## Q V A E S T I O X C V.

An hæretico penitenti, præter penam carceris, aliqua salutaris pœnitentia imponi debeat.

**N**onagesima quinta quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor taliter deprehensus in hæretica prauitate, abiurato, absoluto ab excommunicationis sententia, degradato, & ad carcerem perpetuum condemnato, teneatur iniungere adhuc aliam pœ-

nitentiam salutarem? Respondemus quod sic; ut patet in c. Ut officii, circa prin. de hæret. lib. 6. ubi præmissis de hereticis credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus eorum, sequitur sic: Si uero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire uoluerit ad ecclesiæ unitatē: ei iuxta formam ecclesiæ absolutiois beneficium impendatur, & iniungatur eidem, quod iniungi talibus consuevit.

Consuevit autem iniungi eis, quod cruce defertant ante & retro: & quod stent in ualuis ecclesiarum certis diebus Dominicis & festiuis, & quod crucietur pane angustia, & aqua doloris; ut supra patuit in hac tertia parte, ubi agitur quomodo processus fidei sine debito terminentur: & agitur de sententijs ferendis contra tales.

## C O M M E N T. C X L I I I I.

**V**na est & vera conclusio in hac quæstione, uidelicet hæretico redeunti præter carceris perpetui penam, ceteras de quibus hic iniungendas esse alias penitentias salutaris, quales autem penitentia imponi debeant, docuit auctor supra in modis processum fidei terminandi, sed in primis in sexto & octauo modo.

Huiusmodi autem penitentia iniungantur reuerentibus ad hæresi, tum ut per eas satisfaciant carceri debito, quod per culpam contraxerunt: tum, ut appareat, an sint vere penitentes, an fite conuersi: postremo, ut cum eas peragunt, recordentur delicti contra fidem commissi, & illud detestentur, ac desinant.

Iam in his penitentijs imponendis quid obseruandum sit luculenter docet Zanchinus tract. de hæret. c. 20. nam & personarum qualitas inspicenda est: & ratio culpe maioris uel minoris habenda quoque est: & postremo talis penitentia iniungenda est, quam uerisimiliter credant iudices fidei a penitentibus fore peragendas, non deferendas. cap. penitentes. 50. distin. adde qua diximus paulo antea super quæst. 91.

## Q V A E S T I O X C V I.

An Episcopus & Inquisitor dispensare possint cum condemnato ad carcerem, & ad alias pœnas.

**N**onagesima sexta quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor cum tali ad carcerem perpetuum, & alias condemnato, post modum ualeant dispensare?

Respondemus quod sic, ut patet in c. ut commissi. uer. & illorum. de heret. lib. 6. ubi sic dicitur: & illorum, qui uestris mandatis obediētes, humiliter stant propter heresim in carcere, uel muro reclusi, penam una cum prælatis, quorum iurisdictioni subsumt, mitigandi, uel mutandi, cum uideritis expedire: & infra: plenam concedimus facultatē.

## C O M M E N T. C X L V.

**I**n hac quæstione id solum est obseruandum, quod Eymericus tradit, uidelicet, Episcopum & Inquisitorem posse dispensare in carcere perpetuo, quod iure communi ei comperit, per textum hoc loco citatum ex cap. ut commissi. de heret. lib. 6. & hodie hoc iure utimur, excepto quod priuatis In-



quisitribus Hispania id non licet inconsulto generali inquisitore eorum regnorum, vt indicat Simancas de catho. instit. tit. 16 num. 20.

Iam intra quantum tempus fieri possit dispensatio super carceris perpetui pena, hic erat dicendum, nisi copiosè tradidissim supra in hac 3. parte, super quaestione 59. §. postremo, de commutatione.

QVAESTIO XCVII.

An Episcopus & Inquisitor procedere queant contra non perficientes iniunctas penitentias, &c.

**N**onagesima septima quaestio est: Vtrum Episcopus, & Inquisitor possint procedere contra talem ad carcerè condemnatum, & alias penitentiarum, tanquam contra impenitentem, vel relapsum, si iniunctas sibi penitentias violauit, seu aufugit de carcere, ad quem fuerat condemnatus?

Respondemus quòd sic, nam non sunt functi officio suo (vt quibusdam uidetur) quia tales absolutos à sententia excommunicationis carceri tradere, ut alios non inficiant, & ut de culpis suis peniteant, & vt uideatur an ambulent in tenebris uel in luce, & alijs penitentij onerare, nò est sententiam contra eos ferre, sed penitentiam eis iniungere: est enim penitentia salutaris iniunctio, & non sententia iudicialis impositio, ut patet in c. Excommunicamus ultimo de haeret. quare durat, & perpetuatur in talibus Episcoporum, & Inquisitorum iurisdictione. Quod patet: quia ut dicitur in c. Vt commissi & dictum est supra quaest. proxima, etiam post penitentiam illam seu sententiam, largo nomine sententia, possunt mitigare, & mutare penam, quando eis usum fuerit: possunt igitur procedere contra tales, huiusmodi iniunctas sibi penitentias uiolantes, & carceres fugientes: ita quòd si legitimam excusationem non probauerint, sunt ut impenitentes haereticis condemnandi. Nam praesumitur ficta conuersio, & simulata, & materia ueteris erroris recondita. Ad hoc de pen. dist. 2. c. 1. Nam exitus acta probat. 22. q. 2. Quod autem ait, & praecedentia per sequentia comprobantur, ostendunt igitur excessum ueterè placuisse. arg. 34. q. 2. c. Cū per bellicam. Et his concordat Arch. in c. Vt commissi. §. Et illorum. & uer. in carcere. & Guido Fulc. praedictus in 13. q. de illis 15. quaestio. quas fecit ad Inquisitores.

COMMENT. CXLVI.

**V**num est potissimum axioma, uidelicet: Possunt Inquisitores procedere contra nò perficientes iniunctas penitentias, seu contra fugientes de carceribus, ad quos fuerant damnati.

Super hac quaestione tres potissimum difficultates à nobis sunt disceptandae. Prima est: An inquisitores habeant iurisdictionem super penitentes, postquam semel eis penitentias iniunxerunt, & ad gremium Ecclesiae receperunt, & qualis & quanta ea iurisdictione sit.

Altera est: An fugientes de carceribus in quos de-

trusi fuerat nò ad custodià, sed ad penitentiam peragendam, & in penam, sint censendi relapsi vel impenitentes, ac velut tales curia saeculari sint tradendi.

Tertia & postrema est: An illi, qui nò adimplerunt quascunque alias penitentias, quas cum reuertentur ab heresi, & ad gremium Ecclesiae recepti fuerunt, promiserunt adimplere, sint indicandi relapsi.

Quantum ad primam quaestionem spectat, bifariam possumus eam disputare. Primum, an penitentes in solis criminibus haereticis, vel haesim sapientibus remaneant Inquisitori subiecti. Secundo an non modo in his delictis, verum in alijs, quae ab heresi sunt distincta & separata, veluti homicidijs, furtis, vulneribus illatis, iniurijs factis, & alijs huiusmodi, quae nihil cum heresi habent commune, remaneant quoque, dum iniunctis penitentij peragendis insistent, ita Inquisitoribus subiecti, vt ab alijs iudicib. nequeant indicari, sed etiam his casibus Inquisitores habeant super eos iurisdictionem.

Et quantum ad primam huius quaestiois partem attinet, Emerici & vera & communis sententia est, eos qui agunt penitentias iniunctas ob haereticum crimen commissum durante penitentia tempore ad iurisdictionem Inquisitorum pertinere, Inquisitoresq; procedere posse contra uiolantes penitentias, & de carceribus fugientes.

Hanc quaestionem primus (quod ego sciam) disputauit Guido Fulcodius hic ab auctore citatus, quem secutus est per omnia Archidiaconus in e. vt commissi. verbo, in carcere. de haeret. lib. 6. à quibusquam discedit Emericus hoc loco tradit etiam Zanchinus tract. de haeret. cap. 10. nu. 5. & alij.

Horum ratio potissima illa est, quam hic tradit auctor, uidelicet propterea in his durare Inquisitorum iurisdictionem: quoniam nondum uidentur functi officio suo, cum impositio penitentialis penae, non uideatur sententia diffinitiuam, sed potius interlocutoria: unde cum ab id iurisdictione Inquisitoris non cessauerit, non mirum si adhuc possit agere contra uiolantes penitentias.

Sane superior sententia uerissima est: ratio tamè fortassis uera non est: nam sententia reconciliatio- nis magis diffinitiuam est quam interlocutoria, cum finè causae imponat per absolutionem et condemnationem. durat ergo Inquisitorum iurisdictione contra uiolantes iniunctas penitentias: quia male sentire uidentur de fide, cum nò adimpleat id, ad quod se solèni iure iurando obligauerunt, sed hac parte omissa, in qua nò est grandis difficultas, pergamus ad reliqua.

In altera ergo quaestiois parte grauior et obscurior occurrit dubitatio, & Hostiensis in sum. tit. de foro competen. Augustinus Berous in e. de his. extra de accusatio. Repertorium Inquisitorum verbo, penitentia §. nota quòd publice penitentes. Antonius Butrius in cap. 2. de foro competen. & alij nonnulli qui hos sequuntur, indistinctè asserere uidentur, hos publice penitentes, etiamsi laici sint, ob alia crimina nec puniri nec ad punitionem capi, nec ad saecularem carcerem mitti posse, nec condemnari etiam ciuilitè per iudicem saecularum: sed remanere in omnibus sub iurisdictione iudicis ecclesiastici, sicut & alias ecclesiasticas personas.

Huius opinionis potissimum fundamentum situm

§. 2 esse

An penitentes remaneant Inquisitoribus subiecti, & qualiter.

Inquisitorum iurisdictione durat contra penitentes uiolantes penitentias iniunctas.

Sententia reconciliatio- nis diffinitiuam est potius, quam interlocutoria.

Penitentes in omnibus causis Inquisitoribus remanere subiectos quaeserunt.



esse communiter supradicti putant in cap. aliud. 11. q. 1. ubi nonnullis premissis ita subdit Leo Papa: Unde si quis poenitens habet causam quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum, quam forense iudicium. hac ibi additque ibidem mox Gratianus ita: Non ait propter criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet causam, tam civilem, quam criminalem intelligens. hac Gratianus.

Ex quibus nonnulli aliter videntur hanc controuersiam velle dirimere, videlicet, supradictam sententiam veram esse in solemniter poenitentibus: ita Calderinus conf. 7. tit. de iudicijs, & glo. in d. c. aliud 11. q. 1. verbo, poenitens. Solemnis enim poenitentia est illa, de qua habetur sermo in cap. in capite. & in c. si. 50. dist. qua maxime differt a publica & priuata, vt late disseruit Couarruias lib. 2. variar. resolut. c. 10. & Marianus Victorius in historia de antiquis poenitentijs.

Poenitentes tam in ciuilibus, quam in criminalibus coram iudicibus laicis cogendi.

Ceterum alij insignes iuris interpretes contrariam sententiam sunt secuti, tenentque hos poenitentes indistincte conueniri posse apud iudicem secularem, tam quo ad criminalia, quam quo ad ciuilia, ita Innocentius in c. significantibus. de officio delegati. & Panor. in c. 2. de foro compet. Couarruias cap. 34. practicarum questionum. nu. 3. & seq. Simacas de cath. inst. ti. 47. n. 19. et seq. et Ioan. Royas in singularib. fidei. sing. 98. incip. Inquisitores fauore fidei, quib. omnino esse subscribendum.

Primum, quia secundum communem iuris regulam, laici regulariter quo ad ciuilia & criminalia subsunt iudicibus secularibus; nusquam autem in iure ciuili vel canonico ab hac regula publice poenitentes reperiuntur excepti.

Rursus, quoniam si contraria opinio esset vera, maximum rei publice incommodum accederet: quoniam huiusmodi poenitentes audaciores fierent ad delinquendum, intelligentes non fore se tam seuerè puniendos per iudices ecclesiasticos, quam per seculares. itaque iam ex suo delicto reportarent praemium, quod est absurdum & iniustum.

Postremo, quia si in his omnino subderentur inquisitorum potestati, iam inquisitores extra causam haereticam alia negotia, & delicta tractare cogentur: quod est eis nominatim inhibitum, c. accusatus. S. sane, de haeret. lib. 6.

Ergo siue agant huiusmodi poenitentes aduersus alios, siue ab alijs conueniantur in causis ciuilibus vel criminalibus, iudicibus secularibus sunt subiecti: & hoc verius est & tutius ob rationes praedictas nec putarem recte agere inquisitores, si de his causis se intromitterent, cum prorsus a sua iurisdictione alieni videantur.

Quando possint inquisitores in poenitentes aduertere.

Illud tamen non omittam, non videri absurdum, vt tunc inquisitores in huiusmodi poenitentes animaduertant, cum leuiter illi inter se delinquerint, vt si leuiter relaxati fuerint, aut conuicia alter in alterum dixerit, aut quid simile, dum sunt in perpetuis, aut temporalibus carceribus, patrauerint, quod nullo modo inter graues causas possit computari.

Intellectus c. aliud. 11. q. 1.

Denique non obstat huic sententiae textus in dicto c. aliud. 11. q. 1. cui plene satisfaciunt Couarruias & Simacas praecitatis locis. & summa est ibi aut

A consilium dari, non legem praescribi; aut loqui de auctore, non de reo aut (quod verius mihi videtur) poenitentes illos, de quibus ibi Leo loquitur, non fuisse haereticos Ecclesia reconciliatos, sed religiosos homines, qui statum poenitentiae profitebantur, qui quodammodo ecclesiastici erant: nam per manus impositionem Ciliicum accipiebant, & vestitus commutabant, de quibus in Concilio Agathensi c. 15. & in Consilio Aurelianensi tertio can. 16. Simancas de cath. inst. tit. 47. nu. 21. cui subscribo.

Sed altera questio nunc est declaranda, obscura quidem, anceps & valde difficilis: An scilicet is sit censendus relapsus, & velut talis tradendus curiae seculari, qui cum damnatus esset ad perpetuum carcerem seu monasterium ad penam seu poenitentiam peragenda: inde aufugit, seu fugam tentauit, ita quod per eum non stetit quominus fugeret, sed interceptus non potuit fugere.

Et Archidiaconus, Ioannes And. Ancharanus, Dominicus & alij, in c. vt commissi. de haeret. lib. 6. & Ioannes Anania in c. excommunicamus. et 2. nu. me. 3. de haeret. & Nicolaus Arelatanus tract. de haer. notabili 6. incipit. Non recedant. & Zanchinus tract. de haer. c. 10. num. 4. vers. de eo vero & Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 27. nu. 3. in fine, & Felynus in c. excommunicamus. 2.

C & nonnulli alij, qui hos sequuntur, audaciter asseruerunt, hunc ita fugientem si legitimam excusationem non afferat, eo ipso haereticum denuo censeri, eique omnem audientiam denegandam, quare velut relapsum relinquendum fore curiae seculari. his videtur subscribere Campegius apud Zanchinum cap. 10. vers. de rursus in carcerem. Et Emericus quoque in hac quaestione eidem sententiam subscribere videtur ibi: Possunt igitur procedere.

Horum omnium Doctorum potissima ratio est, quia ex eo quod damnatus in carcerem ad poenitentiam fugit, praesumitur fidei conuersus, & in veteri errore perdurare: itaque cum nunquam censetur ab haeresi, quam abiurauit, recessisse, non mirum si velut haereticus impenitens & relapsus seu reidius, vt illi loquuntur, damnari possit.

D Verumtamen contraria sententia verior & benignior est, videlicet, Fugientes & carceribus praedicto modo impenitentes quidem esse censendos, nullo modo relapsos, ita Simancas & vere de cath. inst. tit. 16. nu. 25.

Nec defunt rationes. Primum, quia non est relapsus nisi qui in haeresim labitur: at qui fugit e carcere, nullam haeresim fuga committit. Rursus, iudices neminem fingere debent relapsum, quem lex nominatim relapsu non dicit manifestu esse aut fugu a legibus non poni inter culpas, in quas qui incidit, relapsi iudicantur. c. accusatus. de haeret. lib. 6.

E Itaq; quoad in fuga is fuerit, qui e carcere exiit, & iniuncta poenitentia non satisfecerit, condemnari poterit tamquam impenitens: si vero vel ipse sponte redierit, vel comprehensus fuerit, & paratus sit Ecclesiae satisfacere, etiam si commodam excusationem cur aufugerit non afferat, ad gremium Ecclesiae recipiendus erit: sed maiori pena tunc coercendus est propter fugam.

Atque hanc sententiam verissimam esse praetendimus,



mus, cum fugitiuus nihil aliud commisit prater su- gam: nam si fugam praeceperent, comitarietur, aut subequerentur signa & vestigia aut prioris aut alterius erroris, licet alias non sufficerent ad conuincendum aliquem de relapsu, ea tunc fugae coniuncta, fortassis sufficerent ad damnandum fugitiuum velut relapsum, quo casu prior sententia posset habere locum: quamquam multum hoc esset considerandum, & tutius est ob nulla indicia, aut coniecturas aut culpas quemquam esse iudicandum relapsum, quae a iure non sint approbata, & iudicata sufficien- tia ad conuincendum aliquem de relapsu.

Sed veniamus iam ad tertiã difficultatem institu- ta de illis, qui non implent alias quascumq; peniten- tias iniunctas ab inquisitoribus, an vt relapsi de- beat iudicari: & Mathaeus, quẽ refert Ioannes de Imola in Clem. 3. de heret. verbo, propagine. & Fre- dericus de Senis conf. 157. incip. Alexander Epi- scopus, quos sequitur Nicolaus Arelatanus tract. de heret. notabili 30. incipien. Inter cetera, quibus videtur subscribere Cæpelinus ad Zanchinum c. 10. res. de rufus in carcere, tenent hos tales non adimplentes iniunctas penitentias pro relapsis in heresim habendos esse, ac velut tales puniendos.

Sed Calderinus in c. litteras. de presump. vt re- fert Squillacensis tract. de fide catho. cap. 19. & Re- pertorium inquisitorum, verbo, penitentia. §. sed posset queri. in hac quaestione ita distinguebat: Quã- doque imponitur penitentia, quae directe est contra heresim, vt detestari heresim, & predicare contra ipsam: item quod non conuerteretur cum haereticis, & similia; quo casu, si non obseruet talẽ manda- tum, velut haereticus iudicabitur: Quandoque ve- ro imponitur penitentia, quae non est contraria dire- cte heresi, vt ieiunare, peregrinari, & similia; & haec si quis non adimpleat, non iudicatur relapsus. atque ita fuisse consuetum in facto contingenti commemorat Calderinus praecitato loco.

Ceterum in hac causa libet apertius loqui, & vt praecedentib. consentanea tradamus, & ne a legum placitis discedamus, ita videtur dicendum: Qui iniun- ctas penitentias non solum non adimplerunt, sed & animo obdurato adimplere recusant, velut impeni- tẽtes sunt iudicandi; & nisi respiscant, vt impeniten- tes sunt tradendi curiae seculari. idem sentias de illis, qui pro heresib. probatis renuunt penitentias reci- pere, arg. textus in c. excommunicamus. el. 1. §. qui autem. c. ad abolendam. §. praesenti. vers. Et ertio- tem suum ad arbitrium Episcopi. extra de heret.

Quod si post iniunctas & receptas penitentias, eas non adimpleat; plurimum refert videre, an solum peccet non adimplendo, an non modo non adimplendo, sed etiam contrarium faciendo, & committendo ali- quod malũ opus: si solũ peccido non adimplendo, hoc est, omittendo facere quod facere promiserunt, vt verbi gratia, promiserunt orare, ieiunare, visitare Ecclesias, & similia, & non orant, non ieiunant, non visitant Ecclesias, aut similia; & tunc nullo modo vi- detur relapsi, quia nihil committunt ex quo possint relapsi iudicari: & propterea impenitentes iudica- buntur, & velut tales punientur, nisi respiscant, & consentiant congrue satisfacere ad arbitrium Epi- scopi & inquisitoris, vt ait textus in dicto. c. ad abo-

lendam. §. praesenti. de heret. Quod si respuerint, tunc additis penitentis grauioribus coercebuntur, & admittentur: & hac consuetudine vtimur.

Et haec intellige quando nulla legitima causa im- pediti a penitentia desistunt: secus enim censendum esset si iustam causam habeant, vt si aegrotent, aut alio iusto impedimento prohibeantur. Zanchinus tract. de heret. c. 20. nu. 6. tunc enim non modo non essent impenitentes sed nec peccarent quidẽ omit- tendo. verum hoc casu melius facient consulere in- quisitores, vt omnem mali suspicionem excludat, de quorum consilio & facultate ad tempus desi- stere possint ab agenda iniuncta penitentia.

Quod si non modo omitendo, sed etiã commit- tendo, & aliquid mali patrando desistat ab iniun- ctis penitentis agendis; tunc distinguendum etiam cenfeo: nam si eas culpas committant, in quas qui incidunt, a iure putantur relapsi, vt receptare haereticos; deducere, visitare, associare, dona vel mu- nera eis donare, vel mittere, seu fauorem eis im- pendere, qui excusari non possit: tunc tales non mo- do impenitẽtes, sed etiã relapsi iudicabuntur. cap. accusatus. §. ille quoque. de haereticis lib. 6. nam hoc casu ius praesumit delinquentes haec facere ex consequentia erroris a se prius approbati. & in hoc casu nulla videtur dubitatio.

Si autem alia mala committat, ad quae vitanda nulla modo se obligarunt, nec haeretica sunt, nec haere- sim sapietia, licet alias sint prohibita: tunc nullo mo- do putabuntur impenitẽtes, nec relapsi, vt si homi- nẽ interficiat, si adulterium committant, si iniuriam aliã quacumque ratione inferant, & his similia.

Si vero obligarunt se specialiter ad ea non com- mittenda, & committant: vt si promiserunt non exer- cere vsuras, postquam abiurassent heresim, quae di- cit, exercere vsuram non esse peccatum, aut his si- milia: tunc quãuis relapsus ex his factis videri pos- sit, argumẽto. c. accusatus. §. ille quoque. de heret. lib. 6. quoniam tamen nominatim a iure non est san- ctum, vt ex his culpis quis relapsus censeatur; tutius videtur ne talis velut relapsus puniatur: sed hoc casu adhibitis legitime tormentis interrogan- dus est de credulitate & tunc velut relapsus pote- rit damnari, si errorem in mente habere depre- hendatur, aliã vt deficiens in penitentia sibi iniun- cta est puniendus, & recipiendus si velit congrue satisfacere, & perficere, iniuncta mandata & iniungenda: & ita videtur posse colligi ex Conci- lio Narbonensi. c. 10. & seq. quod alibi retuli.

Hac volui paulo fufius declarare: quoniam a nostris vsque traduntur obscure, vt vix intelli- gas, aut quid sibi velint, aut in quo dubitationis articulo versatur.

Sed occasione praedictorum occurrit hic non contẽ- nendam difficultas: quoniam in forma abiurationis eorum qui ab heresi reuertuntur, vt docuit Eyme- ricus 3. par. in 8. modo terminandi processum fidei nu. 191. quod & vniuersali sacri officij consuetudi- ne vbiq; receptum est, sequẽs clausula continetur: Quod si contra praedicta iurata uel abiurata, sed eorum aliquod (quod Deus auertat) fecero in fu- tũ, haberi uolo protinus pro relapsu, ac pœnis relapsi de iure debitis me nũc pro tunc obligo, &

Qualiter q̄s censeatur re lapsus com- mittendo.

Qualiter q̄s committẽdo non censeatur relapsus.

Qui generali ter se obligat ad non faciẽdum contra abiurata, uicõ- tra faciãt, an censendi re lapsi.



adstringo, quatenus illis plectat, si & quando probatum extiterit legitime in iudicio, seu me confessum, contra vnde iurata & abiurata, aliqua commisi sse. hac ibi, videtur ergo quod ratione huius obligationis iudicialiter & legitime praestita possit abiurans puniri tanquam relapsus committendo quicquam contrarium his, quae abiuravit, vel his ad quae se obligavit iuramento, quorum vnum est adimplere penitentiam sibi iniunctam, vel iniungendam, nec in aliquo contravenire.

Obligatio et promissio ab iurantis non exteditur extra iuris dispositionem.

Et quamvis prima fronte hac praevidetur, non tamen recedendum est à praefata doctrina. praedicta enim abiurantis promissio & obligatio secundum iuris regulas fieri intelligitur, nec potest amplius operari, quam ius ipsum permittat: quoniam in actibus legitimis, quos quis transigit, unusquisque censetur se cum legibus conformare. l. si duo. ff. de acqui. vel omitt. heredit. l. nemo potest. ff. de legatis 1. cum ibi traditis per Doctores. Rursus, nemo est dominus vitae suae, neque membrorum suorum, nisi quatenus leges permittunt. l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam, denique nullus censetur plus contra se statuere, quam iure permittitur: quia hoc repugnaret legi naturali. cum itaque à iure sanciti sint casus, quibus in poenam relapsus incurritur, cap. accusatus. de heret. lib. 6. ad hos tantum referenda erit abiurantis illa generalis obligatio, & promissio, ne praeter iura & leges aliquid durum in se statuat: quod nec fieri iuste potest nec debet.

Si ergo in alios casus incidat, quantumvis contra promissionem et obligationem venire videatur, non tamen est relapsus censendus: quoniam alij casus praeter definitos à iure, de stricta iuris ratione relapsus non faciunt. atque ex his credo breviter esse huic difficultati satisfactum.

### DE IMPENITENTIBUS & RELAPSI,

#### QVAESTIO XCVIII.

An haereticus impenitens continuo tradendus sit brachio saeculari.



Nonagesima octava quaestio est: Vt ut Episcopus & Inquisitor deprehensum in haeretica prauitate & impenitentem, debeant continuo tradere brachio saeculari ultimo supplicio

ferendum?

Relat. supra pag. 97.

Haereticus impenitens traditur curiae saeculari.

Respondemus quod sic; ut habetur in cap. Ad abolendam. §. praesenti. extra de haeret. ubi dicitur sic: Praesenti nihilominus ordinatione sancimus, ut quicumque manifeste fuerint in haeresi deprehensi. si clericus est, vel cuiuslibet religionis obubratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis praerogativa nuderetur; & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiasticis, saecularis relinquatur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus: nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicae unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publice confiteri abiurata, & satisfactionem congruam

exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abiurata haeresi, & satisfactione exhibita, confessum ad fidem confugerit orthodoxam, saecularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus, pro qualitate facinorosis ultionem.

Nec intelligas ista verba sic grammaticaliter, ubi dicitur, continuo, & confessum, quod immediate eadem die & hora, qua deprehensus in haeresim, negaverit se velle abiurare, tradatur curiae saeculari, nam haec verba, continuo, & confessum, in iure non ita strictè sicut in grammatica assumuntur; immo possunt & debent detineri etiam per mensem & menses; & induci per se, & per alios, ut ad unitatem Ecclesiae tenuerantur.

#### COMMENT. CXLVII.

De materia huius quaestiones supra differimus par. 2. super cap. Ad abolendam. de haeret. recis. sine vero concludit hic Eymericus hac aduerbia, continuo, & confessum, non significare adeo breuè temporis moram, quin competentes inducia ad conuertendos haereticos concedi possint ac debeant.

Interim video Pauli Grillandii tract. de haeret. q. 5. Simacum de catho. inst. tit. 47. de penitentibus & conuersis. num. 41. & multis sequentibus, & Menochium de arbitrarijs iudicium Centuria 4. casu 373. & alios, quos praecitato loco adduxi.

Iam qualiter agendum sit cum haereticis impenitentibus priusquam curiae saeculari tradantur seu relinquatur, copiose docet Eymericus supra in hac 3. par. in decimo modo processum fidei terminandi.

#### QVAESTIO XCIX.

An haereticus poenitens & relapsus brachio saeculari tradendus sit, &c.

Nonagesima nona quaestio est: Verum Episcopus & inquisitor deprehensum in haeretica prauitate poenitentem, sed relapsum, debeant tradere brachio saeculari animaduersione debita puniendum?

Respondemus quod sic; ut patet in c. Ad abolendam. §. illos. extra de haeret. ubi dicitur sic: Illos quoque, qui post abiurationem erroris, vel postquam se (ut diximus) proprijs antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiurata haeresi recidisse, saeculari iudicio, sine ulla poenitus audientia, decernimus reilinquendos.

#### COMMENT. CXLVIII.

Quae ad tractationem & cognitionem relapsorum spectant, copiose tradidit Eymericus supra par. 2. q. ult. ubi diximus, & citauimus eos, qui de relapsis in hac causa copiose disserunt.

De praxi autem in relapsis curiae saeculari tradendis, agit abunde auctor in nono modo processum fidei terminandi, & Caspegius ad Zanch. c. 16.

Quaestio est, cur relapsos Ecclesia misericorditer non recipiat (na haec sola dubitatio in hac causa re. Ecclesia maneat declaranda & multis rationibus salubriter id recipi statutum videri potest sed praecipua est: quoniam qui secundo labitur, non praesumitur prius vere conuersus: unde



unde in concilio Narbonensi cap. 11. ita scriptum est: Et illos qui post abiurationem erroris sed purgationem deprehensi fuerint in abiuratum haeresim recidisse, seculari iudicio sine ulla penitus audientia relinquatis animadversione debita punietur, cum sufficiat tales per falsam conversionem semel ecclesiam decessisse. hac ibi.

Huc spectat praesumptio illa de geminatis actibus, quae etiam extra hoc crimen in multis causis singulares parit effectus: nam, ut verbi gratia, unum proferam exemplum, si aliquo statuto caueri contingat, ut, qui delictum aliquod committit, pena pecuniaria mulctetur, & accusatus conuincatur aliis id delictum commississe, pena mortis afficiendum tradunt Bar. Bal. Ang. Ioannes de Platea, & alij, in l. 1. C. de super exactionibus, lib. 10. quos refert & sequitur multa in eandem sententiam commemoras Marfilus singulari 378. incip. Geminatio actus.

Ad haec, consuetudine delinquendi pena augetur. Ioannes de Platea praecitato loco. facit tex. in l. facultas. C. de iure fisci. l. 3. C. de episc. audient.

Postremo, quoniam remissionem veniam crimina, nisi semel commissis non habent, ut dicitur in dicta l. 3. C. de episc. audient. de quo vide glossam in extrauagan. Ioannis XXI. tit. de sent. excom. in verbo, secundo.

Hac ergo cum ita se habeat, non mirum si Ecclesia relapsos velut inuites, & semp infeltes, & criminibus conceptis perseuerantes a se iudicet merito expellendos, & iudicibus secularibus relinquendos.

Ille quoque questio hic declarari poterat: An relapsus penitens, qui se ipsum defert & accusat coram iudicibus fidei, misericordia dignus sit, & admitti debeat; sed eam copiose explicauimus supra in hac 3. par. tit. de sermone generali habendo, num. 56. §. sed quid si relapsus.

Q V A E S T I O C.

An ecclesiastica sacramenta neganda sunt relapso penitenti, &c.



Entesima questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor relapso penitenti tradendo curiae seculari, possint denegare, si petat humiliter ecclesiastica sacramenta?

Respondemus quod non Penitentia & Eucharistia sacramenta, ut patet in c. super eo. de haere. lib. 6. vbi dicitur sic: Super eo quod scriptum legitur ecclesia nulli claudit gremium redeuntis; quodque ij, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprii antistitis exanigatione purgauerint, si deprehensi fuerint in abiuratum haeresim recidisse, seculari decernuntur iudicio, sine ulla penitus audientia delinquendis; cum scriptura huiusmodi videantur sibi inuicem aduersari, quid tenendum sit, per sedem edoceri Apostolicam postulastis. Nos itaque inquisitioni uestrae de Fratrum nostro cum consilio respondemus, quod taliter deprehensis, etiam si (ut dictum est) sine ulla penitus audientia relinquendi sint iudicio seculari: si tamen post modum

peniteat, & penitentiae signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta Penitentiae ac Eucharistiae deneganda.

C O M M E N T. C I.

Haereticis relapsis vita corporalis denegatur, ut superiori quaestione dictum est, spiritalis tamen conceditur, quam accipiunt virtute deorum sacramentorum Penitentiae & Eucharistiae.

Veruntamen ut relapsis haec tanta sacramentorum munera tribuantur, magna conuersionis & contritionis signa appareant oportet, ne sacramentis ipsis fiat iniuria, si hominibus pollutis iniuste conferantur.

Propterea autem manifeste conuersionis signa postulat summus Pontifex in relapsis, ad hoc sacramenta Penitentiae & Eucharistiae illis tribuantur: quoniam, ut paulo antea dicebamus, is, qui bis labitur, non facile praesumitur vere conuerti.

Non tamen est dandum ultimo supplicio afficiendis (ut parum vere quidam olim putabant) sacramentum Extreme vnctionis: quoniam id sacramentum infirmorum est. B. Thomas in 4. sent. dist. 23. q. 2. art. 2. estq. communis Theologorum sententia. Repertorium Inquisitorum verbo, sacramentum. §. superius. Simancas de catho. instr. tit. 57. num. 16. & alij.

Postremo, de materia huius quaestiones videndus est idem Eymericus, 3. par. in nono modo processum fidei terminandi. & Doctores communiter in c. super eo. de haere. lib. 6.

Q V A E S T I O C I.

De modo tradendi haereticum impenitentem, vel relapsum curiae seculari.

S V M M A R I V M.

- 1. Haereticus penitens vel relapsus, si praesens sit, a foro ecclesiastico eicitur iudice seculari praesente.
- 2. Curia secularis reiectum in suam potestatem accipit.
- 3. Si vero sit absens sit per sententiam talis eieccio.
- 4. Et iudex secularis, si quando illum habere poterit, officio suo fungetur.

Entesima prima questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor impenitentes & relapsos debeant tradere manualiter, & realiter curiae seculari, seu qualiter sit traditio huiusmodi facienda?

Respondemus, quod relapsus praedictus, seu haereticus impenitens, uel est praesens, uel est absens; si est praesens, tunc Episcopus & Inquisitor per legatos potestate curiae secularis, ut habetur in c. Excommunicamus 1. in prin. & c. Excommunicamus 2. extra de haeret. declarabunt eum relapsum, uel impenitentem esse, expellendo eum de foro ecclesiastico, & relinquendo eum brachio seculari, & foro curiae secularis, ut tradatur iudici seculari. Et tunc curia secularis, quae ibi est, ipsum recipit ut relictum eius foro & brachio: & hoc est praesentem tradere seu relinquere brachio seculari:

Relapsus conuersus que sacramenta tribuantur.

Morte peccatis non datur sacramentum extreme vnctionis.



vt patet in c. Nouimus. de verbo. sign.

3 Si autem talis relapsus vel impeditens absens est, quia fugitiuus, nel nō potest haberi quamuis congruo tempore expectatus, & seruatis seruandis; tunc Episcopus, Inquisitor præsentem Potestate curiæ secularis, non realiter, quia, non est ibi, sed sententialiter relinquunt eum brachio seculari, hoc est declarando eum hæreticum impenitentem, seu relapsum, & expellendo eum sententialiter de foro ecclesiastico, & relinquendo etiam sententialiter brachio seculari.

4 Et quodcumque curia secularis eum habere poterit, in eum vt de foro suo existentem, exercebit pro qualitate facinoris, vltionem, ut dicitur in c. Ad abolendam. §. præsentem. extra de hæret.

Hoc expressius habetur supra hac parte tertia, ubi agitur quando processus fidei sine debito terminentur, & patebit inf quæst. proxima.

## COMMENT. CL.

**M**ateria huius questionis proximam respicit, quam copiosè docuit Eyme. sup. in hac 3. parte. in 9. 10. & 11. modo processum fidei terminandi. ubi declarauimus eas difficultates, quas breuiter hoc loco indicat auctor.

Iam de relapsis abundè egimus supra p. 2. q. 58.

## QVAESTIO CII.

De intercessione faciendâ pro eo, qui relinquitur curiæ seculari.



Entesima secunda quæstio est: Quæ & qualis, & quibus uerbis sit faciendâ deprecatio seu intercessio per Inquisitorem curiæ seculari, cum ei Episcopus, & ipse relinquunt seu tradunt impenitentem hæreticum seu relapsum?

Relat. supra pag. 124.

Respondemus, quod hoc patet in c. Nouimus. extra de verb. sign. ubi dicitur sic: Nouimus expedire, ut uerbum illud quod in antiquis canonibus, & in nostro decreto contra falsarios edito continetur: uidelicet, vt clericus per ecclesiasticum iudicem degradatus, seculari tradatur curiæ puniendus; apertius exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostrorum super hoc consulti diuersa responderint, & quorundam sit opinio à pluribus approbata, ut clericus, qui propter hoc, uel aliud flagitium graue non solum damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tanquam exutus priuilegio clericali, seculari foro per consequentiã applicetur, cū ab ecclesiastico foro fuerit proiectus: eius est degradatio celebranda seculari potestate præsentem, ab pronuntiandum eidem cum fuerit celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum. Et sic intelligitur tradi curiæ seculari: pro quod tamē debet Ecclesia efficaciter interdicerè, ut citra mortis periculum, circa eum sententiã moderetur.

De his expressius habetur supra, parte ista tertia, ubi agitur quomodo processus fidei sine debito terminentur, & impenitentem, & relapsus quomodo, & qualiter tradentur curiæ seculari.

## COMMENT. CLI.

**C**um Inquisitores tradunt, uel relinquunt aliquem curiæ seculari, pro eo intercedunt apud secularem magistratum, ut se cum illo misericorditer gerat, & hac consuetudine ritur: cur id & qualiter fiat, copiosè diximus supra, p. 2. super c. nouimus. de ver. sign. quo Eymericus ritur in hac quæst. proximam autem docuit supra in hac 3. p. in 9. 10. & 11. modo processus fidei terminandi.

## DE PÆNITENTIIS pecuniarijs imponendis.

## QVAESTIO CIII.

An Inquisitor possit iniungere pœnas pecuniarias.

**E**ntesima tertia quæstio est: Vtrum Inquisitor possit imponere pœnitentias pecuniarias salutaris sine incurfu pœna contenta in c. Nolentes. de hæret. in Clem.

Respondemus quod sic, pro executione officij applicandas, seu in pios vsus alios conuertendas: unde sicut potest imponere peregrinationes, orationes, abstinentias, sic & elemosynas seu pœnitentias pecuniarias pro officio exequendo, uel aliàs ad pios vsus conferendas.

Nec hoc est contra c. Nolentes. alleg. ubi fertur excommunicationis sententia contra Inquisitorem, prætextu officij modis illicitis pecunias extorquendo. unde Io. And. in d. c. Nolentes. & super uer. illicitis, dicit sic: Illicitis: Pœnas pecuniarias applicandas officio, non prohibetur imponi & exigi, sed illicitas exactiones fieri, ff. de offi. p. fid. l. illicitas. in prin. & de simo. in tantum. et cap. Audiuimus. & c. seq.

Item Paulus super eod. uerbo dicit sic: Illicitis: ergo licitas concedit. de hoc ff. offi. p. fid. l. illicitas. de simo. c. In tantum. & c. Audiuimus. Item Zenzelinus super eodem dicit sic: Illicitis; ergo modos licitos non excludit, de quibus supra de offi. ord. c. Dilectus, de pœnis. c. Licet.

Dominus Guido Fuleodius prædictus, post Papa Clemens iiii. in 3. q. de illis 15. quas facit ad Inquisitores, qua quærit, unde possit eis prouideri, in fi. dicit sic: Consulere tamen, quod ab his, quibus iniungitur pœnitentia dandæ pecuniæ in aliquos vsus pios, reciperetur ad istud: honestatatem & sine scandalo laicorum propter tenacitatem prelatorum.

## COMMENT. CLII.

**I**n hac quæstione Eymericus nouam exorditur tractationem de pœnitentijs pecuniarijs imponendis. Est autem extra controversiam quod ipse docet hac quæstione nam quod Inquisitor possit imponere pœnitentias pecuniarias non modo admittunt veteres hoc loco auctore citati, uerum, & ceteri uno ore, sicut Zanchinus tract. de hæret. c. 16. nu. 9. idem copiosius, c. 19. & 20. Repertoriū Inquisitorum uerbo, scteria. G. it è circa formam, & uerbo, extorque. §. 1.



§. 1. Gondissalvus tract. de heret. q. 8. num. 6. Carri-  
rius de heret. num. 79. vers. item prohibentur pæ-  
nas pecuniarias. & alij ab his citati, ex quibus om-  
nibus in hac causa sequentia colligenda videntur.

Primum, non modo inquisitores possunt impone-  
re penas pecuniarias applicandas vsibus pijs, vt ad  
edificandas Ecclesias, ad alendos pauperes, ad do-  
tandas inopes virgines, quarum pudicitia pericula-  
tur, & similia: verum etiam applicandas officio san-  
ctæ inquisitionis: nam nulla ferme causa magis pia  
est in republica, quàm causa inquisitionis, cuius sin-  
gulari beneficio hæreses extirpantur; & illa est  
summa ratio, quæ pro religione facit. l. sunt perso-  
nae. ff. de religio. & sumpt. funerum.

Tametsi vero Carrius tract. de heret. nu. 79.  
scripserit, non alias esse penas pecuniarias sacro in-  
quisitionis officio applicandas, quàm si necessitas id  
sieri exigat: non tamen est putandum extremam ne-  
cessitatem esse expectandam, sed quæcumq; præsens,  
vel et futura sufficit: nam opportunum est, & fidei  
catholice valde expedit, inquisitionis officium pecu-  
nijs abudare, ut quotiens oportuerit absque incom-  
modo Crucæ signatorum seu familiarum, hæretico-  
rum fiat inquisitio, captura, delictio, & punitio.

Pena vero seu multa pecuniaria tunc imponen-  
da est; quando delati ad gremium Ecclesiæ reuer-  
tuntur: non autem cum sunt pertinaces vel relapsi,  
quia tunc eorum bona confiscata sunt. Zanchinus  
tract. de heret. c. 19. nu. 1. & 2. Carrius de heret.  
num. 79. His adde, quòd pena pecuniaria ad emen-  
dationem & correctionem imponitur, quia non spe-  
ratur in pertinacibus & relapsis, cum absque mi-  
sericordia tradantur curi seculari.

Sed non erit præter rem summam ostendere  
quando & quibus hæc pecuniaria multa imponi  
possit. Primum ergo suspectis de hæresi imponi pos-  
sunt eæ multa pecuniariæ arbitrio inquisitorum:  
Zanchinus tract. de heret. c. 19. nu. 2. & Simancas  
de catho. instit. tit. 46. nu. 76. in quo quis modus de  
beat obseruari paulo post indicabo.

Rursus, inquisitores pro arbitrio suo penam pecu-  
nariam indicunt illis, qui proferunt verba heret-  
ica aut ludendo, aut ex ira, aut ex fatua simplici-  
tate, & ignorantia: quæ tamen omnino excusatio-  
nem non habet, ita Gondissalvus tract. de heret. q.  
8. nu. 6. dixi supra in hac 3. par. tit. de forma exami-  
nationis testium, nu. 72. §. sed quæ pena.

Item imponuntur eæ penæ pecuniariæ reis diui-  
tibus & cupidis seu auaris redeuntibus: nam hi ve-  
hementer dolere solent in pecunia soluenda: & cū  
pena ea sit infligenda, quæ magis timetur, ideo salu-  
briter poterit talibus hæc multa dici. Zanchi-  
nus de heret. c. 19. nu. 3.

De clericis redeuntibus quaesitum est, an penæ  
pecuniariæ illis possint dici: & quamuis quibus-  
dam videatur id fieri non posse, ne bona ecclesiarū  
quibus seruiunt ob eorum delicta diminuantur.  
clem. 2. de heret. verius tamen est imponi posse;  
quod est extra controuersiam, si proprium habeant  
patrimonium. Zanchinus tract. de heret. c. 19. nu.  
5. Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. c. 134. im-  
mo amplius videtur quòd possint in pecunia puni-  
ri, quamuis non habeant patrimonium; si tamen

A fructus beneficiorum in suos vsus conuertant, vt  
differui infra super quaestio. 112.

Addit Repertorium Inquisitorum in hac causa  
de imponendis penis pecuniarijs, uerbo, sententia.  
§. it è ciera. Iste solere cōtingere, vt cui imponitur  
pena pecuniaria, eam soluere nō possit: ideoque cau-  
te facturum Inquisitorem, si hoc casu bimembrem  
formet sententiam hoc modo: Condemno te in tan-  
ta pecunia, & nisi solueris intra tantum tempus,  
talem penam corporalem tibeas. Quod multi  
rationibus ne probo. Primum, quia antequam quis  
condemnetur in pecunia, videndum est, an eam solu-  
ere possit. Rursus, quoniam talis sententia conce-  
ditur non careret auaritiæ suspitione, ista ergo licet  
in alijs tribunalibus fiant, in hoc integerrimo sacro  
Inquisitionis officio nullo pacto sunt admittenda:  
quod in primis obseruandum est cum clericis, qui  
ubi pecuniariam penam soluere non possunt, in cor-  
pore coercendi non sunt, vt optime docet Bernardi-  
nus Diaz in pract. crimin. cano. c. 134. in fine cum  
ergo ob motiā, quis soluere tales penas nō potest,  
alijs salutaribus penitentijs omnino plectatur.

B Hanc autem facultatem imponendæ multæ pecu-  
nariæ habent Inquisitores per rescriptum Alex-  
xand. III. quod incipit: Super extirpatione, quod  
curauimus imprimendum inter literas Apostoli-  
cas, quo cauetur vt huiusmodi pecunia asseruetur,  
& quoties opus fuerit, erogetur ad prosequendum  
officium inquisitionis contra hæreticos.

Hoc postremo admonebo, ne inquisitores in  
huiusmodi penis pecuniarijs imponendis modū ex-  
cedant, sed peccati qualitatem, & personarum con-  
ditionē plurimum animaduertere oportet, atq; id in  
primis ante oculos habendum est, ne quis fidei iudi-  
ces uehementer reprehendenda auaritia, & euitanda  
etiam ab omnibus auaritiæ & cupiditatis suspicio;  
sed in inquisitoribus hoc magis est euitadū, quos in-  
tegerimos esse oportet, & omni mali suspitione ca-  
rere. quam ob reprudētissime sunt huiusmodi peni-  
tentia pecuniariæ iniungendæ: quòd ex Guidone Ful-  
codio indicat Eymericus in fine huius quest. quod  
explicui copiosus supra in hac 3. p. tit. de forma ab  
soluendi predictos. nu. 18. at quamuis hoc possint.

D Et dominus Guido Fulcodius. Huius Guido-  
nis verba ex peruetusto illo codice Bibliothecæ Va-  
ticanae ita habent: Verum quia Prælatorum tena-  
ces sunt manus, & marsupia constipata, consule-  
rem, quod ab illis, quibus iniungitur penitentia  
dandæ pecuniæ in aliquos usus pios, acciperetur  
ad istud, honeste tamen & sine scandalo laico-  
rum hæc ille.

Q V A E S T I O C I I I I .  
An Inquisitor exigere possit ab inqui-  
sitis expensas.  
S V M M A R I V M .  
1 Inquisitor, cui desunt stipendia sufficientia, pe-  
tere potest expensas.  
2 Episcopi autem cum sint ordinarijs, non debent  
exigere.

Opinio Re-  
pertorij In-  
quisitorum  
reiecta.

Vnde habea-  
tur facultas  
imponendæ  
penæ pecu-  
nariæ.

Caute impo-  
nendæ sunt  
penæ pecu-  
nariæ.

Xenia







ees machinacurarum magnis salarijs & stipendijs conductos, & non alet Inquisitores, qui magno labore, & maiore cum utilitate ei inseruiunt, aiebat olim profana Aegyptus sacerdotēs ē publico arario, qui idolorum cultui vacabant, vt scribit Romanus Pontifex in c. non miuus. extra de immunit. Ecclesia. & respub. Christiana non alet censares fidei, per quos intacta religio, incorrupta fides, & res catholicorum dogmatum obseruatio conseruatur. Quod si a republica hec non prestantur, prestantur omnino ab Episcopis, postquam eorum in hac parte onera Inquisitores ferunt, de quo dicam amplius infra super q. 108.

Secunda assertio, quæ dicit Episcopos non posse expensas exigere, manifestissima est: nam cum sint ordinarij, habeantq; redditus ex dignitate Episcopali proprijs stipendijs eos conuenit in hoc negotio laborare, vt probat textus in extrauaganti, Ex eo, de heret. relata ab Eymerio supra, par. 2. tradit Repertorium Inquisitorum verbo, expensæ. §. ex quibus. & Locatus in opere iudiciali verbo, expensæ.

De tertia conclusione, qua asserit Eymericus, Inquisitores posse recipere xenia vltro oblata non tamen a litigantibus, disputant Gondissaluis tracta. de heret. questio. 8. nume. 8. & 9. Simancas de catho. instit. titu. 34. num. 41. & sequen. & tit. 41. num. 37. & Ioannes Royas singula. 112. incip. Iudices xenia. & Repertorium Inquisitorum verbo, extorquere. §. an Inquisitor. & alij.

De ea quid sentiam breuiter more meo dicam, Et iure ciuili Romano xenia, esculentum, & proculentum, quod intra paucos dies prodigatur, accipere licet. l. solent. ff. de officio proconsul. quod ipsum non prohibet ius canonicum iudicibus delegatis. c. statutum. §. in super. de rescriptis. lib. 6.

Ceterum, Inquisitores melius facient si nihil omnino acceperint, neque a reis, quod est valde suspectum: neq; a consanguineis vel amicis reorum, quod est maxime reprehendendum: neque a quibusuis alijs, quod non videtur laudabile: egregia illa est Catonis laus, de qua Iudor lib. 20. erymol. cap. 3. ita scribit: Cum essem (inquit Cato) in prouincia legatus, quamplures ad prætores & consules unum honorarium dabant, nunquam accepi, nec priuatus quidem, hæc ille.

In Hispania multis constitutionum capitibus cautum est, vt Inquisitores qui dona acceperint, in sententiam excommunicationis incurrant, & officio priuentur, & duplum reddant: idque etiam si ad officialibus dona acceperint, prima instructione Hispalensi c. 25. & instructio. 2. c. 1. & instructio. 4. cap. 15. tradit Simancas de catho. instit. titu. 44. nume. 45.

Sed eisdem instructionibus amplius constitutum est, vt ministri omnes suis sint stipendijs contenti, & munera non accipiant, ne poculenta quidem, aut esculenta. qui vero ex illis accepisse aliquid conuictus fuerit, officio priuatur, duplum soluit, & in excommunicationis sententiam incurrat: si quis autem ex ministris id scierit, & Inquisitoribus non reuelauerit, iisdem penis plectitur, ita restatur idem Simancas de catho. instit.

titu. 41. nume. 37. verba autem eius instructionis anni Domini MCCCXXXIIII. cap. 1. ad nobis latine reddita ita habent: Item decreuerunt, quod Inquisitores, & assessores inquisitionis, & alij eius officiales, quales sunt aduocati, fiscales, executores, notarij, & ianitores, debent abstinerere a recipendis donis & muneribus a quibuscunque personis, quas dicta inquisitio tangit uel tangere possit, nec ab alijs personis vice prædictarum. Et quod Inquisitor generalis debet illis præcipere ne quid recipiant sub pena excommunicationis, & priuationis officiorum, quæ habuerint a sancta Inquisitione, & sub pena restitutionis dupli eorum quæ taliter acceperunt, hætenus ibi.

Sunt equidem hæc iusta & prudentissime instituta: si enim in hoc integerrimo tribunali vel minimus & angustissimus aditus pateret muneribus, facile è suis sedibus iustitia & aequitas commoueretur. Munera enim, sicut Exod. c. 23. scriptum est, prudentes excæcant, & subuertunt verba iustorum, nemo ergo (me iudice) aut Inquisitor, aut sacri officij minister munera accipiat: nam grauissimo peccandi periculo se exponit, consular itaque quisque in hac re conscientie sue.

Q V A E S T I O C V .

An Inquisitor teneatur reddere rationem Episcopo de acceptis gratia expensarum, &c.

Entesima quinta quæstio est: Vtrum Inquisitor super expensas, ad quas condemnat eos, contra quos procedit, teneatur Episcopo petenti reddere rationem?

Respondemus quod non, ut patet in extrauag. domini Benedicti xj. alleg. supra quæst. proxima, ubi in §. verum. dicit sic: Verum, & infra; Rationem autem iisdem diocæsani prouentuum obuentium ex inquisitionis officio a uobis non obstante aliqua constitutione, consuetudine, uel mandato contrarijs, non exposcant: sed eam cameræ nostræ, uel alij, cui nos uel successores nostri Romani Pontifices mandarem reddendam, reddatis, quæ generaliter obseruari iubemus.

Ratione Episcopis reddere non tenetur Inquisitor.

COMMENT. CLIIII.

Mltis rationibus potest esse vera hæc prærogatiua, vt Inquisitores hanc rationem Episcopis reddere non teneantur. Primum, quia in hac causa fidei, cum sint delegati, maiores sunt Episcopis, ideoque non debent in hoc Episcopis esse subiecti. Rursus, quoniam cum multum confidat Papa de inquisitoribus, nec sit verisimile eos male hæc bona dispensaturos, propterea non decuit, vt Episcopi ab eis possent hanc rationem exquirere. adde Repertorium inquisitorum verbo, expensæ. §. ex quibus. & Campegium ad Zachimum capit. 19. circa finem.

Inquisitores non reddunt Episcopis rationem acceptorum, & quare.



## QV AESTIO CVI.

An Episcopus exigere possit expensas ab inquisitis, &c.



Entesimafexta quaestio est. Vtrum Episcopus possit exigere sicut Inquisitor expensas, ab his, contra quos procedit, & in expensis, quas fecit eos sententialiter condemnare?

Respondemus quod non: ut patet in extrauag. allegata. Ex eo. §. nerum. domini Benedicti xi. ubi sic dicitur: Verum, quia non nulli dicecesani partem partis prouentuum de haereticorum bonis inquisitionis officio deputata propter expensas: quas dum inquirunt in saepedicto negotio faciunt, à uobis exigere moluntur: hoc tanquam iuri absonum (cum ordinarij sint, ideoque officium tale quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus.

## COMMENT. CV.

Quod docet hoc loco Emericus, accipiendum est iuxta notata per doctores in cap. cum ab omni, extra de vita & honest. cler. vbi Panormit. nu. 12. & 13. rem hanc distinguit & explicat vers. Et circa istam glossam. Et summa est Ordinarius regulariter non debet perere expensas, quas facit dum inquirat in reos, quoniam propterea capit redditus beneficii, ut eius onera sustineat. adde Ancharanum consi. 201. incipien. Præmittendum est. & quæ diximus supra in hac 3. parte, nu. 134. & iterum super quaest. 104.

## QV AESTIO CVII.

An Episcopus exigere possit partem prouentuum de bonis applicatis inquisitionis officio.



Entesima septima quaestio est: Vtrum Episcopus possit exigere partem prouentuum, quæ de haereticorum bonis inquisitionis officio deputantur?

Respondemus quod non; iuxta allegata indulta prædicti D. Benedicti xi. à quo dicitur sic: Verum, quia non nulli dicecesani partem partis prouentuum de haereticorum bonis inquisitionis officio deputata propter expensas, quas dum inquirunt in saepedicto negotio faciunt, à uobis exigere moluntur: hoc tanquam iuri absonum (cum ordinarij sint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibentur.

## COMMENT. CLVI.

Ex illis, quæ traduntur à nobis paulo post cum agitur de bonis confiscatis haereticorum lucem accipiunt quæ in hac quaestione breuiter recensentur. Et

ideo Episcopi non debent habere aliquam partem de bonis applicatis officio inquisitionis. quia ordinarij sunt, & proprijs expensis explere eos oportet; quod eorum incumbit officio: propterea enim capiunt redditus & fructus ipsius Episcopatus, ut onera sustineant in gubernandis populis sibi commissis, & praesertim in extirpanda haeretica prauitate, & coercendis haereticis.

## QV AESTIO CVIII.

Vnde sit Inquisitori in suis sumptibus & in ministrorum salarijs prouidendum.

## SUMMARIUM.

1. Quaestio de sumptibus Inquisitori prouidendis saepius agitata.
2. Inquisitoribus ab Episcopo prouidendum esse, sicut plurimorum sententiam.
3. Alij in dominos temporales hoc onus rejiciunt.
4. Quibusdam uidentur condemnaciones, quæ sunt, illorum vsibus deputandas.



Entesima octaua quaestio est: Vtrum de haereticorum bonis, uel unde debeat Inquisitori in suis sumptibus & in notariorum, & aliorum ministrum officij Inquisitionis salarijs prouideri?

1. Respondemus, quod hæc quaestio est diuersis temporibus coram diuersis summis Pontificibus agitata, & præsertim coram felicis recordationis Urbano v. Gregorio xj. & in consistorio etiã fuit causa diuersis dominis Cardinalibus commissa, & nunquam determinata, nec puto determinanda, quia est de materia pluribus odiola, sed fidei, & Ecclesie fructuosa.

2. Huius quaestions uariæ fuerunt & sunt inter dominos opiniones. Quibusdam & non male ut putatur uidetur, quod Episcopi debeant Inquisitoribus pro tali exequendo officio prouidere: & horum ratio est; quia Episcoporum est fidei plantare, & prauitatem haeticam de suis dicecesibus extirpare, ut patet in cap. Excommunicamus, i. s. adijcimus. extra de haeret. & hoc suis, immo Ecclesie sumptibus, & expensis, ut patet in extrauag. domini Benedicti xi. §. verum. supra frequentius alle. quia ordinarij sunt, Inquisitores autem sunt ad eorū assumpti adiutorium, & ad supplendum negligentiam ipsorum: quare uidentur, quod de sumptibus pro officio exequendo, & eorum ecclesie fiat, & eorum populo ab erroribus reducendo, & in fide confirmando, debeant Inquisitoribus prouidere. Et huius ueritatis fuit dominus Urbanus v. & Clemens iij. in consultationibus ad Inquisitores, antequam esset Papa, qui dicebatur Guido Fulcodius. Huius sententia sunt pro maiori parte omnes domini in uoce, sed nullus exequitur in re: & omnes fere dicunt, quod sic fiendum est; sed uix est, qui dicat, fiat.

3. Quibusdam uidentur, quod domini temporales teneantur Inquisitoribus prouidere, & horum ratio est, quia domini temporales habent haereticorum laicorum condemnatorij per Inquisitores, bonorum



porum confiscationes; quare si habent commoda, habeant & onera.

Et hac fortassis de causa, in quibusdam mundi partibus domini temporales dabant Inquisitoribus stipendia, quia habebant condemnationum bona; modo autem prauitate haeretica quam plurimum extirpata in tantum, ut raro sint haeretici, pertinaces, & rarius relapsi, & rarissime diuites, sed pauperes: ut potè Fraticelli, Beguini, seu Valdéses: domini temporales non habent ita frequenter, sicut olim, honorum confiscationes, & ideo nolunt prouidere Inquisitoribus, ut eorum sumptibus fiant inquisitiones.

Quibusdam alijs uidetur; quòd prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus per Episcopos & ipsos Inquisitores in officio faciendis: quòd licet sit iustum inducit tamen officio prauidicium: & ideo esset melius, si fieri posset, Inquisitoribus aliter prouidere.

A multis alijs modi tacti sunt, & fortassis meliores, & leuiores, sed ad obtinendum difficiliores, quare dimittantur: sed tantum dicatur, quòd male in tam salubri officio, & ecclesiae Dei tam necessario prouideatur.

COMMENT. CLVII.

Haec questio, quae nunc sequitur, valde est vtilis, atque ipsi Emericus loquitur ecclesiae fructuosa; vix enim vlla est causa quantumuis fauorabilis & pia, quam magis fouere expedit, quam officium sacrosanctae Inquisitionis diuinitus institutum ubique terrarum conseruare, augere, fouere, & totis viribus defendere. testes sunt multae praecellentes Europae urbes, quarum magistratus & ecclesiae saeculares, nisi superioribus annis nascentes haereses protinus appressisset, et sacrum officium fouisset, multis fortassis nunc erroribus misere perbareretur.

Ergo euitandum est, ut quaeque res publicae fidei iudices foueat, ut quamprimum haereses oriuntur, in ipso initio opprimantur, & penitus extirpentur: quibus autem in pensis ali debeat & Inquisitores & ministri saepe questum est, nondum autem penitus inuentum constitutum, & confirmatum. id autem est quod querit Emericus in toto hac quaestione, & multorum de hac res sententias proponit, de quibus singulis suo ordine agemus; reuocanda sunt tamen in memoriam quae de hoc articulo supra retulimus, super quaest. 104.

Et Clemens iiii. in consultationibus ad Inquisitores, &c. qui dicebatur Guido Fulcodius. Huius autem Guidonis verba de hac proposita difficultate ex vetusto illo codice Vaticano ita habent: Hic quaeritur unde prouideri possit & debeat Inquisitoribus, & eorum notario, quem vtiq; adhiberi oportet ad acta scribenda, ex quo in terra inuenitur, extra de proba. quoniam contra fallam & dico q. à partibus nihil possunt recipere, hoc est ab his, contra quos inquirunt: nam inquisitiones debent fieri sine incommodo reorum, ut in auth. ut nulli iud. s. his in super iubemus. collat. 9. Debent ergo Episcopi prouidere, qui mandatum Apostolicum receperunt, & dent Inquisitoribus consilium & auxilium. verum quia praetorum tenaces sunt manus, & marsupia constipata, consule-

rem, quòd ab illis quibus iniungitur poenitentia danda pecunia in aliquos usus pios, acciperetur ad istud, honeste tamen & sine scandalo laicorum. haftenus ille.

Et sane haec sententia, quòd Inquisitoribus debeant Episcopi prouidere, verissima mihi videtur ob rationes hoc loco ab Emerico & Guidone allatas, crederemq; grauissime errare Episcopos, qui necessaria subsidia Inquisitoribus denegaret, in omnibus illis locis, in quibus non habent salaria constituta.

Quibusdam uidetur, quòd domini temporales teneantur, &c. Quibus olim ita visum fuerit, nondum percepi: sed hoc videtur etiam approbasse Auctor Repertorij Inquisitorum, qui verbo, salariorum toram hanc quaestione transcripsit.

Hac vero sententia quòd à dominis temporalibus ali debeant Inquisitores, verissima quoque est, etiamsi nulla bona confiscata habuerint: nulla enim causa est, quam magis conueniat principibus fouere, quam hanc, cum ex nulla causa magis regna conseruentur, quam ex defensione fidei, & religione benefundata & propagata, ut grauius ostendit Adrianus Papa VI. in rescripto illo aureo & proleganti ad Federicū Saxoniae Ducem aduersus Lutherum, quod est impressum inter litteras Apostolicas pro officio inquisitionis in sine huius operis, contra vero facile ea regna dilabuntur & perit, quorum principes causam fidei non tuentur, ut multis ostendit Nicolaus primus in Epistola ad Michaelē Imperatorē; quae gratia breuitatis omitto: indicasse hic sit satis. Et copiose de hoc egimus lib. 2. de causis vnde haereses oriuntur, & de remedijs quibus extirpantur.

Quibusdam alijs videtur quòd prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus, &c. Et hoc non modo visum est, sed et iustum ut fieret ab Innocentio III. rescripto quodam incipiente: Cum per nostras, quod curauimus imprimendum in sine huius operis. hic tamen alendi modus, ut hic refert Emericus, inducere videtur prauidicium sacro inquisitionis officio. ceterum hoc prauidicium timendum non est cum tales condemnationes iustissime factae fuerint: nam boni non scandalizantur, mali autem et de bono opere scandalizantur, & obmurmurant.

Quod licet si iustum inducit tamen officio prauidicium. Ita visum est imprimere ex solo codice manuscriptorio Sabellano, nam in Bononiensi & Barcinonensi impresso, & in Codice Cardinalis de Gambara ita legebatur: quod licet sit iustum, tamen inducit iudicium. quae lectio quamuis seruari posset, mutata tamen est: nam haec altera plenior est, & antiquae lectionis hic est sensus, hoc inducit iudicium, quod faciunt peruersi, dicentes faciles esse Inquisitores ad condemnationes faciendas, ut bona haereticorum habeant; & plane decentius esset, si fieri comode posset, aliter prouidere: sin minus, ut dixi, falsum iudicium iniquorum contemnendum est.

A multis alijs modi tacti sunt. In Barcinonensi impresso ita; Multi alijs modi tacti sunt. In Sabellano ita. A multis etiam alijs modi sunt tacti. ex his veram lectionem reposuimus, nam ceteri deprauati erant.

Quales autem modi prouidendi Inquisitoribus illi fuerint, quos hic dicit Emericus fuisse tactos sine

Epif. opi Inquisitoribus prouideat: in necessarijs.

Num. 3.

Dominos temporales prouidere debere Inquisitoribus qui se seruit.

Num. 4.

Aut prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus reorum.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4.



Qualiter poterunt haberi redditus ut inquisitoribus prouideatur.

siue excogitatos, non explicat. ceterum nos hunc modum & facilem & opportunum proponendum putauimus, ut inquisitores habeant sufficientes redditus, ex quibus incumbencia officio suo onera & minera obire possint. modus autem talis est; in singulis ecclesijs eius cinitatis vel diocesis ubi constituti sunt inquisitores multa solent ecclesiastica beneficia, tum simplicia, tum personalē residentia requirentia, ueluti canonicatus, & similia reperiri: ex his cum vacauerint, unum vel plura, que magis idonea, & sufficientia indicabuntur, desumentur, & auctoritate Pontificia inquisitoribus pro tempore existentibus, seu sacro officio assignabuntur cum omnib. fructibus & redditibus, & minutulis etiam seu quotidianis distributionibus. ut hinc sacri officij onera subleuentur, & eius ministri alantur.

Possent quoque super beneficijs eisdem aut etiam super redditibus Episcopatus, eadem auctoritate constitui pensiones annua, qua similiter eidem officio, & eius officialibus deseruirent. equidem hic modus prouidendi inquisitoribus multum mihi probatur, nec videtur admodum difficilis, si quis meliores nouerit, eos proferat.

DE CONFISCATIONE bonorum hereticorum.

QUESTIO CIX.

Bona hereticorum penitentium non relapsorum sintne confiscata, an confiscanda.

SCHEMARIUM.

- 1 Heretici penitentes post sententiam perdant bona nisi ex gratia illis redantur a dominis temporalibus.
- 2 Domini temporales per censuram ecclesiasticam cogi debent ad exequendum confiscationem.
- 3 Penitentibus ante sententiam & vita & bona relinquuntur.
- 4 Concordant his Archidiac. Ioann. Monachus, & Guido Fulcodius.

Enesima nona questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor bona laicorum hereticorum, sed post penitentium, & non relapsorum, debeant eorum dominis condonare, seu ipso facto sint predictis confiscata?

Respondemus; quod nec sunt condemnanda, nec sunt confiscata; nam tales postquam penitentes sunt, & relapsi non sunt, bona non perdunt. Tamen hic est diligenter considerandum, quod tales, uel penitent ante sententiam diffinitiuam, qua traduntur sit impenitentes heretici curie seculari, uel post, si post, cum eo facto, quod heretici impenitentes traduntur per sententiam, bona sunt ipso iure confiscata, iuxta, c. Vergentis. extra de heret. ideo si post conuertantur & peniteant, bona huiusmodi remanent apud dominos temporales, etiam si illi postmodum de misericordia ad penitentiam admittantur: nisi de gratia uelint

Penitentes post sententiam bona non recuperant, &c.

eis reddete. Et de his uidetur loqui c. Vergentis, ut dicit Archid. & Ioan. Monachus, in c. Accusatus. §. porro de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: Vergentis. & infra.

2 In terris uero temporali nostra iurisdictioni subiectis, bona hereticorum statuimus publicarij, & in alijs idē præcipimus fieri, per prætes & principes seculares; quos ad id exequendum (si forte negligentes extiterint) per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli uolumus, & mandamus: nec ad eos bona eorum ulterius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hereticorum consortium, misereri aliquis uoluerit, ut temporalis saltem poena corripiat, quem spiritualis non corrigat disciplina, & cetera.

3 Si autem penitentem antequam per sententiam, ut impenitentes heretici, tradantur brachio seculari, sicut ex sola misericordia relinquunt eis uita, sic & bona: cum tales ad misericordiam abiurata hæresis admittantur, eorū bona non confiscantur.

4 Concordant omnibus his Archid. & Io. Monachus in c. Accusatus, in §. porro. de heret. lib. 6. & predictus dominus Guido Fulcodius q. ult. de illis 1 §. quas fecit ad inquisitores.

Et licet hæc questio sit difficilis ad diffinendum: tamen quia directe non pertinet ad inquisitores, sed ad dominos temporales (quia per eos & non per inquisitores bona huiusmodi confiscantur) ideo breuiter terminetur.

COMMENT. CLVIII.

Ut hanc questionem & sequentes, in quibus agitur de confiscatione bonorum in hoc crimine facilius percipiantur, obseruandum est, quod olim initio constituta delegata inquisitioni, sententia super confiscatione bonorum in terris Ecclesia per iudicem ecclesiasticum ferebatur: in alijs uero terris, per principes seculares id fiebat, ut apertissime indicat textus in c. Vergentis. de hereticis. in hæc uerba: In terris uero temporali nostra iurisdictioni subiectis bona hereticorum statuimus publicarij & in alijs idē præcipimus fieri, per Potestates, & Principes seculares; quos ad id exequendum (si forte negligentes extiterint) per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli uolumus & mandamus hæc ibi.

At labentibus annis indistincte cautū est, ut sententia declaratoria super confiscatione bonorū, ubi que feratur per iudicē ecclesiasticū, qui de crimine iudicat: insuper et confiscationis ipsius executio, seu bonorū occupatio fit per iudicē Ecclesiasticum, uidelicet, per Episcopum, aut inquisitorē; et iudex secularis non intronmittit se, nisi quatenus per iudicē ecclesiasticū fuerit requisitus. c. ut inquisitionis. §. prohibemus. et c. cū secundū leges. §. si. de heret. lib. 6. ibi. Confiscationis tamen huiusmodi executio, uel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales, antequā per Episcopum loci, uel aliā personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. h. c. 25. nu. 2. de quo paulo post agetur copiosus Emericus



mericus vero tum in hac, tum in sequenti questione fecutus veterem dispositionem cap. vergentis sentit de confiscatione bonorum laicorum hereticorum non se intrinsece iudices ecclesiasticos, neque quoad sententiam ferendam si per illis, neque ad occupanda siue apprehendenda eadem bona, ita ut vel sibi, vel alij cui voluerint, ea applicent, sed id totum ad iudices seculares pertinere.

Ex tota vero hac questione, sequentes conclusiones non obscure colliguntur.

Prima est: Si heretici non sunt relapsi, aut impenitentes, bona sua non perdunt, nec sunt confiscata, nec condemnanda seu confiscata.

Secunda conclusio est: Si heretici penitens postquam per sententiam traditi sunt curia seculari, bona sua amittunt, & quamvis admittantur ad misericordiam, & penitentiam, ea non recuperant, nisi dominii temporales voluerint eis bona condonare.

Tertia conclusio est: Si heretici penitent antequam per sententiam curia seculari tradantur, tunc eorum bona non confiscantur.

Quarta & ultima conclusio est: Bona hereticorum laicorum ad dominos temporales pertinent.

Suo ordine declarabuntur a nobis singula huiusmodi conclusiones, si primis adduxerimus Doctores, qui de materia bonorum confiscatorum varijs locis disputant, cuius rei cognitio utilis est & necessaria, cum sepe videntur in iudicijs hac causa tractari.

De ea igitur agunt Ioannes Anania, Zabarella, Joanne And. Panormitanus, Marianus Socinus, Felinus, & alij, in c. vergentis. extra de here. Ioannes And. Archidiaconus, Francus, & alij, in c. accusatus. & in c. cum secundum leges. de heret. lib. 6. Zanchinus tract. de heret. capitu. 24. & 26. & ibidem Camillus Campegius, Repertorium inquisitorum verbo bona, verbo, confiscatio, & verbo, diuisio. Gondissalvus tracta. de heret. quest. 15. Carreus tract. de here. nu. 135. vers. Insuper & in hoc crimine. Sylvester in summa verbo heresis. 2. q. 12. Alfonso Castros lib. 2. de iusta here. punit. cap. 5. & sequen. Simancas de catho. instit. tit. 9. Ioannes Royas in singularibus fidei. sing. 26. incipien. Bonorum publicatio. idem tract. de heret. par. 2. assert. 16. Locatus in opere iudiciali verbo, Bona hereticorum. Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis, lib. 2. tit. de penis committentium crimen lese maiestatis quest. 1. & multis sequentibus. Antonius Gomezus tomo. 3. varia. resolut. c. 14. Julius Clarus in practica criminali quest. 78. & in s. heresis. ver. Item bona condemnatorum. Conradus Brunus lib. 5. de heret. c. 6. Lucerna inquisitorum verbo, Bona. Aegidius Bossius. tit. de hereticis. Couarruias lib. 2. varia. resolut. c. 9. Tabiësis in summa, verbo, Hereticus. §. 6. Rolandus a Valle consilio 8. incipien. Præsupposito pro veros, & consilio 75. incipien. In isto crimine heresis. lib. 3. Fraciscus Burzatus consilio 43. incipien. Hoc crimen heresis. lib. 1. Martinus de Garatis consilio quodam, incipien. In facto præsupponitur. quod referatur in tomo 1. consiliorum criminalium, consilio 58. Guido Papæ decis. 76. incipien. Si in terra: & alij multi per hos relati, quos longum esset recensere.

His ita positi, singulas conclusiones explicemus,

A & quantum ad tres primas generaliter spectat, dicendum est, quod siue heretici peniteant, siue non, siue conuertantur antequam tradantur curia seculari, siue postquam traditi sunt, bona eorum ipso facto, seu ipso iure confiscata esse; quamvis enim tempore c. vergentis, ut ait ibi Panormitanus notab. 2. & Ioannes Monachus in c. cum secundum leges. de heret. lib. 6. bona Hereticorum non essent ipso facto confiscata, sed venient confiscanda; hodie tamen ipso iure confiscata sunt per textum in dicto cap. cum secundum leges. de heret. libro 6. ubi scribitur ita: Bona hereticorum (qui grauius, horribilius, ac detestabilius quam prædicti delinquant) ipso iure de Fratrurn nostrorum consilio decernimus confiscata. hæc ibi.

Nec refert an multo, vel paruo tempore in heresi permãserit hereticus ad hoc, ut bona eius ipso iure sint confiscata, quoniam heresis pertinax, quæ vere & formaliter hereticum constituit, non est temporis diuturnitate estimanda, ut dixi supra par. 2. super c. Dubius. de heret. §. Nec obstat si dicatur, quare cum Emericus tū in hac, tum in sequenti quest. dicit hereticorum penitentium bona confiscata non esse, sane intelligendus videtur de iure veteri iuxta c. Vergentis. extra de her. secus autem est, ut diximus de iure positiuo in c. cum secundum leges. de heret. lib. 6. ubi à die commissi criminis ipso iure sunt confiscata, ut notat communiter ibidẽ glossa & Doctores. ex his ergo constat eos etiam hereticos, qui non sunt relapsi et impenitentes, bona sua amittere. vnde pater veritas primæ conclusionis.

Secunda quoque assertio ex supradictis declaratur; nam si antequam hereticus tradatur curia seculari, bona sua amittit, multo magis eadem perdet, postquam traditus fuerit eidem curia.

Præterea in hac conclusione indicare videtur Emericus, eum qui semel traditus vel relictus est curia seculari, si peniteat, & conuertatur, recipi posse nisi sit relapsus. Ceterum quid de hoc articulo mihi sentiendum videatur, abunde dixi supra par. 2. super q. 11. §. Postquam traditus fuerat. & par. 3. super 10. modo processum fidei terminandi. §. Crederem de misericordia. quibus locis non esse recipiendum ostendi, quod si de facto tales reciperentur, & legitimo iudici videretur eis bona, quæ suæ fuerat, esse condonanda, id fieri posset, ut hic docet auctor.

Mihi autem in hoc casu nullo pacto videtur faciendæ talis bonorum condonatio, & quasi restitutio: quoniam is qui postquam traditus est curia seculari conuertitur, indignus omnino est tanta benignitate; nec videtur iustum, ut duo tam insignia, & ingratia privilegia vitæ scilicet, & condonationis bonorum, indignissimo, & perditissimo homini conferantur.

Quantum vero attinet ad textum in c. Vergentis. de here. quo vitur hic Emericus ad hanc suam opinionem stabilitam, is quidem optime probat posse inquisitores vel alios, ad quos pertinent bona hereticorum confiscata, illa hereticis penitentibus, & reuertentibus condonare, ut abunde explicuimus supra par. 2. super dicto capitu. Vergentis. §. Nec ad eos, ceterum ex eo textu nõ deducitur quod hic Emericus nititur psuadere, videlicet condonanda esse bona eis, qui traditi sunt curia seculari si conuertantur, nam

Bona hereticorum siue peniteant, siue non, confiscata sunt.

Heresis non consideratur ex temporis diuturnitate.

Qui semel traditus est curia seculari, si peniteat, an sit recipiendus.

Nõ sunt condonanda bona ei qui conuertitur postquam fuit traditus curia seculari.

Relat. supra pag. 98. Dominus temporalis cogit ad extirpationem bonorum. Penitentia ante sententiam non tollit damnationem. Penitentia ante sententiam non tollit damnationem. Penitentia ante sententiam non tollit damnationem.



nam nec iuri nec rationi id videtur consentaneum, A immo multa iura contrarium suadere videntur.

In quibus ca-  
sibus possint  
condonari bo-  
na hereticis  
poenitentibus.

Tertia similiter conclusio patet ex praedictis, nam etiam si poenitent, antequam tradantur curia seculari, bona sua amittunt, cum ipso iure confiscata sint. Verum tamen in casu huius assertionis benignum mihi videtur, & etiam observandum, ut in illis casibus, in quibus hereticis redempti bus poena perpetui carceris remittitur, in eisdem etiam ob eandem rationem confiscatio bonorum remittatur, seu bona eis condonentur; qui autem sint illi casus, dixi supra in hac 3. parte super q. 93.

Sed cum ex benignitate & misericordia hereticis redempti bus bona fuerint condonata, licita ea B verinet, & dominum bonorum, quod per delictum amiserant, protinus iudici legitimi condonantis auctoritate recuperant, non autem ex eo solum quod poenitent, ut voluerunt Zenzelinus & Guillelmus, quos refert & sequitur Geminianus in c. cum secundum leges. de haeret. lib. 6. in principio, num. 5. vers. Quarto, an intelligantur confiscata.

An hereticus antequam  
condemnetur,  
teneatur in conscien-  
tia bona sua  
offerre fisco.

Gravis tamen est difficultas, An hereticus non- dum a iudice condemnatus, nec ab aliquo accusatus, siue denunciatus, teneatur in foro conscientiae bona sua omnia, quae eo ipso quod ille incidit in haeresim, amisit, offerre fisco, ita quod si non restituat, tandiu sit in peccato mortali, quamdiu bona quae C possidet, fisco non restituit.

In hac questione pugnant sunt insignium doctorum sententiae: nam ante condemnationem & denuntiationem, obligari hereticum ad restituenda omnia bona fisco, asseruerunt Panormitanus & Felinus in c. 1. extra de constit. idem Panormitanus in cap. dilecti. de arbitris. Antonius Gomezius tom. 3. variar. resolut. c. 2. nu. 5. vers. Item adde. & ut ceteros omitam, tenaciter eandem sententiam multo argumentorum pondere nititur persuadere Alfonso Castrius lib. 3. c. 10. de potestate legis poenalis, & lib. 2. c. 6. de iusta hereticorum poena. eandem profiterentur plerique alij per hos relati.

Non tenetur  
iuxta verio-  
re opinioe.

Ceterum contraria sententia verior semper & benignior & tutior doctissimis visa est, dum asserunt, neminem obligatum esse ad poenam in se ipsum exequendam; & nonnulli quoque in hac questione id hereticis verum esse nominatim tradunt. Contrarium ergo tuentur Conradus de contractib. quest. 7. conclusione 2. Angelus Clauasius in summa verbo poena, §. 3. Syluester in summa verbo haeresis 1. q. 8. vers. Pro his tamen notandum, idem verbo, asserimus, uterque Thomas 2. 2. quest. 62. art. 2. Adrianus quodlibet 6. art. 1. Franciscus Victoria in relectione de Indif. Sotus lib. 1. de iustitia & iure, quest. 6. art. 6. Simancas de carbo. instit. tit. 9. num. 157. & multis sequent. Gabriel lib. 4. sent. dist. 15. q. 4. & multis alij, quos refert Ferdinandus Vasquius lib. 1. de successuum progressu in praefatione, num. 98. vers. Simillimum est.

Neque ab hac sententia ullo pacto recedendum est. Primum, quia nemo cogendus est, ut se ipsum prodat in publicum, iuxta textum in cap. quis aliquando de poenit. dist. 1. quod si per aliquam legem, ut Alfonso putat, ante accusationem & denuntiationem hereticus, sua bona fisco restituere teneretur, iam

obligaretur ad se prodendum, & manifestandum, vix enim quisquam potest sua bona offerre fisco, praesertim si sit vel mediocriter dives, quin seipsum simul infamet, & prodatur: quod quam sit durum nemo non videt.

Rursus iniquum est, intolerabilem obligationem inducere, & ad homines obligare, quod durissimum videatur posse adimplere, neque enim gravia & importabilia sunt imponenda, Matth. c. 23. hoc autem apertissime sequeretur, si ad restitutionem huiusmodi occultos hereticos obligaremur.

Præterea, ut optime scripsit Isidorus & refertur in c. erit autem. dist. 4. leges quibus obligantur subditi ad parendum illis, possibiles esse debent, & subditorum moribus congruentes: neminem autem futurum credo nisi Alfonso, qui facile dicat, legem obligantem in foro conscientiae ad poenam omnium bonorum in se ipsum exequendam, possibilem esse, & subditorum moribus congruentem.

Ad haec nusquam Alfonso & aliorum contraria opinio est consuetudine recepta, neque (ut credo) quisquam theologus unquam huiusmodi occulto hereticos obligavit ad hanc restitutionem faciendam, & gravissimum plane est, & valde acerbam talem persuadere obligationem.

Postremo rationi naturali adversatur, ut id est affor & reus, & ut in se ipsum sententiam quis dicat, & quod fieri, si reus in conscientia obligaretur ad restituendum omnia bona sua fisco, plurimae aliae in hanc sententiam rationes afferri potuissent, quas gratia brevitatis omitto.

Argumenta vero quibus Alfonso nititur persuadere sententiam suam, libenter diluissim, nisi Iacobus Simancas de cath. instit. tit. 9. nu. 157. & multis sequentibus abunde eis satisfecisset. Rursus, propterea libentius eo onere me libero, quoniam quidquid Alfonso dicat, ab hac postrema sententia nullo pacto est recedendum.

Et praefata sententia, qua sequimur, tunc potissime D non vera est, quando hereticus omnino occultus, seu vere mentalis, qui sola cogitatione haeresim animo retinet, nec ullis signis exterioribus eam profert: hunc enim poena exterioris & leges contra hereticos latae non comprehendunt in foro exteriori.

Idem sententias in eo, qui haeresim per signa manifestavit, nemo tamen audiuit: hunc diximus occultum per accidens: quamvis enim talis sit excommunicatus, non tamen tenebitur in conscientia bona sua fisco restituere.

Hoc ipsum asserendum est de heretico emendato, qui licet haereses tenuerit, fraternaliter admonitus resipuit: hic enim ante condemnationem non obligatur in conscientia ad restituenda bona quae possidet si fisco: in his enim omnibus locis habet superiores rationes.

Maior tamen dubitatio est: An hereticus negans in iudicio veritatem, quae fateri debebat, quia verbi gratia, erat semiplena probatio contra ipsum, et propterea fuit a poena liberatus, obligetur in conscientia ad solvendam poenam absque iudicis sententia, non patitur mea brevitas ut eam explicem, videndi interim Dominicus Sotus lib. 1. de iust. & iure q. 6. artic. 6. & lib. 4. q. 6. art. 4. dixi copiose apud Beatum Thomam 2. 2. q. 11. art. 3.

Sed



Sed accedamus iam ad quartam & vltima cōclu-  
sionē, circa quam occurrit grauissima controuersia  
de occupandis apprehendendis, seu adiudicandis,  
vel applicandis bonis confiscatis hereticorū. cuius  
rei cognitio cum nō modo scitu iocunda sit, verum  
etiam vtilis & necessaria, ad dirimendas lites &  
controuersias saepe incidentes, ideo breuiter & di-  
lucide quantum in me fuerit, eam declarabo.

Ad primum quidem de iure ciuili de cōfiscatio-  
ne bonorum hereticorum in l. Manichæos C. de hæ-  
reticis ita scriptum est: Quos bonorum etiam om-  
nium publicatione persequimur. hætenus ibi: An  
autem hæc confiscatio de iure ciuili fieret ipso iu-  
re, an vero per sententiam, tradit Philippus Pro-  
bus in c. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. in ad-  
ditionibus ad Ioannem Monachum.

Ceterum in his bonis, quæ propter hæresim pu-  
blicabatur, nō succedebat fiscus, si filij ipsorum  
hereticorū catholici erarent, vt in prædicta l. Ma-  
nichæos, constitutum erat his verbis: Sed nec filios  
hæretes eis existeret, aut adire permittimus, nisi à  
paterna prauitate discesserint: hæc ibi, idem scriptū  
est in l. cognouimus. C. de hæret. vbi amplius expli-  
catur, quibus applicanda sint bona hereticorum  
confiscata si filij catholici non adsint: nam liberis  
orthodoxis non existentibus, ad agnatos vel co-  
gnatos hereticorum, orthodoxos tamen & catho-  
licos, bona hereticorum peruenire decernuntur:  
quod si nec agnatio nec cognatio recta inueniatur,  
tum res, & bona confiscata fisco principis secularis  
vindicanur, seu applicantur.

Paulo post in Authent. vt cum de appell. cognof.  
§. Si quis de prædictis. hæc succedende ratio præ-  
scripta fuit, cum contingeret patres esse catholi-  
cos, filios autem hereticos; quoniam catholicis pa-  
rentibus non succedunt filij nec alij propinqui hære-  
tici: nā Ecclesia ei succedit, si clericus sit; si vero lai-  
cus, succedit fiscus: hæc in iuris dispositio breuiter re-  
fertur in Authent. Idē est de Nestorianis. C. de hæret.

Multis vero postea sæculis Federicus Impera-  
tor ad annos Domini MCCX. lege lata, cuius  
initium est, Catharos. de confiscatione bonorum hæ-  
reticorum, ita constituit. Et omnes hereticos vtri-  
usque sexus quocumque nomine censeantur, per-  
petua damnamus infamia, diffidamus atque ban-  
nimus, censentes vt bona talium confiscentur, nec  
ad hoc ulterius reuertantur; ita quod filij eorum  
ad successione peruenire non possint, cum lon-  
ge sit grauius eternam, quam temporalem offen-  
dere maiestatem. hætenus ibi. Hæc lex inter litte-  
ras Apostolicas impressa est in fine huius operis,  
cuius etiam fragmentum refertur in Authent. Ga-  
zaros. C. de hæret. Atque hæc de iure ciuili circa  
hæc bona statuta fuisse scimus.

Nunc quid à iure canonico & Papalibus cōstitu-  
tionibus sancitum sit, doceamus. Sed primum præ-  
sandum est, quod cum hæresis crimen mere sit ecclesia-  
sticū, vt Inquisitionis. §. prohibemus. de heretic.  
lib. 6. & ratione criminis ecclesiastici quilibet laici  
& secularis, ecclesiasticorū iudicij legib. & iurisdic-  
tioni subijciantur. c. licet. de foro comper. vbi id no-  
ta: glossa in verbo, vacante impetio. & communi-  
ter doctores, & Oldradus cōsil. 86. incip. Quaritur

an Ecclesia. inde omnino consequitur, vt leges ec-  
clesiasticæ circa hoc crimen, & circa ea, quæ ad  
eius punitionem spectant, disponentes, proualere  
debeant & vbiq; serua. Quare cum confiscatio  
bonorum vna sit ex panis aduersus hereticos la-  
ris, illud profectio de ea tenendum erit, quod à le-  
gibus & constitutionibus ecclesiasticis Papalibus  
fuerit constitutum, quibus obtemperandum erit à  
quibuscunq; cupientibus ac re vera volentibus  
sacro sancta Romanæ Ecclesiæ obedire.

De bonis ergo hereticorum confiscatis, ac de eo-  
rum diuisione, & applicatione per leges ecclesia-  
sticæ & constitutiones Papales diuersis tempori-  
bus, per diuersos summos Romanos Pontifices se-  
quentia potissimum reperio constituta.

Primum dominus Innocentius Papa III. anno  
Domini MCXCIX. siue MCC. Pontificatus sui  
anno secundo, apud Lateranū octauo Kalend. Apri-  
lis, constituit, vt bona hereticorum confiscarentur,  
sicut per leges ciuiles iam fuerat constitutum, & in  
terris Ecclesiæ applicarentur fisco Ecclesiæ, in ter-  
ris vero Imperij fisco iudicij secularis; idque ob-  
seruari præcepit etiam si heretici filios haberent  
catholicos, qui non succedunt in bonis paternis,  
quemadmodū de iure ciuili succedebant, sicut pau-  
lo antea demonstratum est. Atque hoc constituit Inno-  
centius in epistola quadā Decretali incip. Vergetis  
in lenum. directā clero, consulis, & populo  
Viterbien. & habetur in eius Regesto lib. 2. ex qua  
desumitur fragmentū relatū in c. Vergetis. extra  
de heret. quod Emericus recitat in hac quæstio.

Eadem bonorum confiscatio paucis postea an-  
nis, videlicet, anno Domini MCCXV. decreta fuit  
Concilio Lateranen. sub Innocentio III. c. 3. & re-  
fertur in cap. excommunicamus. el. 1. §. Damnati  
vero. extra de heret. constituta tantum differentia  
inter bona hereticorum laicorum, & clericorum,  
de qua ibi scriptum est his verbis: Ita quod bona  
huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confi-  
scentur: si vero clerici, applicentur ecclesiis a qui-  
bus stipendia receperunt. hæc ibi.

Inde dominus Innocentius Papa Quartus, anno  
Domini MCCLII. Pontificatus sui anno nono, apud  
Perusium Idibus Maij, per constitutionem, cuius  
initium est: Ad exiurpanda. bona hereticorum con-  
fiscata in tres partes diuidi iussit, & applicari eo  
modo, quo ibidem continetur in hæc verba: Teneat  
insuper Potestas seu rector omnia bona hereti-  
corum, quæ per dictos officiales fuerint occupa-  
ta seu inuenta, & condensationes pro his exactas di-  
uidere tali modo: ut una pars deueniat in cōmune  
ciuitatis vel loci: Secunda in fauorem & expedi-  
tionem officij detur officialibus, qui tunc negotia  
ipsa peregerint: Tertia ponatur in aliquo tuto lo-  
co secundum q. dictis die cæsano & inquisitoribus  
videbitur referuanda & exponenda per consiliū  
eiusdem in fauorem fidei, & ad hereticos extir-  
pandos, non obstante huiusmodi diuisioni statu-  
to aliquo condito aut condendo. hætenus ibi.

Postea vero Alexander Papa III. qui Inno-  
centio III. proxime successit in Pontificatu, anno Domi-  
ni MCCLIX. Pontificatus sui anno quinto, secun-  
do Kalend. Decemb. apud Anagninam per constitu-  
tionem

Leges Ponti-  
ficæ quid di-  
sponat de bo-  
nis heretico-  
rum confisca-  
tis.  
Innocentij iij.  
constitutio  
anno 1199-  
siue 1200.  
Innocentij  
iiii. constitu-  
tio anno  
1252.  
Constitutio  
Alexand. iij.  
anno 1219.



tionem similiter incipit. Ad extirpanda. similem fecit diuisionem bonorum confiscatorum propter heresim, quæ cum Innocentiana constitutione & diuisione omnino conuenit.

**Alia Alexan-  
dri III. con-  
stitutio an-  
no. 1269.**  
Idem Alexander III. anno Domini MCCLX. Pontificatus sui anno 6. octauo Kalend. Octobris, Genuæ per extrauagantem incipit. Discretionem uestram cõcessit Inquisitorib. in Romana prouincia & administratione Beati Francisci, ut bona hereticorum, & aliorum de quibus ibi, uenderent, & primum ad opus Romane Ecclesie conseruarent, in hæc uerba: Discretionem uestram, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, uendendi ac distribuendi libere bona hereticorum, eorumque fautorum credentium, receptatorum, & defensorum publicata iam seu confiscata, & in posterum publicanda, & confiscanda, prout commissio uobis fidei negotio expedire uideritis, ita quod eorum pretium ad opus Romane Ecclesie conseruetur, necnon & contradictores super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendi, plenam & liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. hæc ibi.

**Clementis  
III. constitutio  
an. 1265.**  
Ad hæc Clemens Papa III. qui proxime successit Alexandro III. eandem illam trimembram diuisionem fecit, anno Domini MCCLXV. apud Perusium Pontificatus sui anno primo, tertia nonas Nouemb. per constitutionem incipien. Ad extirpanda. in ea tamen constitutione explicatius bona hæc declaratur, habet autem ita: Teneatur insuper Potestas, Capitaneus, Consul, seu quicunq; alius Rector, omnia bona hereticorum, & receptatorum eorum, quæ per dictos officiales fuerunt occupata, seu inuenta, & condemnata iones pro his exactas: necnon & lignamina, lapides & regulas domorum & turrium, quæ occasione hæresis destruentur: & bona tam mobilia, quam immobilia, quæ eadem occasione confiscabuntur, diuidere tali modo: Vna pars, &c.

**Constitutio  
Bonifacii octaui  
anno  
1295.**  
Iam Bonifacius Octauus ad annos Domini MCCXCV. parum plus, per constitutionem suam relata in c. Cui secundum leges. de heret. lib. 6. similiter declarauit atq; constituit, ut bona hereticorum ipso iure essent confiscata: reuocata tamen ne apprehederetur, seu occuparentur per dominos temporales, antequam per indices legitimos ecclesiasticos super crimine hæresis esset pronuntiatum: eius constitutionis uerba ita habent: Bona hereticorum, (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quam predicti delinquant) ipso iure de Fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata. Confiscationis tamen huiusmodi executio, uel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales (iuxta Gregorij Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, uel aliam personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. hæc ibi.

**Constitutio  
Benedicti XI.  
anno 1303.**  
Benedictus XI. extrauaganti quadam incipiente: Ex eo. relata tit. de heret. inter communes, directa Inquisitoribus heretica prauitatis in Lombardia, anno Domini MCCCIII. sexto nonas Martij Pontificatus sui anno primo apud Lateranum, ut appareat ex originali, quod uidimus in Inquisitione Bononiæ.

**A**st, constituit, ne Episcopi poscerent partem partis deputatam officio Inquisitionis de bonis confiscatis, ne rationem exigerent ab Inquisitoribus, sed eam redderent Inquisitores camera Apostolica, aut alij prout in dista extrauaganti continetur in hæc uerba: Rationem autem eidem diceciani procuratuum obuenientium ex Inquisitionis officio a uobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine, uel mandato contrarijs non exposcant. Sed eam Camera nostræ uel alij, cui nos uel successores nostri Romani Pontifices mandauimus reddendam, reddatis: quæ generaliter obseruari iubemus, hæc ibi.

**B** Sed ex his uerbis iudicio nostro non potest certo colligi, bona hereticorum confiscata, applicanda esse camera Apostolica, sed hoc solum, uidelicet, Inquisitores non teneri ad reddendam rationem Ordinarijs, siue Episcopis, qualiter scilicet expendant illam partem bonorum confiscatorum, quæ sancto officio applicatur, sed solum eam rationem reddendam esse camera siue Præfetto camera Apostolica, aut illi, cui id Romani Pontifices commiserint. quod rationi est consentaneum: nam cum Inquisitor sit delegatus Papæ, & ob id in causa delegata Ordinario minime sit inferior, cap. sane lo. 2. extra de offic. iud. deleg. non est aequum eum obligari ad reddendam rationem dicecansano de ea parte bonorum confiscatorum, quæ officio Inquisitionis applicatur.

**C** Post Benedictum Undecimum Clemens V. circa annos Domini MCCCVI. in Concilio Vienensi (et re fertur in Clemen. 2. de heret.) reuocauit in bona Ecclesiarum ob delictum Clericorum confiscarentur in hæc uerba: Nec scienter attentent Ecclesiarum bona ob clericorum delictum prædicti occasione officij fisco etiam Ecclesie applicare. hæc ibi.

**D** Hæc sunt magis præcipua & insignia decretata Præficia siue ecclesiastica, quam Imperatoria, siue ciuilia, de bonis hereticorum confiscatis, & eorum diuisione & applicatione loquentia, ex quibus redditur difficilis hæc controversia de diuidendis, seu applicandis bona hereticorum confiscatis, aut confiscandis: & cum multorum insignium uirorum ingenia in ea declaranda, elaborauerint, nondum tamen constituit, quid inuolabiliter tenendum esse uideatur.

**E** Emericus ergo, ut initio huius commentarij diximus, tum in hac, tum etiam in questione sequenti simpliciter affirmat, bona laicorum hereticorum confiscata ad seculares principes & dominos temporales pertinere. ad quam sententiam stabilendam ubique uirtur decisione cap. Vergentis, extra de heret.

**E** Rolandus à Valle in præcitato consilio 8. lib. 3. postquam commemorauit multorum de hac re opinionones, ita sentire uidetur: bona hereticorum secularium confiscata ad dominum temporalem spectant, per textum in cap. Vergentis, & in cap. excommunicamus el. 1. S. Dammati. extra de heret. & in cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. nisi certa constitutiones Papales extarent in contrarium, per quas aliter disponderetur: nam tunc ita applicanda forent sicut per tales constitutiones caueretur. additque considerandum esse diligenter, an tales consti-



Constitutiones sint certa & legitime publicare, & an restringantur ad aliqua loca particularia, vel extendantur ad quascunq; prouincias: si enim hec non reperiantur in talibus constitutionibus, tunc bona laicorum hereticorum confiscata, domini temporalis sisco sunt applicanda iuxta dispositionem iuris in dicto cap. Vergentis. extra, de heret.

Illud item adiungit Rolandus, constitutiones has nunquam vsu fuisse receptas, & ob id nequam fore obseruandas. atque hoc in summa sentit Rolandus.

Bursatus vero in prædicto consil. 43. nu. 43. vers. Quare cum ex supradictis. hanc cõtrouersiam ita cõcludit: ubi adsunt decreta in specie cõcessa alicui civitati circa dicta bona disponetia, illa sunt omnino & inuolabiliter obseruanda, omisso omni alia iuris & constitutionum dispositione: quod si nulla talia decreta particularia reperiantur, tunc particularis loci consuetudo attendenda est, & iuxta eã bona confiscata sunt applicanda vel diuidenda. Sin autem nulla vel priuata decreta, vel consuetudo extent, tunc in terris Ecclesie Romanæ subiectis, dimidia bonorum confiscatorum Curie Romanæ, altera vero officio Inquisitionis applicanda est: in alijs autẽ terris imperij respectu, Italię obseruanda est constitutio Innocentij Quarti, Alexandri Quarti, & Clementis Quarti de triplici bonorum diuisione, quam paulo: antea tradidimus, quoniã illę constitutiones ad terras Italia tantum fuerit transmissę: Sed in locis extra Italiam, in quibus nec decreta particularia, nec consuetudines locales habentur, ius commune est seruandum, sicut à Rolando à Valle in dicto consil. 8. lib. 3. scriptum est. Et hec est Bursati sententia.

Ego vero, vt breuiter meã sententiã perferam, primum omnium libenter subscribo horum virorum doctorum opinioni, quatenus dicunt constitutionibus Papalibus esse deferendum, si tales tamen constitutiones certę & legitime reperiantur. ceterum non probo quod Rolandus à Valle in dicto consil. 8. lib. 3. nu. 34. ait, non esse faciendum fundamentum in dictis constitutionibus & extrauagantibus cum non appareant; nam præterquam quod frequenter à doctoribus citantur in dicto cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. eas viderunt Reuerendissimi domini Cardinales Inquisitores generales in vniuersa republica Christiana, vidimus & nos authenticas & originales plumbeas, eorundemque do minorum iussu in fine huius operis imprimendas curauimus: quamquam ergo non viderit Rolandus, non tamen decuit ita audacter eas in dubium reuocare. quare quantum ad hanc partem attinet, cessat nunc prorsus hec controuersia de viribus seu valore & robore earum: & qui modo de illis dubitaret, de qualibet etiam certa alia re imprudenter, ne dicam impudenter, dubitare posset.

Ab hæc minime probat Rolandus has constitutiones vnquam fuisse vsu receptas, & qua facilitate teleuiter id dixit, seu verius effutiuit, eadem facilitate refellitur. certe ergo hoc scio iussisse Romanos Pontifices diligenter vt obseruarentur, & frequenter obseruatas fuisse credimus à catholicis populis à presentia Pape non longe distantibus.

**A** Præterea non arbitror audiendũ aut recipiendũ id, quod in prædicto consil. 43. lib. 1. nu. 52. & seq. Bursatus affirmat, videlicet, prædictas Innocentij Quarti, & Clementis Quarti, constitutiones, in quibus de triplici illa bonorũ diuisione agitur, locum tantum habere, aut obseruandas esse in Italia, cum ad Inquisitores Italię solũ transmissę fuerint. hoc enim, si verum esset, facile possent infinitę prope Leges & Canones restringi vel ad certas prouincias, vel ad certas dioceses, & priuatas ciuitates, cũ sæpe legũ & canonũ conditores leges & constitutiones condentes vni vel presidi, vel iudici, vel prefecto, vel primati, vel Patriarche, vel

Bursati dictũ perpenditur.

**B** Episcopo, vel Collegio, vel vniuersitati rescribant, vt notissimũ est legẽti titulos, siue inscriptiones legum, præsertim Codicis, & Canonum, præsertim in Decretalibus Romanorum Pontificum Epistolis.

Nec obstat si dicatur illa in corpus iuris esse relata, ac propterea ad omnes extẽdi et applicari: secus autem de nostris extrauagantibus, quę nõ sunt in corpore iuris clause, quoniam responderetur nihil hoc impedire quo minus omnes obligent, cum nominatim & expresse cõstitutum sit, omnes constitutiones & extrauagantes contra hereticã prauitatẽ editas, etiã si in corpore iuris nõ contineantur, obseruandas esse c. vlti. §. vlti. de heret. lib. 6. c. em.

**C** x. §. vlti. de heret. ad quod est textus valde notandus in l. Arriani. §. cũ cõlis quoq; legib. C. de heret.

Iam si verum esset quod Bursatus scribit, facile multa inquisitorum priuilegia fauore fidei cõcessa ruerent, aut in dubiũ reuocarentur, cum interdum inquisitorib. ordinis Fratrum Predicatorum, interdum inquisitoribus ordinis Fratrum Minorum cõcedantur; quę profecto non respiciunt tantum inquisitores eius ordinis, sed cum in fauorem fidei concedantur, omnibus penitus inquisitoribus competunt, cuiuscunq; ordinis aut gradus existant. Quod recte annotauit Nicolaus Eymericus supra par. 2. qui postquam retulisset varias illas litteras & extrauagantes Apostolicas pro officio sancte Inquisitionis, dixit, omnia singula Apostolica priuilegia, quę in prædictis litteris Apostolicis inquisitoribus Aragonię conceduntur, haberi etiam & generaliter concedi per alias litteras omnibus & singulis quibuscunq; inquisitoribus.

**D** Ad hæc, multa sunt capita & decreta in his extrauagantibus. Innocentij Quarti, & Clementis Quarti, (vt de his nũc cum Bursato agam) quę si quis dicat in Italia solum fore obseruanda, ridiculum proculdubio se præbebit, qualia illa sunt de capiendis & custodiendis hereticis, aut deducendis, sicut inquisitorib. visum fuerit; de puniendis eisdem relictis curie seculari per seculares magistratus, & alia similia, quę quis audeat dicere extra Italiã nõ esse obseruanda, propterea quod solum ad Italię inquisitores ille extrauagantes fuerint destinatę?

Propterea vero Romani tunc Pontifices ad inquisitores Italię rescripta illa transmisserunt, quoniam eo tempore in Italia frequentes erant inquisitores contra instantes hereses Patarenorum, Catharorum, Leonistarum, & aliorum hereticorum, qui maxime Italię partes infestabant, sopitis iam & extinctis aliquantulum heresibus Valden-

Extrauagantes de hæc etiam loquẽtes, an vbiq; lexuari debeat.

Cur Romani Pontifices multas extrauagantes direxerint Inquisitoribus Italiae.



sum sine Pauperum de Lugduno, quas paulo antea sedes Apostolica per multorum insignium viro- rum, & praesertim Beati Domini praedicationem in Gallia Narbonensi represserat, ut constat ex his quae cum Eymérico diximus supra parte 2. quae. 13. & alibi multis locis, quamobrem quae tunc ad eos Inquisitores rescribentes statuebant, ab alijs quoque aliarum prouinciarum Inquisitoribus, si affuissent, obseruari volebant pijs & prudentes Romani Pontifices: & ad Italiae Inquisitores ideo tunc ea relata fuerunt, quia illi ea prouisione & constitutionibus maxime indigebant: quod si alibi eadem contingerent, idem ius ibi seruandum esset, ut in casu valde simili recte scripsit Accursius in authen. Cassa & irrita. in verbo, Per totam Italia. C. de sacrosan. Eccl.

Quod p. P. officias extra uagantes sanctum est de bonis haereticorum confiscati, ubique seruandum est.

Quare ut ad institutum reuertar, in locis etiam extra Italiam, in quibus per particularia seu priuata Pontificum decreta nihil constitutum extat de diuisione seu applicatione bonorum confiscatorum, quod ab Innocentio Quarto, Alexandro Quarto, & Clemente Quarto, de triplici diuisione fuerat ordinatum, obseruandum crederem, & custodiendum tamquam legem ubique loquentem, & quoslibet, quibus competere potest obligantem.

Itaque omissa dispositione iuris antiqui, in c. Ver gentis. extra, de haeret. dominus temporalis si in fauorem Sancti officij actu praestet ea, aut alia equipollentia, aut maiora, aut similia illis, quae per di- ffas constitutiones postulantur, tertiam bonorum confiscatorum partem habere poterit, aut etiam plus, si ita Papa concesserit, aut sciens permiserit.

Hinc consequitur recte in Hispania, bona dāna- torū de haeresi applicari fisco regio, ut testatur Co- uarruias lib. 2. variar. resolut. ca. 9. nu. 12. & ius- se posse applicari affirmat auctor repertorij Inqui- storum, in verbo, Diuisio bonorum. circa finem.

Rex Catho- licus in Hispa- niā abūde p- uidet Inqui- storibus,

quoniam Rex noster Catholicus non modo curam habet constituendi praetorium siue sapientissimum Senatum, qui in regia curia omnes causas potius Hispaniae ad huius criminis punitionem pertinentes tractat, cui praesertim ex magnis Hispania praesulibus, verum etiam Inquisitoribus haereticae pra- uitatis, quos praesul ille auctoritate Pontificia con- stituit, ac mittit per totam Hispaniam ad extirpan- dam haereticae prauiitatis labem, abunde subministrat expensas, & quaecunque necessaria, quae si care- ri domini temporales abunde & sufficere Inqui- storibus & eorum ministris praestarent, iustum quidem esset, ut de bonis confiscatis participarent.

Domini tem- porales non p- allates In- quisitoribus necessaria, an debeant parti cipare de bonis cō- nificatis.

Cum autem in multis locis domini temporales non praestent Inquisitoribus illas impensas, nec actu, sub- eant illa onera & labores, aut alia his similia, quae Innocentius Quartus, & Alexad. Quartus, & Cle- mens Quartus, praestari iusserunt, equidem non video quo iure, quare ratione aut causa possint habere tertiam illam bonorum confiscatorum partem, illis per eas constitutiones assignatam: neque enim ob aliam cau- sam concessa eis fuisse videtur, nisi quia labores illos & onera subibant: quae cum hodie regulariter non praestent, postquam onus non sustinent, commodum reportare non debent, quod & ratio naturalis & equitas postulat. c. qui sentit. de regul. iuris. lib. 6.

l. secundum naturam. ff. de regul. iuris.

Quia vero si domini temporales bona haereticorum confiscata occuparent, facile posset contingere, ut idem non prouiderent abunde Inquisitoribus. & eorum ministris in omnibus necessarijs ad promotionem Sancti officij, unde res fidei non mediocriter laedi possent, proinde illud semper verissimum esse putari, quod Ludouicus Bologninus grauis Iuristae & multae eruditionis consuluit, ut refert Tabiellus in Summa. verbo, haeret. §. 6. videlicet, omnia bona cō- fiscata applicari debere ad promotionem & utilita- tem Sancti officij, sicut in Hispania data esse testatur Simacas de catho. infli. tit. 9. de bonis haereticorum. nu. 132. quamuis aliud scripserit Couarruias lib. 2. variar. resolut. c. 9. nu. 12. ut paulo antea diximus, quod propterea omnino seruandum foret, quoniam hodie ut in Clemēt. 1. de haeret. constitutum fuit inquisitores proprios habent carceres, fami- liam propriam, & proprios notarios & ministros, quibus maiori ex parte domini temporales nec ali- quomodo salariū praebere solent. immo vero quā- doque rogati nolunt quidquam persolvere: qui- nimmo si Inquisitor domini secularis satellites aut apparitores, aut milites interdum peius pronega- tūs fidei exequendis, res capiēdis, aut deducendis, id ea gēs non aliter exequi vult, nisi ab Inquisito- re satisfactionem & pretiū impensae seruitij accipiat.

Quod si quis consuetudinē mihi obijciat circa huiusmodi bona occupanda siue apprehendenda, re- spōdebo non facile putare me talem consuetudinem seruandam esse: nisi fuerit rationalis & legitime praescripta, cap. sine. extra, de consuetu. & nisi fue- rit conformis iuribus & Papalibus constitutioni- bus, quoniam saepe domini temporales de facto ea faciunt atque inuadunt, quae de iure licite facere non possunt, & contra imbelles Inquisitores non dif- ficulter obtinet quod in suis dominis ac terris cupiunt & de facto possunt. quare nisi cōsuetudo buerit qualitates, quae proximo dixi, suspecta merito & illicita haberi poterit, nec erit seruanda.

Et quamquam sentiam omnia haec bona cōfiscata assignanda esse sanctae Inquisitionis officio: ex cau- sa tamen quandoque aliter possunt impedi & appli- cari ad alios pios vsus, sicut ad impensas belli contra infideles, aut ad alias similes, & Reipublica Christiana vtilis, quemadmodum tempore Catho- licorum Regum Hispaniae, Ferdinandi, & Isabel- le, magna pars bonorum ob haeresim confiscatorū applicata fuit bello, quod aduersus Sarracenos Gra- natenenses gerebatur, ut testatur auctor Repertorij inquisitorum in verbo, Diuisio bonorum. Et hoc modo accipi posset extraneus illa Alexandri Quarti, quae incipit: Discretionem uestra. cuius se- ruiem paulo antea retulimus, per quam iubet Pa- pa inquisitoribus Romanae prouinciae & admini- strationis beati Francisci, ut bona haereticorum ren- dant, & pretium conseruent ad opus seu fabricam Romanae Ecclesiae, cessante vero rursus ea causa, officio inquisitionis sunt integre applicanda.

Quid autem iudicem de opinione illorum, qui di- cunt dimidiam partem bonorum confiscatorum at- tribuendam Camerae Apostolicae, & alteram dimi- diam officio Inquisitionis, alibi explicauimus, inter- uideo

Omnia bona confiscata ad promotionem Sancti officij. Inquisitionis officio. Inquisitores proprios habent carceres, familiam propriam, & proprios notarios & ministros. Inquisitor domini secularis satellites aut apparitores, aut milites interdum peius pronegatus fidei exequendis, res capiēdis, aut deducendis, id ea gēs non aliter exequi vult, nisi ab Inquisitore satisfactionem & pretiū impensae seruitij accipiat. circa huiusmodi bona occupanda siue apprehendenda, respondebo non facile putare me talem consuetudinem seruandam esse: nisi fuerit rationalis & legitime praescripta, cap. sine. extra, de consuetu. & nisi fuerit conformis iuribus & Papalibus constitutionibus. quoniam saepe domini temporales de facto ea faciunt atque inuadunt, quae de iure licite facere non possunt, & contra imbelles Inquisitores non difficulter obtinet quod in suis dominis ac terris cupiunt & de facto possunt. quare nisi cōsuetudo buerit qualitates, quae proximo dixi, suspecta merito & illicita haberi poterit, nec erit seruanda. Et quamquam sentiam omnia haec bona cōfiscata assignanda esse sanctae Inquisitionis officio: ex causa tamen quandoque aliter possunt impedi & applicari ad alios pios vsus, sicut ad impensas belli contra infideles, aut ad alias similes, & Reipublica Christiana vtilis, quemadmodum tempore Catholicorum Regum Hispaniae, Ferdinandi, & Isabelle, magna pars bonorum ob haeresim confiscatorū applicata fuit bello, quod aduersus Sarracenos Granatenenses gerebatur, ut testatur auctor Repertorij inquisitorum in verbo, Diuisio bonorum. Et hoc modo accipi posset extraneus illa Alexandri Quarti, quae incipit: Discretionem uestra. cuius seruiem paulo antea retulimus, per quam iubet Papa inquisitoribus Romanae prouinciae & administrationis beati Francisci, ut bona haereticorum rendant, & pretium conseruent ad opus seu fabricam Romanae Ecclesiae, cessante vero rursus ea causa, officio inquisitionis sunt integre applicanda. Quid autem iudicem de opinione illorum, qui dicunt dimidiam partem bonorum confiscatorum attribuendam Camerae Apostolicae, & alteram dimidiam officio Inquisitionis, alibi explicauimus, interuideo



videtur Tabiensem in summa, verbo, hereticus. §. 6. Carpegium apud Zachinum c. 26. & Bursarum in dicto consi. 43. nu. 55. vers. Et quod hodie.

Neq; his qua haftenus diximus, obstat si dicatur, no spectare ad Romanum Pontificem in terris sibi temporaliter non subiectis, disponere de rebus aut bonis hereticorum laicorum, sed id totum ad dominos temporales pertinere; quoniam respondetur hoc falsum esse, ne dicam impium, & blasphemum; na vt supra dicebamus, iudicare de hereticis & pertinentibus ad eos, ad Ecclesiam spectat, cum sit haeresis crimen mere ecclesiasticum; quod autem bona eorum publicentur, inter panas hereticorum numeratur: de hoc ergo standum est Pontificum & Ecclesiae legibus.

Rursus occupatio bonorum accessorium est ad sententiam damnationis hereticorum, quod est principale, vt scribit Geminianus in cap. cum secundum leges, de here. lib. 6. accessorium autem iuxta naturam principalis iudicatur, c. accessorium, de regul. iur. lib. 6. cuiusque hoc crimen sit mere ecclesiasticum, cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de heret. lib. 6. vbi prohibetur iudicibus secularibus, ne de eo quoquo modo cognoscant, inde fit, nec de bonis hereticorum cognoscere debeant, aut illa occupare possint, sed id totum ad iudicium Ecclesiae spectat, nec quicquam amplius de illis disponere poterunt, quam per ecclesiam eis fuerit concessum.

Ad haec ex serie Pontificiarum constitutionum, quas supra retulimus, satis constat Romanos Pontifices de bonis hereticorum semper libere disposuisse, quod vtiq; non fecissent, nisi talem haberent potestatem.

Præterea Romanus Pontifex ratione latissimæ suæ iurisdictionis & potestatis, non solum potest coercere quoslibet laicos inferioris ordinis peccatores sed etiam Principes, quos potest dignitatibus suis priuare, cap. ad abolendam. §. Statuimus. extra de heret. tradit glossa & Doctores, in dicto cap. Vergentis. de heret. inde videmus ac scimus Papam priuare Reges suis regnis cap. alius. 15. quæst. 6. & docet copiose Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 114. poterit ergo eorum bona confiscare, & cui voluerit applicare.

Quod vero hæc applicatio bonorum confiscatorum Ecclesiae fieri debeat, & potissimum ei tribunali & officio, quod in hereticos animaduertit, rationi est valde consentaneum. cum enim heretici Ecclesiam offendant, & eam insigni afficiant iniuria, eidem laesæ principaliter satisfaciendum est, vt notat Felynus in c. Vergentis. extra de heret. pro quo facit illud Iacobi Butrigary pronuntiationem, in l. quicumque. C. de heret. dicens, quod vbi cumque delictum est ecclesiasticum, & bona sunt publicanda ea debent applicari Ecclesiae.

Rursus non obstat dicere, quod si hæc bonorum applicatio deberet fieri Ecclesiae, sine sancto officio Inquisitionis, facile posset contingere, quod vbi esset multitudo hereticorum, illis damnatis paulatim omnia bona deuenirent ad sanctum officium, & ita domini temporales grauitè laderentur, quoniam respondeo immo hinc oriri debere effectum contrarium; nam facile hoc non timebunt domini

A temporales, si studuerint ac operam dederint ne heretici in suis terris libere agant, quos si extirpauerint, longe erunt ab hoc timore; sin autem secure agere permiserint indigni sunt, vt bona eorum confiscata ad eos deuoluantur.

Postremo illud adiungam, quod à me aliquando quaesitum scio, an domini seculares possint cedere re statuta, quibus caueat, qualiter diuidenda vel applicanda sint bona hereticorum confiscata, & breuiter respondeo, talia statuta facta absq; Romani Pontificis concessione, inuvalida esse, & penitus irrita cedere, tamquam disponentia de re non spectante ad dominos temporales, sed potius ad Ecclesiam, vt constat ex superioribus. Quare si disponent verbi gratia, ne Inquisitores bona confiscata, aut aliquam eorum partem habeant, aut vt nullo pacto de his sese intromittant, præterquam quod ita disponentes inuvalidè constituunt, velut impeditores sancti officij puniri possent, argumento textus in cap. statutum, et 1. cum ibi notatis per glossam, & Doctores, de here. lib. 6. Quod si constituerent, vt vel omnia officio Inquisitionis tribuerentur, vel aliter seruatis Papalibus constitutionibus expenderentur, tunc de alia statuta quia sancto officio faueret, aut conformia forent, iuri Pontificio, recipi possent.

Cauent tamen Inquisitores, ne dum partes suas in hac causa tueri cupiunt, odium dominorum temporalium in se cõcitet, absque quorũ beneuolentia, & fauore vix quandoque munus suum exercere possunt: quare cum de his magna fuerit controuersia, recte facient si supremum inquisitionis prætorium consuluerint; rectius vero facturos existimo principes & dominos seculares, si Inquisitorũ partes fouerint, eisq; detulerint: nisi enim causa fidei in tuto sit, & haereses extirpentur, regna & dominia nequeunt diutius in pace consistere, nec conseruari, vt copiose demonstrauit lib. 2. de causis vnde haereses oriuntur, & de remedijs quibus extirpantur.

Ex omnibus ergo supradictis apparet, quid de bonis confiscatis hereticorum laicorum censendum, ac disponendum videatur. Caterum, quia cum de lucro captando agatur, scio futuros esse multos, quibus nostra hæc placita displicebunt, præsertim cum homines facilius sequantur eorum doctorem opinioniones & sententias, quæ suis votis & desiderijs fauent, quamuis sint contra veritatem, aut contra utilitatem, honorem, & incrementum sacrosancti officij Inquisitionis, propterea cuperem omnino, vt sanctissimus dominus Papa, lege lata, sanciret ac constitueret, quod omnino seruandum foret circa confiscationem bonorum propter haeresim applicationem aut diuisionem, singulatim declarando omnem casum, qui incidere posset, & exprimendo, onera dominorum temporalium, si aliquã partem de bonis confiscatis habere vellent, vt ita tandem omnes controuersia componerentur, lites cessarent, & iurisperitorum responsa tacerent, quorum fortassis nonnulli humano affectu ducti, illis fauent à quibus temporale aliquod commodum vel acceperunt, vel accipere sperant.

Postremo ex prædictis videtur inferendum, in eis locis, in quibus non sunt adhuc Apostolici Inquisitores constitui, bona damnatorum de haeresi

An valeat statutum domini temporalis disponens de bonis hereticorum confiscatis.

bona damnatorum de haeresi an pertineant ad Episcopos in locis ubi non sunt Apostolici Inquisitores.

Bona damnatorum de haeresi an pertineant ad Episcopos in locis ubi non sunt Apostolici Inquisitores.





applicanda esse fisco Episcopi diocesani, qui causam fidei tractans hereticos punit, non obstante quod Episcopus debeat suis stipendijs & impensis in hereticos animaduerrere, per extrauag. Ex eo. tit. de heret. inter communes. Episcopus enim seu Prelatus diocesanus fiscum habere dicitur, vt notat glossa in c. quia diuersitatem. extra de concessione preben. vbi id notant Ant. de But. nu. vlt. circa finem: & Ioanes de Imola nu. 12. vers. et nota bene ex glossa. & alij quos refert Couarruuias lib. 2. variar. resolut. c. 9. nu. 11. vers. septimum aduertendum est. Ceterum hęc bona in vsus pios per Episcopum conuertenda essent nisi dicas ad fiscum Romanę Ecclesia pertinere, vt alibi indicauimus.

## QVAESTIO CX.

An bona hereticorum impœnitentium vel relapsorum confiscanda sint ab Episcopo & ab Inquisitore, &c.



Entesima decima quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor bona laicorum hereticorum impœnitentium, seu relapsorum, relictorum brachio seculari, debeant eorum dominis condemnare, vel ipso facto, quo ut tales relinquuntur, sint de iure eorum dominis confiscata?

Respondemus, quod confiscatio bonorum hereticorum laicorum, vt dictum est supra quæstio. proxima. & patet c. Vergentis. extra de heret. non est facienda per iudices ecclesiasticos, sed per Potestates & Principes temporales, licet possint cogi per ecclesiasticos iudices per censuram ecclesiasticam ut eam exequantur: quæ quidem facienda est per eosdem, cum aliqui heretici indicantur ut relapsi, & traduntur curię seculari, ut patet in c. Vergentis. extra de heret. & c. Super quibusdã. de verb. sign.

Et quia hęc quæstio indirecte pertinet ad Inquisitores, sed directe ad dominos temporales, ideo dimittatur.

## COMMENT. CLIX.

In hac quæstione Emericus in sua opinione persistit, videlicet bona hereticorum laicorum confiscanda esse per potestates & principes seculares, & eisdem etiam applicanda; de quo articulo quid mihi sentiendum videatur, abunde explicui super proxima præcedenti quæstione.

Illud hoc loco admono, quod recte Emericus obseruat, ex c. Vergentis. extra de heret. nempe principes seculares cogi posse per censuram ecclesiasticam, vt bonorum confiscationem exequantur. Equidem raro huic censuræ locum esse putarem. si bona confiscata essent applicanda dominis temporalibus; cum sponte cupiditate habendi ad illa apprehendenda eos excitandos credam. Verum si cum officio Inquisitionis sunt applicanda, forte contingat hæredes, aut amicos, aut consanguineos eorum, quorum bona fuerint confiscata, ea bona nolle restituere, cogendi sunt ad ea exhibenda per censuram

Qui detinet bona confiscata, ad ea exhibenda & ecclesiastica censura & vi compelli possint.

A ecclesiasticam, & si opus fuerit, vi compelli debent, etiam si opus fuerit, inuocato auxillio seculari, argumento huius textus.

## QVAESTIO CXI.

An propter hæresim maritorum dotes vxorum sint confiscandæ.



Entesima vndecima quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor propter hæresim maritorum, dotes vxorum catholicarum debeant confiscare?

Respondemus, ut dictum est supra quæstio. proxima, quod interest Episcoporum, nec Inquisitorum, dominis temporalibus bona hereticorum confiscare, sed ipso iure sunt confiscata.

An autem propter hæresim maritorum dotes vxorum catholicarum sint confiscata, dicendum est, ut in c. Decreuit, de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Decreuit felicis recordationis Innocentius Papa quartus, quod propter hæresim maritorum catholicorum dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus, nisi forte mulieres ipsæ cum viris matrimonia contraxissent, quos hereticos tunc sciebant.

## QVAESTIO CLX.

Potissima huius quæstionis conclusio est, Dotes vxorum ob hæresim maritorum non confiscari, nisi quando cum hereticis scienter contrahunt matrimonium.

De hac materia differunt Zanchinus tract. de heret. c. 25. nu. 4. Locatus in opere iudiciali, verbo, pena. nu. 9. vers. septimo vxores Carverius tract. de heret. nu. 141. vers. qui filij etiam. & nu. 169. vers. an autem liceat vxori. & seq. Palacios Rabinus super lege Taurina 78. nu. 1. idem in tract. de regio Navarra par. 5. S. 5. vbi copiose explicat quando delictum mariti vxori noceat. Simacas de catbo. inst. 11. 9. nu. 66. & sequen. Ioannes Royas singulari 215. incip. Vxor hæretica.

Ratio vero huius conclusionis est, quoniam mulier scienter contrahens cum viro hæretico, erroris eius cõsentire videtur, & hæretica putatur: unde consequitur vt & dotem & dotis privilegia amittat, de quibus in l. 1. ff. sol. mat. & in l. assiduis. C. qui portio. in pig. habeantur. authen. item privilegium. C. de har. Archidia. in c. 1. 4. q. 1. Baldus in rubr. de priuil. dot. late Balbus tract. da dote p. 11. membro 3. differentia 21. Ioan. Royas dicto singulari 215. glossa, Archidia. & Doctores communiter in c. decreuit. de har. lib. 6. Repertoriũ Inquisitorũ verbo, mulieres. §. vlt. idem copiosius verbo, dotes.

In hac tractatione sequentia sunt putissimũ obseruanda. Primum, si vxor a principio nesciuit, vitam cui nubebat, hæreticam esse, etiam si postea sciat, non admittit dotem: quoniam iniriũ respiciunt. ita glossa in dicto c. decreuit. de heret. lib. 6. verbo, tunc. quã communiter præcitati sequuntur: ignorare autẽ presumitur nisi probetur scire. l. verius. ff. de probatio. Sed



Sed mihi hoc amplius obseruandum videtur, si a principio ignorans contraxit, quamuis postea maritus hereticus fuisse obligat, dotem non amittet, nisi ipsa peccato eius deinceps consentiat: nam tunc eodem amittet, quoniam paria videntur a principio vel ex post facto delicto consentire: vbi que enim peccatum adest, & eadem pena ratio, quare idem ius statuetur. l. illud. ff. ad legem Aquiliam.

Plus tãto dubitationis habet: An si vxor maritum hereticum, nouit, postquã cum eo contraxit, dotem amittat, si nõ reueler iudicibus fidei; & qui tenent hereticos inãfistite esse reuelandos, fortassis diceret in penã omiãa reuelationis priuilegium recipere rãde dotis amitti, sed verius est non amittere. Primum, quia ex omiãa reuelatione nõ contrahitur heresis, sed heresis suspicio: pena autẽ amittende dotis nõ videtur infligi ob solã quamcunque heresis suspensionem, sed ob heresim formãlẽ: & hoc est benignius; & ita accipio textũ in dicto c. decreuit. de heret. lib. 6. punietur ergo mitiori pena extraordinẽ: interdũ verõ excusari poterit ob causas; quas tãli supra parte 2. super q. 53. §. at non videtur.

Huc spectat quã tradit Matthæus de Afflictis in consli. regni Sicilia lib. 2. Rubrica 8. de vxorib. fori iudic. quẽ sequitur Gigas tract. de crimine lesa maiest. lib. 3. tit. de penis, quas incurrun filij. q. 19. num. 2. quõd si non denuntiat maritum suum rebellem Regi, excusatur propter arctissimã conuincionem, quã est inter virum & vxorem.

Num autem si vxor catholica receperit maritum hereticum, incidat in penas receptatorum, quãstionum est: & Albericus tract. de statutis, par. 4. q. 7. non teneri penã receptatorum asserit, & ita quandoque iudicatum commemorat, per textum in l. 1. C. de repud. ibi: non mutet uxoris affectionẽ: quia potius id amore viri & affectu maritali, quã affectu criminis facere videtur. & hanc sententiam sequitur Gigas tract. de crimine lesa maiestatis lib. 3. tit. de penis, quas filij incurrun. q. 20. nu. 2. neq; ab hac sententia puto recedendum, vt dixi supra par. 2. super quãst. 56. §. sen aliãs fauorem. cum seq.

Sed in viã reuertor, cum vxor dotẽ non amittat ob heresim mariti (quod iustum est & rationi cõsonum, quia delicta suos debet tenere auctores. l. sanctimus. C. de penis. ) si bona mariti a fisco sine occupata, mulier dotem suam ab eo repetere poterit. l. 1. cum ibi notatis. C. de repud. tradit Baptista a sancto Blasio in tract. de priuileg. dotalibus in priuilegio 146. sequitur Campegius tract. de dote 3. par. q. 23. & Hyerony. Gigas tract. de crimi. lesa maiestatis lib. 3. tit. de penis, quas filij incurrun. q. 18. nu. 6.

Cum vero dicimus, dotẽ esse catholica vxori a fisco restituendã, eam intelligimus, quã vere maritus hereticus ab vxore habuit, nõ illã quam in dotalibus instrumentis maritus se habuisse cõstitetur. l. 1. C. de dote cau. non numerata. l. si quis post hac. C. de bonis proscript. glossã & Doctores communiter in l. assiduis. C. qui potior. in pig. habeantur.

Non ergo sufficit vxori ad repẽdã dotẽ a fisco, producere dotal instrumentum, nisi amplius per testes, vel fidẽ tabellionis, vel aliter numerationem dotis viro factã legitime probauerit, vt efficaciter docuit Gabriel. Quemada in cõpendio questionum

A de bonis confiscatis. q. 4. quod apertissimẽ probat textus in dicta l. si quis post hac. C. de bonis. proscripto. ibi: Dos etiam, non quã aliquoties inuenter, dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, re-presentetur. hæc ibi.

Ad hæc restituenda sunt vxori bona parapherna, & alia eiusdem propria, quocunque titulo que sita: itẽ ea, quã ab innoxio adhuc viro titulo donationis ante nuptias accepit, aut alijs quibusdã modis, quos explicat textus in dicta l. si quis post hac. C. de bonis proscripto. in hæc verba: Ea etiam quã ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis accepit, uel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscritionem peruenerint, apud eam firmiter permaneant. hæc tẽnus ibi.

Huc spectat textus in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. & in l. 2. C. ne vxor pro marito.

His verbis comprehendas arrhas, & alia munuscula, quã ab sponso data sunt sponse osculis interuenientibus, cum primum copularentur: hæc enim non confiscantur, quia pudicitia prãmio cedunt: hæc ergo a fisco repẽdenda erunt.

Neque propter heresim mariti perdit vxor, que dono accipit a consanguineis eiusdem mariti, nisi nominatim ab eo, qui donauit vxori, dictum sit vt marito acquirantur, vt optime scripsit Palacius Rubius in rub. de donatio. inter virũ & vxorem. §. 45. quem sequitur Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 76. quod & mihi magnopere probatur: quia hoc casu contemplatione vxoris, non inuitã viri factã videtur huiusmodi donationes, quod tũc maxime verum erit, curres dono datã eius sunt natura, vt potius vxori, quã viro competant.

Illã mihi postrema difficultas hic est diluenda: An id quod matrimonio constante acquisitum est, debeat fisco adiudicari, cum maritus committit crimen heresis; an uero & sua lucri pars vna cũ dote vxori sit restituenda: & omiãis multis, verior sententiã & mitior est (ã qua non recedorem si iudex in tali lite futurus essem) suã partem lucri cum dote vxori restituendam esse. Primum hoc benignitas suadet & æquitas. deinde non est rationi consonum, vt bona lucrata ex parte vxoris non committentis delictũ fisco cedant. l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marito. Postremo hoc communi vero recipiunt viri insignes. Palacius Rubius in rubr. de donatio. inter virum & vxor. Gabriel Quemada in cõpendio questionum de bonis & confiscatis. q. 6. quos sequitur Simancas de catho. instit. tit. 9. nu. 71. ægretã huc spectantia ab alijs sint petenda: nobis magis necessaria frequentiora retulisse sit satis.

Q V A E S T I O CXII. De confiscatione bonorum clericorum hereticorum.



Entesima duodecima questio est: Vtrum bona hereticorum clericorum impœnitentium, uel relapsorum, sint ipso facto, cum tales relinquuntur bra-

Qualia bona cũ dote vxor recuperet marito damnato.

Quã accepit vxor a consanguineis mariti heretici nõ perdit ob illius heresim.

Acquisitum cõstante matrimonio, an fisco adiudicetur, uel g. d. vxori detur.



chio seculari, ecclesijs unde illa habuerunt, seu A episcopo confiscata.

Respondemus, quod bona laicorum confiscantur dominis temporalibus, & si sunt domini temporalibus prelati, eis applicantur; si seculares, secularibus dominis confiscantur, non per ecclesiam, sed per curiam secularem, ut in c. Vergentis. de hereti.

Relat. supra pag. 101.

Bona vero clericorum applicantur ecclesijs, à quibus stipendia habuerunt, ut patet in cap. Excommunicamus itaque, in prin. ubi dicitur sic: Dànati vero presentibus secularibus potestati bus, aut eorū balliuis relinquatur animaduersione debita puniendi, clericis prius à suis ordinibus degradatis: ita & bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur; si uero clerici, applicentur ecclesijs, à quibus stipendia receperunt.

Supra pag. 113.

Est tamen considerandū, quod de huiusmodi materia habetur in c. Nolentes, de heret. in Cle. ubi dicitur de Inquisitoribus sic: Nec scienter attemptent, ecclesiasticum bona ob clericorum delictū prædicti occasione officij fisco etiam Ecclesiæ applicare, Quod si fecerint in his, uel eorum altero fecerint, excommunicationis sententiæ eos subiace-re decernimus ipso facto.

### COMMENT. CLXI.

**E**X tota serie huius questionis non obscure colliguntur tria axiomata.

Sūma totius questionis.

Primum est. Bona laicorum hereticorum applicantur dominis temporalibus, siue tales domini sint seculares, siue sint prelati, quos contingat habere iurisdictionem temporalem.

Alterum est. Bona hereticorum clericorum applicantur ecclesijs, a quibus habuerunt stipendia.

Postremum est. Bona ecclesiarum, quæ à clericis hereticis possidentur, ob delicta clericorum non esse applicanda etiam fisco Ecclesiæ.

De prima assertionem nihil nūc est à nobis dicendū, cum in præcedentibus satis ab eide docuerimus, Emericū vetera iura seculorum ubique sentire, bona laicorum hereticorū & confiscari per principes laicos & occupari, cum tamen hodie res aliter habeat.

Bona clericorum hereticorum cui applicanda.

Alterum ergo axioma nunc est in primis declarandum, in quo Emericus apertissime sentire videtur, bona clerici heretici, quæ ex Ecclesia vel respectu eius acquisiuit, confiscari non posse, nec a quoquam iudice occupari; sed illi Ecclesiæ, cuius contemplatione ea habuit, esse applicanda.

Hæc uero Emerici sententiæ apertio iure nititur, in c. Excommunicamus 1. § 1. de heret. quo textu videtur hic auctor. tenet glossa ibidem verbo stipendia. Collectarius & alij. Ancharanus in c. cum seculum leges. de heret. lib. 6. & Conradus Brunus lib. 5. de heret. c. 6. Felynus in cap. Vergentis. de heret. Cardinalis in Clemen. 2. de heret. q. 6. versi. Inquisitoribus. Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio §. bona clericorum. Bernard. Diaz in præf. erimi. Can. c. 106. & alij quos prudens omitto.

Tria bonorum genera possidentur à clericis.

Quod autem plenius & apertius hæc percipiatur, obseruandum hoc mihi in primis videtur, à clericis tria potissimum genera bonorum posse possideri. Quædam, quæ sunt ipsius Ecclesiæ, ut possessiones, do-

mus, prædia, & similia, super quibus sæpe clerici habent fundatos fructus & redditus, quos percipiunt, & de quibus aluntur, & in his nulla dubitatio est, quod confiscari nequeant propter ipsorum delicta, sed ecclesijs ipsis quarum erant, penitus relinquuntur ac de his bonis videtur loqui textus in Clement. nolentes. de heret. quo videtur in hac questione Emericus in tertio axioma, quia delictum ministrorum non debet ecclesiæ præiudicare: neque æquum est ut eius bona minuantur propter eorum facinora, ut ait Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio. §. an bona. i. c. m. Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 88. & copiose Sotus lib. 10. de iust. & iure. q. 4. artic. 3.

Alia sunt bona, quæ ipsi clerici possident & percipiunt ex bonis & beneficijs ecclesiæ, ut sunt fructus & redditus ecclesiasticorum beneficiorum: & in his consistit tota difficultas, an propter heresim ipsorum confiscari queant. quia tamen in hac re obscurissime loquuntur nostri, rursus distinguere oportet, an clerici possideant beneficia curam animarū habentia, quales sunt episcopi, et alij rectores inferiores; an vero simpliciter sint beneficiati.

Si curam animarum habeant, cum non omnes fructus perceptos faciant suos, consequitur ut confiscari nequeant, sed vel ad Ecclesiam illam, à qua eos perceperunt, vel ad Cameram Apostolicam spectabunt, nam cum huiusmodi fructus ratione administrationis, & cura animarum sint in usus pauperum & in cultum diuinum, & in necessitates ministrorum eius ecclesiæ cui seruiunt expendendi, nullum super his dominum habent, ut tradit beatus Thomas 2. 2. quæst. 185. artic. 7. & late Sotus lib. 10. de iustitia & iure. q. 4. artic. 3. quos sequitur Couarruias in c. cum in officijs. de testam.

Dixi, cum non omnes fructus perceptos faciant suos: quoniam in illa fructuum portione, quæ per canones episcopis, & alijs animarum rectoribus est deputata ad suam & suorum sustentationem cap. de redditibus. 12. quæstio. 2. cum verum dominium videantur habere, ut videntur indicare Thomas & Sotus proxime citatis locis, videtur fieri posse confiscatio, ut latius ex sequentibus apparebit; quoniam de hac portione idem videtur indicandum, quod de fructibus perceptis à simpliciter beneficiatis mox dicemus.

Quod si clerici, qui fructus & redditus ecclesiasticorum beneficiorum percipiunt, simpliciter beneficiati sint: tunc si verum dominium eorū nāciscantur, ut vult Ioānes Maior lib. 4. sentent. distinct. 24. quæst. 20. & Gabriel distinct. 15. quæstio. 8. & Syluester in Summa verbo, clericus 4. & Cornes consilio 314. lib. 3. Couarruias in dicto cap. cum in officijs. de testam. Ludouicus Bologninus in additione ad consilium Ioannis de Anania 87. incipi. Circa dubium. & Sotus lib. 10. de iust. & iure. quæstio. 4. artic. 3. & alij, sane si quid ex his acquirant clerici, & labantur in heresim, poterunt non ecclesijs a quibus stipendia habuerunt, sed sacro inquisitionis officio per Inquisitores confiscari, & applicari, ita Simancas de catho. instit. tit. 9. nu. 90. ubi adducit in hac sententiam multos ex auctoribus præcitatis.

Idem



Idem iudicium est in bonis acquisitis ex quotidiana distributionibus ecclesiasticis beneficij, si earum rerum dominium acquisitum censi debet haberi beneficium, & eas percipienti: quod videtur posse colligi non obscure ex textu in cap. unico. de cleri. non residen. lib. 6. vbi Dominicus sequitur Barbatia in cap. fin. de peculio cleri. Decius consi. 280. Parisius cõst. 33. incipien. In Ecclesia. volum. 4. Sotus lib. 10. de iusti. & iure quæst. 4. art. 3. concl. 3. Covarruias in dicto c. cum in officijs. de testamen. nu. 4. constat enim has distributiones à canonibus ecclesiæ ministris concedi ob illum ministerium, quod altari, aut diuino cultui impendunt.

Quemadmodum ergo in his bonis clericorum acquisitis ex redditibus, fructibus, & quotidianis distributionibus, si verum eorum dominium habent, succederent illi, quos ipsi heredes sibi legitime instituisent, aut in eisdem intestati decedentes de recepta provincia cõsuetudine successores haberent, parentes, fratres, ceterosque cognatos, (talem enim consuetudinem valere multi viri doctissimi testantur, quos refert Covarruias in dicto c. cum in officijs. de testamen. nu. 9.) eodem modo si committant crimẽ heresis, videtur illis posse succedere officium Inquisitionis, cui inquisitores huiusmodi bona confiscabunt.

Verum, quoniam nondum mihi constat, an plene sit derogatum vbiq; dispositioni textus in dicto c. excommunicamus 1. §. 1. quo vtitur in hac quæstione auctor, quo cauetur vt bona clericorum damnatorum de heresi applicentur ecclesiis, a quibus stipendia habuerunt; ideo non auderem facile in contrarium proferre sententiam: sed crederem in hoc standum esse provinciæ consuetudini, aut in nostro casu consulendum supremum Senatũ sanctæ & vniuersalis Inquisitionis Romanæ.

Ex prædictis tamen hoc consequi videtur, vt clericis redeuntibus, quamuis non habeant patrimonium, dummodo habeant fructus beneficiorum, possint imponi penitentia pecuniaria, si in fructibus beneficiorum habeant dominium, quamuis Repertorium Inquisitorum veybo, clericis. §. an clericis. contrarium velit. & dixi plenius supra in hac 3. parte super quæst. 103. §. de clericis.

Postremo, quædã sunt clericorum bona, quæ non habuerunt ab ecclesia prædictis modis sed a partibus, amicis, consanguineis, uel etiã ex propria industria compararunt, vt ex aliquo honesto exercitio, seu officio, vt verbi gratia, ingenuas artes proficendo: & in his minor est dubitatio constare enim ob heresim eorum confiscari posse. Oldradus consi. 17. incipiente: Thema tale est. Paulus Castrensis consi. 154. Guilielmus Benedictus in reperitio. cap. Raynutius. de testamen. verbo, & uxorem. nume. 140. Covarruias lib. 2. varia. resolutio. cap. 9. num. 12. Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio. §. bona clericorum. & alij quos refert & sequitur Simancas de cathol. institut. titu. 9. nu. 92. nemo enim dubitat, eos in his verum dominium habere, sunt namque eorum propria bona, vt ait B. Thomas 2. 2. quæst. 185. artic. 7.

Quod si clericus bona feudalia habeat, ea nõ cõfiscantur, sed ad directos dominos reuertitur, sicuti

A alibi plenius scripsimus. & tradunt Hostiensis in c. excommunicamus. de heresi. §. monentur. & Speculator titu. de feudis. versicu. quadragesimo quaritur. nu. 62. disputat laze Albericus in libro de statutis 3. parte quæstio. 7. & Hieronymus Gigas tracta. de crimine læsæ maiestatis lib. 2. titu. de panis committentium crimen læsæ maiestati, quæst. 5. ubi aduersas de hac quæstione opiniones eleganter conciliat.

Mibi quandoque nõ displicebat sententia eorũ qui dicunt, quod quamuis bona feudalia non transeant in fiscum per generalem bonorum confiscationem, sed quod reuertantur, vel dominos proprios bonorum feudaliũ, vel transferantur in eos, qui iure feudi successuri forent, tamen viuente ipso condemnato, qui feudum tenebat, fiscus succedet in feudum quod vsufructum; eo vero mortuo in feudo succedent qui iure succedere possunt. And. de Ifernina in c. 1. §. præterea titu. quæ sit prima causa beneficij amittendi. & §. denique. eodem titu. quem refert & sequitur Gigas tracta. de crimine læsæ maiestatis lib. 2. titu. de panis comm. crim. læsæ maiestatis, quæst. 5. nu. 4. & 7. & hoc intelligo in feudis possessis tam a laicis, quàm a clericis damnatis de heresi. Sed in contrarium facit, quia cum hoc casu feudum aperiri dicatur, pleno iure videtur ad priorem seu directum dominum pertinere.

Id ipsum quod de bonis feudaliibus proxime dixi, locum habere existimo in bonis restitutioni subiectis: ea enim non publicentur ob heresim possidentium, sed ei restituenda sunt, cui post aliquod tempus relinquenda, seu restituenda erant. Gabriel Quemada, in compendio quæstionum de bonis confiscatis. quæstio. 17. & Simanca de cathol. institutio. titu. 9. nume. 93.

Num autem viuente damnato in his etiam bonis fiscus habeat vsufructum, disputat præcitato loco Quemada: & Alexander consilio 23. incipiente: Opportune consideratis, vbi concludit statim substitutum admitti, non expectata morte naturali eius qui damnatus fuit de heresi. vide l. Statius Florus. §. Cornelio Falci. ff. de iure fisci. vbi Doctores hoc communiter adnotare solent. sed de his omnibus plenissime disseruit Ludouicus Molina Iureconsultus Hispanus lib. 4. cap. 11. de Hispanorum primogenijs.

De bonis emphyteuticarijs quid sit sentiendum tradit Bernardus Diaz in pract. crimi. cano. cap. 106. & copiose Hieronymus Gigas tracta. de crimine læsæ maiestatis lib. 2. titu. de panis committentium crimen læsæ maiestatis, quæst. 6. copiose Oldradus consil. 17. incipiente: Thema tale est. Zabarella in Clement. 2. de her. §. Inquisitoribus. quæstio. 7. Ancharanus in c. cum secundum leges. de hereti. libro 6. Ioannes Andreas in additio. ad Specular. titu. de feudis, Alexander in l. si finita. ff. de damno infecto. & alijs multis locis, quibus adde Gabrielem à Quemada in compendio quæstionum in materia fiscali, quæstio. 11. & 12.

De iure patronatus ecclesiastico similiter quæstus est, an bonis heretici publicatis, ad fiscum pertineat. de quo articulo vide Ioannem de Imola in Clement. pastoralis. de senten. & re iudic. Zabarellam

An fiscus succedat in feudum damnati quoad vsufructum, damnato viuente.

Idẽ locũ habet in bonis restitutioni subiectis & vinculis.

De bonis emphyteuticarijs quid sentiendum.

Nota Ecclesie... non censetur... Bonis clericorum... in officijs... de testamen... nu. 9... Repertorium Inquisitorum... de cathol. institut... titu. 9... nu. 92... B. Thomas 2. 2. quæst. 185. artic. 7.



in Clemen. 2. de iure patronat. §. 1. q. 8. Archidiacono in cap. filijs. 16. quæst. 7. & alios multis locis, quibus adde Simancam de catho. institut. tit. 9. nu. 95. & sequ. & Lambertinum tract. de iure patronatus lib. 3. quæst. 8. principali, ubi per multos articulos rem hanc prosequitur.

**DE POENIS HAERETICORUM, credentium, receptatorum, fautorum, & defensorum.**

**QVAESTIO CXIII.**

**De priuatione dignitatum, honorum, beneficiorum ecclesiasticorum, & publicorum officiorum, quæ propter hæresim infligitur.**

**Q**uestima tertiadecima quæstio est. Vtrum inquisitor cum Episcopo, uel eius Vicario possit priuare, seu priuatos, nuntiare hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum ac illorum filios & nepotes, dignitates, personatus, & omnibus honoribus & beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis quibuscunque?

Respondemus quod sic iuxta c. Vt commissi. §. priuandi. de hæret. lib. 6. ubi sic dicitur: Priuandi præterea uel priuatos nuntiandi dignitatibus, ac alijs beneficijs ecclesiasticis de defensorum, uel eis absentibus uiciorum suorum consilio & officijs publicis, ac honoribus quibuscunque, eodem hæreticis credentibus, receptatores, & defensores ipsorum, eorumque filios, & nepotes, plenam concedimus facultatem. Sunt autem diocesani in priuando tales, uel nuntiando priuatos beneficijs & huiusmodi, requirendi: nisi forte constaret legitime, quod iidem scienter huiusmodi personis, eadem beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius à suo iudice puniendos.

Eadem uerba habentur in litteris Apostolicis, Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Præcunctis, §. priuandi præterea.

Considerandum uero, quod hæc intelliguntur de prædictis, si impenitentes extiterint, non autem si penitentes, ut patet c. Statutum felicis, de hæret. lib. 6. & patebit statim. q. 115.

**COMMENT. CLXII.**

**A**bsoluta una pena, quæ ob crimen hæresis infligitur, uidelicet confiscatio honorum: nunc alteram aggreditur, quæ est priuatio dignitatum, officiorum publicorum, & ecclesiasticorum beneficiorum, quam incurrunt non modo hæretici, sed etiam filij eorum.

Ex hac autem questione tres potissimum colliguntur assertiones.

Prima est. Inquisitor cum Episcopo, uel eius Vicario priuare debet, seu priuatos denunciare beneficijs ecclesiasticis & dignitatibus hæreticos & eorum fautores, defensores, receptatores & eorum filios: item beneficijs publicis.

Alter est. Tunc uero ad hanc penam infligendam seu potius declarandam non vacatur Episcopi, quando ipsi malo animo talibus beneficia ecclesiastica contulerunt; nam Episcopi ob id delictum puniendi sunt à suis iudicibus.

Tertia et ultima assertio est: Hæc pena priuationis non habet locum in penitentibus & conuersis.

Circa primam assertionem notandum est id quod breuiter docuimus supra in hoc 3. parte commentario 8. nu. 54. §. idcirco nos, uidelicet, quod cum hæretici, fautores, & ceteri huiusmodi priuandi sunt beneficijs ecclesiasticis, consilium Episcopi requirere debet Inquisitor, quamuis non teneatur expectare consensum, ut uidetur posse deduci ex textu in c. ut commissi. de hæret. libro. 6. at secus est eorum priuandi sunt officijs secularibus; quia tunc solus Inquisitor id facere potest. ita glossa in dicto c. ut commissi. deberet. lib. 6. in uerbo, honoribus, rationem diuersitatis pulchre ostendit prædicta glossa in dicto c. ut commissi. uerbo, honoribus, adde Lambertinum de iure patronatus lib. 2. par. prima arti. 6. noua quæstionis principalis.

Quamquam autem hæc summo iure uera sint, possuntque abique illo uel iuris uel Episcopi priuatio exerceri ab Inquisitoribus; tutius tamen est & decentius, ut etiam in priuatione secularium officiorum & dignitatum Episcopi consensus adhibeatur, iuxta ea quæ tradidimus supra in hac 3. p. super q. 48. & series contextus in dicto cap. ut commissi. satis indicare uidetur in priuatione uiciorum quæ, Episcopi consensum esse adhibendum: & hæc sententia securior est, quam etiam non obscurè sequi uidetur hoc loco Emericus, ut constat ex initio quæstionis, & ex modo quo eam proponit.

Et quamuis uerum sit ex dispositione c. ut commissi. de hæret. lib. 6. solum Inquisitorem posse priuare hæreticos officijs publicis sine secularibus, at hodie per clemen. 1. de hæret. §. propter quod, dicendum uidetur id per se solum non posse facere, & huius sententiæ esse uidentur Ioannes And. Geminianus, & Francus, in prædicto c. ut commissi. ad aiunt de hac re hodie dicendum esse iuxta notata in Clemen. 1. de hæret. quasi uelint nunc non posse solum Inquisitorem priuare officijs secularibus per illa uerba dictæ Clement. Aut ad sententiam procedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano, &c. non ualebit, quod ipsum annotat Bernardus Comensis in Luccerna Inquisitorum uerbo, Inquisitor. §. 19.

Illam uero est huius loci non postponenda difficultas: An hæretici, & credentes, fautores, defensores, & receptatores sint suis beneficijs ipso iure priuati, an potius debeant priuari per sententiam, in hac controuersia tota obscuritas consistit in illis uerbis textus in dicto c. ut commissi. uidelicet, Priuandi præterea, uel priuatos nuntiandi.

Ac



Ac primum quidem ipso iure privati videntur A heretici, & credentes, suis beneficijs (nam de alijs mox dicemus) c. quo iure. dist. 8. ubi id adnotat glossa Geminianus, & Præpositus, & Ioannes Andreas & alij in dicto c. vt commissi. de heret. lib. 6. ubi prædicta verba, priuandi, vel priuatos denuntiandi, expositiue accipienda admonet, idest, priuatos denuntiandi. adduntque in sententijs hac etiam ratione loquedi uti oportere Inquisitores. eandem opinionem profertur Abbas in c. inter dilectos. & Felynus in c. 2. de rescriptis. & alij quos refert Bernardinus Diaz in præf. crim. cano. c. 106. Ad hæc sicuti ipso iure sunt infames. excommunicati, & c. perinde ipso quoque iure videri possunt suis beneficijs priuati.

Sed Alfonso Castrius lib. 2. c. 9. de iusta heret. punitione. putat hereticos ipso iure non incurrere priuationem officij aut beneficij suscepti. sed solum postquam ad illam priuationem fuerint a iudice condemnati. Alfonso sequitur etiam Simancas de c. rbo. institut. ti. 46. nu. 72. addens in hac sententiã rationes multas. Primum, quia semper sententia saltem declaratoria necessaria est: tum quia frustra requirendi essent Episcopi ad beneficiorum priuationem, si clerici ipso iure priuati forent, & sententia iudicium necessaria non esset.

Mibi tamen paulo diligentius rem contemplanti, veterum sententia verior videtur, videlicet, hereticos ipso iure priuatos esse beneficijs ecclesiasticis a die commissi criminis & illam dictionem, vel, postquam in dicto c. vt commissi. de heret. lib. 6. ubi, priuandi, vel priuatos denuntiandi, expositiue omnino accipienda esse, pro, idest, vt optime voluit ibidem Ioan. And. & alij, quos paulo antea citauimus.

Quod si nolis expositiue accipere, sed ita, vt dictio, priuandi, referatur ad hereticorum fautores, receptatores, & defensores: dictio vero, priuatos denuntiandi, ad ipsos hereticos, vt exponit Couarruias lib. 2. varia. resolut. c. 8. nu. 4. adhuc apertissime consequitur, hereticos ipso iure suis beneficijs esse priuatos.

Postremo, quidquid sit de iure veteri, iure tamẽ nouo nullo pacto negare possumus, quin heretici sint ipso iure a die commissi criminis suis beneficijs priuati: nam Pius V. Pont. Max. rescripto quodam incip. Cum ex Apostolatus. quod est impressum inter litteras Apostolicas in fine huius operis. vniuersa beneficia cuiuscunque generis fuerint, & vbiunque vacantia, propter hæresis crimen a quo cumque commissum, ordinationi & dispensationi sedis Apostolicæ reseruauit: nam dum ait, vacantia beneficia ob hæresis crimen sedis Apostolicæ ordinationi reseruari, apertissime supponit, ipso iure ob crimen hæresis commissum vacare, et ob id hereticos ipso etiam iure illis priuari.

Huc quoque accedit id decretum, cuius meminit locatus in fine operis iudicialis impres. Romæ anno MDLXX. pag. 475. quo cautum aserit, quod cum hereticorum beneficia vacent a die commissi criminis, si ea resignentur, nullum ius acquirunt resignatarijs; quia videlicet, heretici omne suum ius amiserunt: ideoque sunt sedis Apostolicæ conditioni reseruata.

Itaque cum in sententijs, illi qui reuertuntur ab heresi, declarantur heretici fuisse, & incidisse in omnes penas à iure in hereticos statutas, vt communis nunc obseruat sacri tribunalis vsus. vt videri etiam potest apud Locatum in fine operis iudicialis impresso Romæ anno MDLXX. pag. 499. & alibi docuimus; efficitur plane, hereticos saltem iure nouo ob prædictam dispositionem a die commissi criminis suis beneficijs esse priuatos. neque ab hac sententia putarem villo pacto fore recedendum, quam oportuit recentiores animaduertisse.

Non obstant rationes in contrarium allatæ; nam primum heretici non priuantur per sententiã Episcopi aut Inquisitoris suis beneficijs, sed solum priuari declarantur. Præterea, ideo consensus Episcopi requiritur: quoniam declarare aliquem hereticum fuisse, & in penas a iure statutas incidisse, magnum quiddam est, & ob id oportet Episcopi requirere consensum, vt alibi plene diximus.

De hereticorum vero receptoribus, defensoribus, & fautoribus, minor est difficultas: constat enim eos non esse ipso iure priuatos beneficijs obtentis, sed per sententiã fore priuandos. c. Excommunicamus 1. §. credentes. de heret. ibi: Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. tradit Couarruias lib. 2. varia. resolut. c. 8. nu. 4. & alij quos in re aperta omitto.

Secunda vero assertio magnam habet æquitatem, vt Episcopus conferens scienter hereticis, aut hereticorum fautoribus & similibus beneficium; priuilegium suum, de quo hic agitur, iuste amittat: quia vt optime scripsit ibi glossa, vnde venit pena, non datur premium.

Episcopus præterea scienter conferens hereticis ecclesiastica beneficia, sicut fautor hereticorum puniri dedit, vt docent Archidiaconus, Ioannes Andreas, Geminianus, & alij in dicto cap. vt commissi. de heret. lib. 6. quos sequitur Casar Lambertinus lib. 2. de iure patronatus, parte 1. art. 6. non a quaestione principalis.

Ad hæc, collatio beneficij facta heretico, fautori & similibus, ipso iure est nulla. ita Lambertinus præcitato loco, ubi adducit alios in hanc sententiã. vnde consequitur, vt omnes fructus inde percepti restitui debeant tamquam iniuste & iniuste accepti: nullum enim habet ius legitimum ad fructus percipiendos Alfonso Castrius libro 2. de iusta heret. punit. cap. 9.

Nec modo Episcopus conferens scienter hereticis beneficia, fautor est hereticorum, sed etiam illi, qui scienter præsentant aliquem, quem sciunt esse hereticum, vt optime scripsit Lambertinus, loco proxime citato. de cæteris fautoribus dixi plene supra partè 2. super q. 53.

Quis autem sit legitimus iudex Episcopi conferentis hereticis ecclesiastica beneficia, quaestio est: & Archidiaconus in dicto c. ut commissi. à Metropolitano in concilio existente puniendum arbitrat, idem Ioannes And. & alij.

Sed Dominicus & Franchus ita putant: si actus collationis scienter factus per Episcopum non facit eam haberi pro heretico, sed aliter delinquere: tunc punietur per Metropolitanum. c. vt litigantes. de offic.

Hereticorum fautores, &c. non sunt beneficijs priuati, sed priuandi.

Pœna Episcopi conferentis hereticis beneficia.

Collatio beneficij facta heretico est nulla.

Præsentans hereticum ad beneficium, fautor hereticorum est.

Quis puniat Episcopum conferentem hereticis beneficia.



offic. ord. quod si actus collationis scienter factus per Episcopum facit eum haberi pro heretico: tunc quo ad cognitionem dicitur suus index Metropolitani in synodo existens, sed quo ad punitionem erit Papa, secundum glossam in c. Inquisitores. de heretico. lib. 6.

Nos vero quamquam non ignoremus posse quandoque contingere, ut Episcopus non habeatur pro heretico, conferendo beneficia alicui heretico, cum possit contingere, ut conferat beneficia consanguineis uel amicis, non tamquam hereticis, sed tamquam consanguineis, uel amicis; quia tamen ex hoc actu uehementem contrahit heresis suspicionem, oportet eos, hereticos extirpare, non fouere, aut beneficijs ditare, tutius esse credimus in hac causa, ut suus index legitimus sit Romanus Pontifex, iuxta c. Inquisitores. de heretico. lib. 6. itaque in hoc casu uel Inquisitores, uel coepiscopi, uel Metropolitanus, rem summo Pontifici denunciabunt, ut is quid factu opus sit, statuat, iuxta dispositionem dicti cap. Inquisitores. & hoc puto esse congruentius Episcopali dignitati, & negotio, de quo agitur.

Hodie contra Episcopos & alios quoslibet prelatos hereticos uel de heresi diffamatos, aut suspectos Reuerendissimi Domini Cardinales Inquisitores generales in uniuersa republica Christiana, procedere possunt per extrauagantem Pij Papae IIII. incip. Romanus Pontifex. qua in fine operis est impressa inter litteras Apostolicas.

Iam tandem circa tertiam Eimerici assertionem non modica occurrit difficultas, dum ait, predictam penam priuationis beneficiorum non habere locum in penitentibus & conuersis: quae assertio, si de filijs hereticorum conuersorum accipiatur, nullam uideretur habere difficultatem, ut super quaest. 115. dicemus: si autem intelligatur de hereticis ipsis, anceps mihi uideretur controuersia: nam quamuis non essent ipso iure suis beneficijs priuati, contra quam paulo ante docuerimus, omnino tamen uidentur priuandi: nam ut cetera omittam, in concilio Eliberino cap. 51. ita scriptum est. Ex omni heresi qui ad nos fidelis uenerit, minime est ad clericum promouendus, uel si qui sunt in praeteritum ordinati, sine dubio deponentur. hac ibi. confert textus in cap. 1. de heretico. lib. 6.

Cum uero dicitur simpliciter, deponentur, in perpetuum significatur fieri depositio, glossa notabilis in c. primo 50. distinctio. ubi notat Dominicus tradit Barnardinus Diaz in pract. crimi. cano. cap. 127. in principio.

Huc spectant multa, quae commemorat Conradus Brunus lib. 3. de heretico. cap. 7. hac eadem secutus Iacobus Simancas de carboli. institutio. tit. 47. num. 76. dixit, clericos ad Ecclesiam redeuntes post alias penitentias deponendos esse, saltem de gradatione uerbali, qua suspenduntur ab exercitio suorum ordinum.

Archidiaconi opinio. Archidiaconus in cap. ut commissi. de heretico. lib. 6. quem sequitur ibidem Ioannes Andr. dicit, quod si clericus sit paratus corrigi, & redire ad unitatem Ecclesiae, deponi non debet, seu dignitatibus suis priuari. cap. nunc autem in glos. sed uideretur in fine. 21. distinctio.

A Sed Dominicus, quem uideretur sequi Philippus Francus in dicto c. ut commissi de heretico. lib. 6. circa finem, dicebat, quod tunc clericus rediens ad fidem recuperat beneficia, quando redit ante sententiam, quod si post sententiam conuertatur, non recuperat nisi ex dispensatione, ut notatur in c. diligentia. de electio. tener glos. 23. q. 7. in summa.

Nos uero in hac re, ommissis tam obscuris et incertis sententijs, subsequenter consideranda putamus, multum refert intelligere cuius conditionis sit clericus, qui ab heresi reuertitur, ad hoc ut sua beneficia, & pristinas dignitates, quibus ipso iure ob heresim priuatus fuit, obtinent, seu ut aperitus loquar, ad ea restituantur; aut enim Episcopus est, seu praelatus alius, aut rector inferior, qui curam animarum gerit: aut alij alij praest, quales sunt Abbates, & Monachorum praelati: aut denique sunt simpliciter beneficiati, religiosi priuati, nullam habentes administrationem.

De Episcopis seu praelatis alij maioribus nullum nostrum consilium est, quia cum horum causa in materia fidei non cognoscantur per priuatos Inquisitores, sed per summum Romanum Pontificem, c. Inquisitores. de heretico. lib. 6. Pontifex uiderit, an & quando expediat tales ad suas pristinas restituere dignitates.

C Si sint inferiores rectores animarum, & religionum praefecti, uidentur est an subditos corruerint, uel contra peccatum eorum occultum fuerit, ipsique se ipsos detulerint: nam si subditos sibi infecerint, quamuis humiliter conuertantur, nullo modo uidentur restituendi ad suas pristinas dignitates & beneficia; sin autem nulli nocuerint, & se ipsos detulerint, mitius est cum illis agendum: uerum cum his quid agere oporteat, non facile delibere priuati Inquisitores, sed supremum Senatum consulant, hoc enim tutius est & conuenientius.

Iam si simpliciter fuerint religiosi, aut clerici, & sponte reueri si fuerint, mitissime tractari debent, & facilius possunt ad sua restitui beneficia, sed ad tempus, si Episcopo & Inquisitori uideatur suspensi possunt ab ordinum exercitio. Zachinus tract. de heretico. c. 16. nu. 9. circa finem.

Quod si post deprehensionem tardius & post multas admonitiones reuertantur, ad officia & beneficia, non tam facile debent restitui; immo uerbali de gradatione in Monasterium conuocentur ad agendam condignam penitentiam, nec facile debent habitari in posterum ad aliqua beneficia obtinenda.

Restituere autem clericos, qui fuerunt heretici, ad beneficia, quae antequam essent heretici possidebant ad solum Papam spectat, cum consistet ex superioribus beneficijs sedis Apostolicae reseruati.

Beneficia uero eorum, qui tantum fuerunt de heresi suspecti uel diffamati ipso iure non uacant, ceterum, tales pro qualitate criminum illis quandoque per sententiam priuari possunt, ut ex supra dictis constat.

Num autem dispensari possit, aut debeat cum illi qui dum heresim commiserunt in minoribus ordinibus erant constituti, ut ad alios qui supersunt, promoueantur, breuiter est hoc loco indicandum.

Heretici redeuntes an sint beneficijs priuati.

Ac



Ac primum quidem hoc constituendum est quod quisquis est, vel fuit hæreticus, irregularis est etiã si conuersus & admissus ad gremium Ecclesiæ penitentiam peregerit. Speculat. titu. de dispensatione. §. in xtra. & videtur probare textus in cap. conuenientibus. i. quæst. 7. & in cap. inter sollicitudines. extra, de purgat. cano.

Præterea is qui reuertitur ab hæresi, post peccatam penitentiam dispensari potest post aliquod tempus, vt in susceptis ordinibus administret, sed non vt ad superiores ascendat: quod si nullum ordinem habeat, vltimus ordinari non debet, nec ad primam quidem consuram. cap. saluberrimum. i. quæstio. 7. tenent beatus Antoninus tracta. de censuris. cap. 100. Syluester in summa. verbo, irregularitas. q. 5. & Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 46. quo loco addit hæc omnia locum habere in fauoribus, defensoribus, auxiliatoribus, & ceteris huiusmodi, de quibus alibi copiose diximus.

De schismaticis quid sentiam iam explicui supra parte. 2. super q. 48. de schismaticis. §. cognitum dignum est. & seq.

Quamquam autem hæc ita se habeant, si tamẽ argens necessitas, aut euidentis Ecclesiæ utilitas id ex postulat non modo in susceptis ordinibus administrandis poterunt tolerari omnes supradicti, sed etiam ad vltiores, & ad sacerdotia seu beneficia ecclesiastica promoueri, & conuenientibus. i. q. 7. & docet late Conradus Brunus lib. 3. de hæres. c. 7.

Postremo quis cum supradictis dispensare possit, quæsitum est. & Maiolus lib. 5. c. 46. de irregular. & Syluester in summa, in verbo, irregularitas. q. 5. rectè sentiunt, dum aiunt solum Romanum Pontificem super hac irregularitate dispensare. eiusdem sententia non obscure esse videtur Eymericus infra q. 126. & Zanchinus tract. de hæres. cap. 38. neque ab his vlllo pacto dissentio, neque aliud omnino dicendum, aut faciendum censeo. iure ergo ordinario nec Episcopus, nec Inquisitor possunt super hac irregularitate dispensare.

Num autem ex privilegio Clementis VII. incipien. Cum licet, relatum inter litteras Apostolicas in fine huius operis, Inquisitores hæreticæ prauitatis dispensare possint super hac irregularitates, dixi infra super dicta q. 116.

Q V A E S T I O C I I I I.

De extensione dictæ priuationis ad posteros hæreticum.



Entesima quartadecima quæstio est: Vtrum per Episcopum & Inquisitorem heretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores, & ipsorumque filij usque ad secundam generationem, omni beneficio ecclesiastico & officijs publicis sint priuandi, siue ipso iure sint priuati? Respondemus, quod sunt priuati usque ad secundam generationem, ut patet in cap. Quicumque. §. heret. de hæretic. lib. 6. vbi sic dicitur. Hæretici autem, credentes, receptatores, defensores,

& fautores eorum, ipsorumque filij usque ad secundam generationem ad nullam ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane.

Eadem uerba habentur in litteris Apostolicis Alexandri iij. Nouerit. §. hæretici.

C O M M E N T. C L X I I I.

Quamuis Eymericus generalè proponat quæstionem de priuatione beneficiorum, fautorum, & cæterorum, eorumque filiorum ab officio & beneficio: nihilominus ex responsione intelligimus de priuatione filiorum solum agere: nam de hæreticis & fautoribus, ac cæteris quid sentiat superiori quæstione agit.

In hac breui quæstioncula vnum ponit axioma, videlicet, Filios hæreticorum, credentium, fautorum, & aliorum huiusmodi, inhabiles fieri ad obtinenda officia qualibet publica, & ecclesiastica beneficia usque ad secundam generationem. hoc enim mihi significare videntur illa verba: Respondemus quod sunt priuati, id est, sunt inhabiles effecti & hoc crederem esse EymERICI INSTITUTUM, vt constat ex serie textus quem citat.

Ac primum multis rationibus iustissime indutum videri potest, vt filij hæreticorum, fautorum & cæterorum similium etiam catholici a publicis officijs et ecclesiasticis beneficijs arceantur. Primum, quia infames sunt, cum paterna infamia eos afficiat: Deinde quoniam in odium paterni sceleris visum est non modo animaduertere in ipsos sceleratos, sed etiam in progeniem damnatorum. cap. vergentis. de hæretic. Denique vt parentes a tanto crimine patrando auocentur, in filios eorum leges quandoq; seuiunt; sepe enim cõtingit vt parentes magis filiorum pena quam propria terreantur ob vehementissimum amoris affectum, quem erga filios gerunt. l. isti quidem. ff. de eo quod mer. cau. omittit hic multa consulto, quæ fusius traduntur a nostris, dum disputant, an iustum sit filios ob parentum delicta puniri, de quo videto præ cæteris Alfonso Castrum lib. 2. cap. 10. de iusta hæret. punitio.

Sed in primis illud est querendum cum agitur de affligendis & inhabilitandis filijs ob delicta paterna, de quibus filijs intelligatur, unde legitimis tantum, an vero etiam de cæteris ex quocunque susceptis amplexu.

Sunt enim filiorum genera plura; quidam enim sunt legitimi, alij naturales tantum, alij spurij, alij adulterini seu incestuosi, seu sacrilegi, de quibus extat elegans liber multa eruditione refertus Illustissimi Cardinalis Paleoti viri integerrimi doctissimi, & vitæ sanctitate clarj, nobisque multis nominibus colendi, cui titulus factus est, De nobis & spurij. In quo plenissime tradita sunt quæcunque ad materiam horum filiorum spectant.

Eorundem meminit Accursius. §. verbo, naturales. Inst. de adoptio. glos. in c. liberi. 3. q. 4. Host. in Sum. ti. qui filij sint legitimi. §. 1. Cassanæus ad consuetudines Ducatus Burgudiæ, in rubrica, Des lucceffiondes bastardz. nu. 3. vers. & aduerte, et alij.

... ..

... ..

Filij hæreticorum fautorum, & aliorum similium inhabiles ad beneficia.

Cur filij inhabitentur ob patrum peccata.

... ..

An filij illegitimi inhabitentur ob patris delictum.

Varia filiorum genera.

... ..



Filij illegiti-  
mi inhabi-  
les.

In hac quaestione, ut vno verbo dicam, nulla fere  
lis est: conveniunt enim interpretes, filios quocun-  
que modo illegitimos, panis in haereticorum filios  
latis plesti. ita Petrus de Ancharano Archidiacono  
& Ioannes And. in cap. statutum, el secundo.  
de haeret. lib. 6. quos sequuntur ibidem Franchus,  
& alij communiter. Zanchinus tract. de haeret. cap.  
28. num. 13. & alij.

Horum plane sententia vera est. nam sic illegiti-  
mi non punirentur ob delictum parentum, melior  
esset illegitimorum, quam legitimorum conditio;  
& maius privilegium haberet luxuria, quam ca-  
stitas, quod est absurdum.

An filij ante  
delictum pro-  
creati inhabi-  
litate utur.

Aliud praeterea quaesitum est, Nunquid haec pa-  
na inhabilitationis ad officia et beneficia ob crimen  
paternum, eos solum filios afficiat, qui post patris  
delictum procreati seu geniti sunt; an vero eos  
etiam omnes complectatur, qui quocunque tempo-  
re geniti natiq; sunt, etiam antequam parentes  
delictum committerent.

Qui dixe-  
runt filios an-  
te delictum  
natos no in-  
habilitari.

Et filios antea genitos & natos, quam parentes  
delictum laesa maiestatis committerent, non com-  
prehendi his panis voluerunt Calderinus consi. 3.  
tit. de haeret. & Synus in dicta l. quisquis. C. ad legem  
Iuliam maiestatis. Praepositus in cap. quo iure distim.  
8. & pauci quidam alij, quos refert & sequitur Si-  
maneus de catho. instit. titu. 29. nu. 23. & seq. vbi  
hanc sententiam multis adstruere conatur, id etiã  
lege Hispana nominatim cautum scio partita. 2. ti.  
27. l. 6. circa finem ibi: Peto non se entende de los  
yeros que ouiesse fecho, ante que eran mas de-  
los que despues fiziellen, &c.

Filios ante  
delictum na-  
tos et inhabi-  
litari, uerior  
sententia.

Omissis tamen rationibus, quibus haec sententia  
probari potest, quae non valde vrgent, verior, secu-  
rior, & vsu receptior est aduersa sententia, quam  
& numero & auctoritate longe superioribus maio-  
res Doctores sequuntur. Albericus & Salycetus  
in dicta l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. glos-  
sa in c. si quis cum militibus. 6. q. 1. verbo, filij. Pala-  
cius Rubius in tractatu de regno Navarrae p. 5. §. 8.  
uersio. quarta obiectio. Angelus tracta de maiest.  
verbo, Che hai tradito la tua patria. Conarruuias  
lib. 2. varia. resol. c. 8. nu. 5. versic. quarto solet pro  
Calderino. Antonius Gomez. to. 3. varia. resol. cap.  
2. nu. 16. versic. sed his non obstantibus. Gondissal-  
uus tracta de haeret. q. 23. num. 5. Alfonso Castrus  
lib. 1. cap. 7. de potestate legis penalis. versic. & pri-  
mo infero. idem lib. 2. cap. ult. de iusta haeret. pu-  
nitio. uersic. de hac tamen re. Ioannes Platea in §.  
publica autem. instit. de publicis iudi. num. 27. ver-  
sic. item habet locum. Repertorium Inquisitorum  
verbo, filij. §. sed quero. Petrus de Bellapertica in  
dicta l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiestatis. Hierony-  
mus Gigas tracta. de crimine laesa maiestatis. lib. 3.  
tit. de panis, quas filij incurrunt. quaestio. 5. vbi  
hanc vocat communem opinionem Gregorius Lo-  
pez in regiam. l. 2. ti. 2. p. 7. Claudius Seyfellus in l.  
si quis id quod ff. de iurisdic. omn. iudicium. & alij  
quos esset longum recensere.

Rationes qui-  
bus probatur  
posterior sen-  
tentia.

Nec desunt viuae quidem & efficacissima ratio-  
nes, quibus haec sententia validissime probatur.  
Primum, quia textus in dicta l. quisquis. §. filij C.  
ad l. Iuliam maiestatis, & in cap. statutum, & in c.

A quicunque. §. haec ratio. de haeret. libro 6. indistincte  
loquuntur de materia inhabilitationis, & punitionis,  
seu priuationis haereticorum, & filiorum eor-  
um. sunt ergo indistincte intelligendi. l. 1. §. genera-  
liter. ff. de legat. praestandis. l. 3. ff. de officio praesid.  
l. de pretio. ff. de publica. in rem actio. vbi glossa &  
doctores.

Rursus, haec ratio fortissima mihi videtur, cui  
commode non potest responderi. pena enim, quae ob  
peccatum parentis descendit in filios, ideo imposi-  
ta est, ut parentes a peccando auertantur, & ceteris  
timor incutiatur. ita fatentur multi ex praecita-  
tis, sed praeter ceteris tradit singulariter glos. extran.

B Ioan. XXII. de penis. §. filij eius. verbo, quomodolibet.  
& Alfonso Casti. lib. 1. c. 7. de potestate legis  
penalis. corollario primo. & lib. 2. cap. ult. de iusta  
haeret. punit. hoc autem ratio tam reperitur in  
filij ante delictum natis & procreatis, quam in po-  
stea natis & genitis, cum utroque parentes aequa-  
liter diligant. consequitur ergo necessario, ut in  
omnes indistincte huiusmodi panis descendant.

Praeterea sicut rescribit Zabarella in c. in qui-  
busdam, extra de penis. versic. quero, an filij hanc pe-  
na inhabilitationis puniuntur filij haereticorum, non  
quia peccauerunt, sed quia filij sunt; hoc autem ta-  
conuenit natis ante delictum, quam post delictum  
procreatis omnes ergo sunt pariter inhabiles.

C Postremo, huic sola rationi, quam mox subiungam,  
non facile respondebunt assertores contrariae opi-  
nionis. In cap. statutum. el. 2. de haeret. lib. 6. aper-  
tissime cauetur, quod filij, & nepotes illorum here-  
ticorum in supradictis panis comprehendantur,  
quorum parentes tales esse, vel tales etiam dece-  
sisse probantur. ergo satis esse videtur, quod paren-  
tes dixerint haeretici; unde consequitur apertissi-  
me constitutionem de filijs quoque natis ante ha-  
resim loqui, cum post mortem patris, aut in articu-  
lo mortis ab eo generari nequeant.

D Ob has rationes nunquam dubitavi huic senten-  
tia subscribere, nec crederem ab ea recedendum esse,  
& in consulendo, & in iudicando. itaque filij ha-  
reticorum quicunque illi fuerint, siue legitimi, si-  
ue illegitimi, siue nati ante delictum, siue postea, &  
insames erunt, & inhabiles ad quaelibet officia, &  
beneficia, ob delicta parentum.

Anceps tamen & ardua quaestio est: An filij ha-  
reticorum non modo efficiantur inhabiles ad offi-  
cia & beneficia de nouo assequenda; verum etiam  
ipso iure priuentur illis, quae iam habebant, cum pa-  
ter crimen commisit, aut saltem per sententiam  
veniant omnino priuandi.

E In hac quaestione prima pars primu erit dirimi-  
enda, An videlicet, filij ipso iure sint priuati benefi-  
cij obtentis, quo tempore parentes crimen commit-  
terent laesa maiestatis diuinae. In quo articulo bis-  
ria inuenio sentire Doctores veteres. n. vno coe-  
su asserunt, filios & nepotes haereticoru sanctorum  
& similia non modo fieri inhabiles ad officia & be-  
neficia in posteru obtinenda; veru et ipso iure pri-  
uari omnibus illis, quae iam obtinebant, quo tempo-  
re crimen parentes committerent. ita Ioannes And.  
in cap. ut commissi de haeret. lib. 6. & ibidem Ge-  
minianus in §. priuandi. num. 4. Henricus Boich



in cap. vergentis. col. 4. de her. & ibidem Ioannes Anania num. 12. ubi concludit in crimine heresis filium alicuius heretici clericum beneficio ecclesiastico obtento ipso iure priuatum. idem asserit Propositus in cap. satis peruersum. 56. distin. Imola in l. in insulam. in princip. ff. soluto matrim. Hieronymus Gigas tractatu de crimine laesa maiestatis lib. 3. titu. de penis, quas filij incurrunt. quaestio. 11. num. 3. idem denique videtur tenere Palacius Rubius tractatu de regno Navarrae parte 5. §. 8. & fortassis hoc ipsum videri potest voluisse Eymericus in hac quaestione, dum proposita difficultati, an filij hereticorum, & ceteri priuandi sint, sine ipso iure sint priuati, respondens ait: respondemus, quod sunt priuati.

Supradicti autem Doctores ad hanc sententiam adstruendam potissimum vtuntur textu in cap. felicis. §. quod si quis. de penis. libro 6. ex quo patet, filios percutientis sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem, ipso iure priuari beneficijs, quae tempore commissi criminis obtinebant: manifestum est autem crimen illud multo minus, ac leuius esse, quam crimen heresis, cum longe sit maius diuinam, quam humanam laedere maiestatem, cap. vergentis. de heret.

Sententiam superiori oppositam, nempe, filios hereticorum & fautorum non priuari ipso iure beneficijs obtentis, quo tempore parentes crimen committerent: sed tantum inhabiles reddi ad obtinendam post crimen commissum, tenent Repertorium Inquisitorum verbo, filij. §. supradictum est, versic. sed salua meliori deliberatione. eandem sententiam nullis mutatis sequitur Gondissalvus tract. de her. q. 23. num. Couarruuias lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 4. idem tenere videtur Montaluis in legibus septipartitis. l. 4. par. 7. tit. 26. & alij, quos praecitato loco Couarruuias.

Ego uero quamuis alijs fuerim in libris de penis hereticorum secutus priorem sententiam in odium hereticorum, & tanti criminis punitionem, quae si vsquam alijs hoc maxime tempore locum esset habitura, ob effrenem & impudentem hereticorum audaciam, qui vix penis vllis respiciunt: mihi lominus tamen visum est mihi nunc penitus sententiam mutare: nam praeterquam quod haec sententia benignior est, & vsu recepta, validioribus etiam rationibus nititur quam prima.

Ac primum quidem nusquam iure cautum reperitur, vt filij hereticorum & fautorum etiam beneficijs obtentis priuentur, quo tempore parentes damnantur: quare cum hoc sit penale, extendi non debet, sed potius restringi, vt probant iura vulgaria, & textus in c. odia. de reg. iur. lib. 6.

Rursus, textus in c. quicumque. §. heretici. de heret. lib. 6. solum videtur excludere filios hereticorum ab obtinendis beneficijs, dum ait: Ipsorumque filij usque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium publicum assumantur. haec ibi: verbum autem illud: assumantur, nullo modo potest dici quod inducat priuationem obtentorum ipso iure, cum sit futuri temporis, vt nostri communiter obseruant.

**A** Postremo, quoniam regulariter qui inhabilis efficitur ad obtinenda beneficia, obtentis non priuatur, vt dicit glossa singularis in Clemen. 1. §. ipse. de penis. quam sequuntur Zabarella, Imola, & Bonifacius Vitalinus num. 54. & alij.

Et quamquam iure canonico fortassis non in pro defendi possit, hereticos, credentes, fautores, & ceteros huiusmodi inhabiles effectos ad obtinenda beneficia ecclesiastica, obtentis etiam ipso iure priuari, de quo quid sentiam dixi supra super quaestione proxime praecedenti. §. illa vero est. & seq. at non hoc putarem habere locum in filijs. hi enim quamuis ob alterius culpam inhabiles efficiantur ad obtinenda beneficia, non tamen videntur ullo modo priuari obtentis: quam ob rem parentibus damnatis velut hereticis, aut fautoribus, aut defensoribus, vel similibus, filij beneficia, quae iam obtinebant quo tempore pater crimen commisit, non amittunt: & haec mihi sententia de iure verior videtur.

Nou obstat textus in dicto cap. felicis. §. quod si quis. de penis. lib. 6. saepe enim respub. minora crimina varijs ex causis maioribus penis insequitur ob euitandam delinquendi audaciam, ita Couarruuias libro 2. variar. resolut. cap. 8. num. 4. Ad haec, in penalibus etiam ex maioritare rationis extensio fieri non debet per iura vulgaria.

**C** Denique non obstat textus in cap. vt commissi. §. priuandi. de heret. libro 6. ibi, priuandi vel priuatos denunciandi nam qua ratione accipi debeat, explicuimus supra quaestione praecedenti. §. quamobrem. quod si aliam solutionem desideras, legito Gondissaluum tracta. de heret. quaest. 23. num. 2. circa finem.

Tandem altera praeposita difficultatis pars est declaranda, An videlicet filij & nepotes hereticorum, saltem per sententiam priuari debeant beneficijs, quae obtinebant antequam parentes eorum declararentur heretici. & breuiter respondeo, nullo modo debere priuari: ita tenent assertores proxima praecedentis opinionis, quibus subscribit Simancas de cathol. institutio. titu. 29. num. 20. a quibus non dissentio.

Priuari tamen debent per sententiam illis sacerdotijs & beneficijs, quae consecuti fuerint post parentum condemnationem. caetera huc spectantia in seq. quaestione sumus tradituri.

QVAESTIO CXV.

**E** An tam per maternam lineam, quam per paternam fiat huiusmodi poenae ad posteros extensio.



Centesima quintadecima quaestio est, Vtrum per Episcopum & Inquisitorem praedicti filij hereticorum, credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum eorum, omni beneficio ecclesiastico

Intellectus ca. felicis. §. qd si quis. de penis lib. 6.

Filij heretici non debent per sententiam priuari obtentis beneficijs.



stico, & officio publico sint priuati, usque ad secundam generationem, ita si descendant per maternam lineam, sicut per paternam, & si de predictis penitentibus, uel impenitentibus sit intelligendum?

Per quam lineam fiat de riuatio dicta pœnæ ad posterios. Relat. supra pag. 105.

Respondemus, quod est intelligendum per paternam, & non maternam; & etiam de impenitentibus hæreticis credentibus, &c. ut pater in c. Statutum. de hæretic. lib. 6. ubi sic dicitur; Statutum scilicet recordationis Innocentij & Alexandri prædecessorum nostrorum; ne uidelicet hæretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij usque ad secundam generationem ad aliquod beneficium ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur; quod si secus actum fuerit, sit irritum & inane: Primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam uero ad primum dumtaxat volumus hoc extendi. Hoc sane de filijs & nepotibus hæreticorum credentium, & aliorum huiusmodi, qui tales esse uel tales etiã decessisse probantur, intelligendum esse uideatur. non autem illorum, quos emendatos esse constat, & reincorporatos Ecclesiæ unitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ penitentiam recepisse: quam ipsi, uel iam perfecerunt, uel humiliter prosecutioni eius insistant, uel parati fuerint ad recipiendam eandem.

Hæc eadem uerba habentur in litteris Apostolicis Alexandri, & Urbani iij.

† Incipiunt hæc litteræ. Cōsultus. habentur supra pag. 133.

COMMENT. CLXIII.

De axiomata colliguntur ex hac questione. Primum est: Pœna inhabilitationis ad beneficia & officia, usque ad secundam generationem intelligitur per lineam paternam; per maternam uero usque ad primam.

Postremum est: Pœna inhabilitationis non descendit in filios eorum qui conuertuntur, & Ecclesiæ reincorporantur.

Quantum ad primam assertionem spectat, eam explicat pulchre glossa in dicto cap. statutum. hoc loco ab Eymérico citatum de hæretic. libro 6. uerbo, inane. & Antonius Gomez tomo 3. variar. resolutionum. cap. 2. nume. 4. & summa declarationis talis est: Si pater est hæreticus, filius eius & filia, & similiter nepos ex filio censetur inhabilis. secus uero si sit nepos ex filia: quia cum sequatur familiam patris, non est inhabilis. item si mater est hæretica, solus filius, uel filia existens in primo gradu efficiatur inhabilis, & non ulteriores. adde Hostiensium in cap. Vergentis. de hæretic. atque ita intelligitur inhabilitatio usque ad secundam generationem, & usque ad primam tantum.

Quod si quæras quare punitur pater in filijs usque ad secundam generationem, in filiabus autem solum usque ad primam, rationem reddit Jacobus Butrigarius in l. 1. c. de hered. institu. dicens id propterea fieri, quia magis timetur audacia filiorum, quam filiarum.

Circa secundum axioma occurrit grauissima,

nondum definita dubitatio, quam non inepte dicere egere pontificia declaratione: An uidelicet filij & nepotes relapsorum, qui sine misericordia traduntur curiæ seculari, penitent tamen conuertuntur, & catholici moriuntur, supra scriptis pœnis teneantur, ita ut infames sint & inhabiles ad publica officia & beneficia.

In hac controuersia nobiles quidam interpretes audacter tenent, filios relapsorum penitentium & conuersorum non fieri inhabiles. Primum, quoniam eorum parentes non possunt uideri hæretici decessisse, cum peniteant, & ad sacramentum penitentiae & Eucharistia admittantur. ca. super eo. de hæret. lib. 6. Deinde, quia ex quo parentes eorum sacramenta recipiunt, reincorporari uideri possunt Ecclesiæ, cum ea non tribuantur nisi fidem habentibus. cap. extra catholicam. l. q. 1.

His & alijs non multo ualidioribus argumentis uicti, hanc sententiam tenuerunt Gemianus in dicto cap. statutum. §. hoc sane. de hæretic. lib. 6. quem sequuntur eisdem penitus uerbis Repetitorium Inquisitorum uerbo, filij. §. nunc uidentium. uersic. sed circa prædicta. & Alfonso Montanus legum Castella interpret. l. 2. titu. 25. parte 7. uersic. est ergo conclusio. & Decanus Segouienensis tra. de hæretic. cap. 18.

Oppositam sententiam, uidelicet, Filios relapsorum inhabiles fieri & infames, quamuis eorum parentes conuertantur & peniteant & admittantur ad Ecclesiastica sacramenta penitentia & Eucharistia, profertur Ioannes Andreas in dicto cap. statutum. 2. de hæretic. lib. 6. super glossa uerbo, reincorporatos. quem sequitur ibidem Philippus Franchus in fine, & Simancas in Enchyridio uol. 1. a religionis tit. 63. num. 7. & de catho. instit. tit. 29. nume. 17. & Ioannes Royas tra. de hæret. par. 2. assert. 42. num. 337. & sequent. quibus eolibentius subscribo, quo apertius uideo hanc posteriorum opinionem firmiter rationibus roborari. Ex quibus nonnullas commemorabo. Sit prima: Tales relapsi quamuis peniteant, non dicuntur Ecclesiæ reincorporari: nam ut tradunt Ioannes Nacchus, & Gemina in c. accusatus. §. si uero. no. 5. de hæ. lib. 6. Illi dicuntur proprie Ecclesiæ reincorporari, qui per inquisitores absoluti, & ad gremium Ecclesiæ per debitam absolutionem & obedientiam raducti, ut in unctam penitentiam peragant, admittuntur: quod cum relapsis non possit conuenire, non poterit eorum filijs accommodari dispositio textus in dicto cap. statutum. 2. de hæretic. lib. 6.

Sit secundario in dicto cap. statutum. duo postulatur ad hoc, ut filij eorum, qui reuertuntur ad Ecclesiæ gremium iuris pœnas in eos latas effugiant: unum est ut emendantur, alterum est ut Ecclesiæ reincorporentur: Hoc ultimum, quod scilicet relapsi penitentes non reincorporentur, in proxima ratione demonstratum est: primum autem plus quam manifestum est eis non conuenire, non enim dici potest emendatis qui in id crimen reuincunt, quod deestatus fuerat solenni inueinendo, & ad quod se non reuersurum obligauerat.

Et quamuis prior sententia mitior sit, hæc tamen de iure



de iure verior videtur, atque est propterea ab ea recedendum.

Nam filij suspectorum de heresi hanc etiam penam inhabilitationis luant, quæ situm est: & Zanbinius tract. de heres. c. 28. nu. 4. & Repertorium Inquisit. verbo filij. S. item filij, ita dicunt: In filiis eorum qui fuerunt suspecti propter fautoriam, defensionem, receptionem, vel similia, bene habet locum dicta pœna, ut non possint ecclesiastica beneficia obtinere, si modo isti parentes decesserunt tales. c. statutum. 2. §. si de heret. lib. 6. hac illi. Quæ sententia vera est, cum aperto iure nitatur in his citatis locis, pro qua etiam facit omnino decisio Putei. 400. lib. 2. incip. In vna Hispanen.

Post mortem tamen fautorum, receptatorum, et similibus, non potest in eos agi: quia crimen eorum morte extinguitur, ut alibi copiose scripsimus.

In filiis vero eorum, qui parentes hereticos iudicibus fidei deserunt, à multis rescriptum est pœnas à iure statutas locum non habere: quod & verum est, & secuti sumus supra par. 2. super c. litteras. de presump. §. hoc addiderim.

Patre damnato velut contumace, quia noluit venire ad respondendum de fide, an filij eius & nepotes infames efficiantur, & inhabiles ad officia & beneficia, non inutiliter queri potest: & quamvis, cum quis ob alterius delictum punitur, tunc non teneatur, quando contra principalem ob eius contumaciam fertur sententia, ut videtur posse colligi ex doctrina Bartoli in l. cum filius familias. ff. de verbo obligat. confert rex. in l. si ideo. ff. de evictio. & l. pates. C. de pigno.

At in casu nostro verius est etiam filios damnati ob contumaciam infames & inhabiles fieri: tum quia contumax habetur pro convicto. glos. in cap. cum contumacia. de heret. lib. 6. tum quoniam ex eo quod per annum perseveravit, presumitur pertinax: Ioannes And. in dicto cap. cum contumacia. & ibidem Geminianus num. 11. versu. quæro, an presumatur. & argumentum de contumace ad peritiam valere scripsit Albertinus tract. de assertio. quæst. 29. num. 9.

Cum itaque iudicio Ecclesiæ contumax pro heretico habeatur, ac velut hereticus condemnatur, dicto e. cum contumacia. de heret. lib. 6. c. excommunicamus. i. §. qui autem. extra de heret. consequitur plane, ut in filios contumacis pœnæ inhabilitationis & alia descendant idem videtur velle Hieronymus Gigas tracta. de crim. l. ase. maiest. lib. 3. tit. de pœnis quas filij incurrunt. q. 13.

Non obstat doctrina Bartoli in dicta l. cum filius familias. ff. de verbo obligat. nam is pro nobis stat: ait enim quod cum ex condemnatione unius ad faciendam executionem in persona alterius pervenitur, tunc alteri non præiudicat, si id respiciat solum privatam utilitatem l. d. C. ad leg. Cornelianam, de falsis. quod si ad publicam utilitatem referatur tunc sententia lata contra principalem, etiam præiudicat, ad quem devenitur ex consequentia. l. 1. C. ubi causa si soales.

Quamobrem cum reipub. magnopere intersit, & hereticos & contumaces in causa fidei punire, l.

A Manichæos. C. de heret. fiet proculdubio ut sententia in patrem contumacem lata, in filios quoque operetur eos effectus, quos iura in filios hereticorum solent producere. neque ab hac sententia putarem recedendum.

Ceterum hanc sententiam tunc veram & obseruandam esse crediderim, cum is qui damnatur ut contumax, vere & proprie contumax est, qualem ius depingit in dicto cap. cum contumacia de heret. lib. 6. nam si vel de eius contumacia plene non constaret, aut elapso anno, vel per infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum ad iudices fidei accedere non potuit, aut pro absolutione institit, aut satisfactionem obtulit, aut denique ea præstitit, dixit, aut fecit quæ ipsum virum catholicum esse ostenderent, tunc eius filij & nepotes supradictas inhabilitationis pœnas minime paterentur: quæ in illis solum locum habent, quos supra diximus, & cum simus in pœnalibus, ad alios extendere facile non debemus. faciunt tradita per Geminianum in dicto cap. cum contumacia. de heret. lib. 6. num. 11. versu. Quæro, an presumatur.

Atque hæc omnia in filios damnatorum canonum severitas rectissime sancivit, ut parentes à tanto crimine committendo submoverentur: si tamen filij catholici sint, & paternam iniquitatem abominentur, tunc superioris auctoritate habilitari eos, & famæ restitui fortassis non est iniquum, quia cum alieno vitio & peccato affligantur, facilius veniam consequi debent.

Ad sacros tamen ordines non facile promovendi debent: quoniam maxima est hæc dignitas, nec propterea filij & nepotibus damnatorum leuiter concedenda. cetera huc spectantia suis sunt locis tradita.

Q V A E S T I O C X V I.

An emancipatio filiorum à parentibus hereticis facta, sit valida & admittenda.



Antesima sextadecima quæstio est: Utrum per Episcopum & Inquisitorem filiorum hereticorum, credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum eorum sit emancipatio admittenda, seu aliquid valeat de iure?

Respondemus quod non valet, ut patet in cap. Quicumque. sillorum. de heret. lib. 6. ubi sic dicitur: Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes, post emancipationem, huiusmodi etiam apparterit ante ipsam à via veritatis ad hereticæ superstitionis inivium declinasse, nullus hominum esse momenti, velut factam de hominibus sui iuris, cum dignum sit, ut propter tanti atrocitatem delicti filij esse in parentum hereticorum deserint potestate.

Hæc eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandri iiii. Nouerit, in fi.

Relat. supra pag. 104.

Relat. supra pag. 135.



**V**na est assertio: Hæretici quamprimum incidunt in hæresim, amittunt ius patriæ potestatis.

**Hæretici omni dominio priuantur.**

Omni dominio priuantur hæretici in penam patriæ potestatis, naturali, quod habet in filios, de quo in cap. qui, in que. §. ult. de heret. lib. 6. & Emericus hic, non propter hæresim patris filij efficiuntur sui iuris.

Item priuantur dominio civili, quod habent in seruos ac etiam dominio politico, quod habent in quoslibet alios subditos, de quo in c. ult. extra de heretic. & Emericus paulo post quasi. 119.

Denique priuantur etiam eo dominio, quod est iure gentium introductum. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, quo omittunt rerum suarum dominium, c. cum secundum leges. de heret. lib. 6. de quo in præcedentibus dictum est.

**Priuari iure patriæ potestatis magna pena.**

Priuari autem iure patriæ potestatis non est modica pena, ut facile cognoscat, qui paulo diligentius contemplabitur iura & privilegia, quæ ratione patriæ potestatis parentibus tribuntur, de quibus frequens extat mentio in utroque iure, sed in primis in C. & in Instit. sub tit. de patriæ potestate.

Ergo amisso iure patriæ potestatis, parentes eâ iurisdictionem quam habebant super filios, amittunt: filij vero veluti alieni & exeranei à paternâ familiâ effecti, non perinde ac prius patribus obedire tenentur.

Tradunt hæc penam communiter interpretes in dicto cap. quicumque. §. illorum. de heretic. lib. 6. Ioannes Royas singulari 67. incipit. Filij propter delictum. Tabien. in sum. verbo. hereticus. nu. 10. ver. nono sexta pena, Syluester verbo. heresis. 1. nu. 14. & alij.

Potest autem dici hæc pena in odium huius criminis singulariter introducta: quoniam regulariter non per quodcumque crimen amittitur ius patriæ potestatis. l. relegatorum. ff. de interdicitis et releg.

**Crimen heresis patris liberat filium à patriæ potestate.**

Crimen vero heresis paternum, etiam antequam per Ecclesiam fuerit declaratum, filium liberat à patriæ potestate, ut vere docet glos. in dicto c. quicumque. §. ult. verbo. defierent. de heret. lib. 6. nam à die commissi criminis filij intelliguntur effecti sui iuris: quare emancipatio facta post crimen commissum nullus intelligitur esse momenti.

**Pater hæreticus non substituit filio impuberi pupillariter.**

Hæc vero contemplatio non est infrugifera. singulares enim parit effectus, in eos quos ille est præcipuus de quo Alfonso Casirus lib. 2. de iust. hereticorum parit. cap. 7. Pater namque effectus hereticus non potest filio suo impuberi pupillariter substituire, hoc est, pro eo facere testamentum: nam inter cetera quæ ad pupillarem substitutionem exiguntur, unum est patriæ potestas: nemo enim potest condere testamentum pro eo quem in potestate non habet. l. 2. ff. de vulgari & pupill. §. in instit. de pupill. substit.

Rursus, quia nemo potest alteri substituire nisi prius sibi faciat testamentum. dicta l. 2. §. 1. ff. de vulgari & pupilla. & Sibi heri autem instit. de pu-

**A** pilla substituit, manifestum est autem hæreticum intestabilem esse, cum omnia eius bona à die commissi criminis sint confiscata. cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6.

**B** Postremo hoc admonebo, Emericum hæc quaestione aperte sentire non modo hæreticos, sed etiam receptatores, fautores, & defensores eorum, ius patriæ potestatis amittere; cum tamen in dicto cap. quicumque. §. ultimo, hæc pena in solis hæreticis locum habere videatur.

Iam omnes præcitati de hac pena priuationis patriæ potestatis differentes solum hæreticorum, non aliorum meminerunt: & plane magis mihi videtur secundum iura, ut soli hæretici & credentes à die commissi criminis ius patriæ potestatis amittant: non ita de fautoribus, & alijs similibus, quos non putarem ius patriæ potestatis amittere: nam iura leuius puniunt eos, qui leuius peccant.

**C** Quod autem de emancipatione filiorum facta per hæreticos patres dictum est, idem prorsus dictum est de manumissione seruorum facta per dominos hæreticos: illa enim prorsus nulla est & invalida, ut recte docent Ioannes And. Gemianus, & Franchus in dicto cap. 2. §. ult. de heret. lib. 6. quibus ob diuersam rationem id contingere dicant, ut amplius patebit in quaestione 119.

QVAESTIO CXVII.

**An appellacionis beneficium sit hæreticis, credentibus, &c. interdictum.**

**C** Entesima decima se prima quaestio est: Vtrum hæreticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, sit appellacionis & proclamationis beneficium interdictum, ita quod ab Episcopo, seu Inquisitore nequeant appellare?

**D** Respondemus quod eis est appellacionis beneficium interdictum, & quod nequeunt appellare, ut patet in cap. Vnquisitionis. de heret. lib. 6. ubi sic dicitur: Vniuersos seculi Potestates, & infra: Vique de heresi à dicto Episcopo, vel Inquisitore, seu Inquisitoribus condemnatos prefati potestates, domini temporales, siue rectores, vel eorum officiales, seu nuntii sibi relictos, statim recipiant indilate animaduersione de bita puniendos: non obstantibus appellacionibus, seu proclamationibus prædictorum nequiarum filiorum: cum tam secundum ordinem prædecessorum nostrorum, quam secundum legem imperialem, appellacionis & proclamationis beneficium expressè sit hereticis, & credentibus ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum.

**E** In luttis autem Apostolicis, & Alexandri iuris præmissi de hæreticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, dicitur: Item proclamationes & appellaciones preclena-



personarum huiusmodi minime audiantur.  
 Hic est diligentius attendendum, quod cum prædicti esse tales sunt per sententiam declarati, utpote quia sunt hæretici, credentes, & c. tunc non possunt à tali sententia diffinitiva appellare, cum in crimine perseverent: ante sententiam autem si in aliquibus aggrauntur, seu indebite fatigantur, non est dubium, quin possint appellare: nam nondum sunt habendi pro hæreticis. concordat Archidiaconus super eodem cap.

COMMENT. CLXVI.

**D**E materia huius questionis plenissime egit auctor supra in hac 3. parte num. 121. tit. de appellatione, quæ fit ab Inquisitore, quo loco copiose addidimus quæ in hac causa ignorari non debent. Totam vero hæc tractationem duabus assertionibus concludit hic Emericus. Prima est: In causa hæresis à sententia diffinitiva non appellatur. Altera & postrema est: Ab interfectionibus seu interloquutorijs Inquisitorum sententijs appellare licet. Hæc omnia qualiter sint accipiendæ præcitato loco explicuimus: eum videto.

QVÆSTIO CXVIII.

An scienter sepelientes in loco sacro corpora hæreticorum possit ab Inquisitore puniri.

**E**ntesima decima octava quæstio est: Vtrum Inquisitor possit cogere eos, qui hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum præsumperunt scienter tradere ecclesiasticæ sepulturæ, quatenus publice proprijs manibus eorum corpora habeant exhumare, & extra proicere, & alios illos punire, & post absolute ab excommunicationis vinculo, quo ex hoc astricti merito tenebantur?

Respondemus quod sic; ut patet in c. Quicumque. in princip. de hæret. lib. 6. ubi sic dicitur: Quicumque hæreticos, credentes, receptatores, defensores, uel fautores eorum scienter præsumperint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiicere: Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulent, & proiciant huiusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetua careat sepultura.

Eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandri iij. Nouerit, s. item quicumque.

COMMENT. CLXVII.

**D**eclaratio & intelligentia huius questionis tota petenda est ab his, quæ dicimus supra in

**A** hac 3. parte super quæstione 40.  
 Iam hæc quæstio tribus conclusionibus continetur. Prima est: Qui hæreticos, credentes, & ceteros hic enumeratos scienter sepeliuerint, proprijs manibus debent eos exhumare: quod fit in penam præsumptionis, & ut in eo puniantur, in quo deliquerunt.

Altera est: Punire potest Inquisitor eos, qui sepeliunt hæreticos, credentes, fautores, & ceteros hic contentos. puniet vero ipsos uel suspectos de hæresi, ex eo enim quod quis scienter hæreticos aut alios de quibus hic agitur, sepelit, uidetur profiteri non debuisse priuari eos per Ecclesiam sepultura ecclesiastica, aut pro hæreticis, & similibus esse orandum, sicut in præcitata quæstione 40. diximus.

Tertia & ultima conclusio est: Inquisitor absolute potest sepelientes hæreticos a sententia excommunicationis, in quam propterea inciderunt, postquam idonee satisfecerint. Id. ec. euidenter probatur per textum in cap. quicumque. §. 1. de hære. lib. 6. quo utitur aut in hæc quæstione.

QVÆSTIO CXIX.

An subditis sint absoluti à debito fidelitatis, quo dominis lapsis in hæresim deuincti erant.

**E**ntesima decimanona quæstio est: Vtrum illi, qui fidelitatis hominij debito, uel aliquo pacto quacunq; firmitate uallato, aliquibus sunt astricti, qui postmodum lapsi sunt in hæresim manifeste, ad huiusmodi teneantur, uel sint totaliter absoluti?

**R**espondemus, quod absoluti sunt, ut patet in c. Absolutos. de hære. ubi dicitur sic: Absolutos se nouerint à debito fidelitatis domini, & totius obsequii, quicumque lapsi manifeste in hæresim aliquo pacto quacunq; firmitate uallato tenebantur astricti.

Relat. supra pag. 103.

COMMENT. CLXIX.

**E**x hac quæstione unum colligitur axioma, uidelicet, Omnes illos, qui aliquo obligationis genere aliquibus tenentur astricti, tunc liberantur penitus, cum illi quibus obligati erant, in hæresim inciderint manifeste.

**H**oc etiam pertinet ad grauissimam hæreticorum penam: multis autem modis hoc axioma uerum est. Primum, quia cum à die commissi criminis amittant dominium omnium bonorum. cap. cum secundum leges. de hære. lib. 6. obligationes ex quibusuis contractibus nate, bona quædam & res sint. §. 1. instit. de rebus corpor. & incorp. consequitur proculdubio, hæreticos omnes etiam ius obligationum sibi debeat amittere.

Rursus, si hæretici aliquos haberent obligatos,

Vv 2 in

Omnes qui hæreticis erant obligati, ob hæresim illorum liberantur, & quare.



in eos agere possent. §. 1. instit. de actio. cum actio sit  
us prosequendi in iudicio, quod sibi deberur, here  
ticis autem omne legum auxilium & beneficium  
est denegatum, omnisq; actus legitimus interdi  
ctus. l. Manichæos. C. de heret.

Depositari⁹  
non tenetur  
reddere de  
positum hæ  
retico. & a  
lia exempla.

Hæc pana de amisso iure obligationum, multos  
parit effectus, nec pigebit aliquos referre, ut hic lo  
cus illustretur. Primum ergo is apud quem hereti  
cus aliquid deposuit, non tenebitur post manife  
stam eius hæresim, rem depositam heretico resti  
tuere, sed fisco.

Rursus, nec catholica vxor viro heretico. debi  
tum reddere obligabitur, quia per hæresim viri ab  
hoc debito liberata est. idem dicas è conuerso; nam  
si vxor sit heretica, vir catholicus ab hoc debito li  
berabitur; non tamen possunt propterea cum alijs  
commisceri, quia vinculum matrimonij dissolutum  
non est.

His adde, quod custodes arcium seu castro  
rum, aut populorum, vel ciuitatum, domino hære  
tico ea restituere non tenentur, neque eius nomine  
custodire.

Denique quicumque vasalli omni obligatione  
etiam iuramenti religione munita, qua dominis sui  
tenebantur obstricti, ipso iure liberantur.

Hæc omnia & si qua sunt his similia, apertissime  
concluduntur hac EymERICI assertione, quam eui  
denter probat textus in c. vlt. de heret. quo vltur  
hic auctor, qui prosequitur copiose more suo Al  
fonsus Castrus, qui non nouit breuitatem, lib. 2. de  
de iusta heret. punitione c. 7. & Simancas de cath.  
instit. tit. 46. nu. 73.

Serui per hæ  
resim domi  
norum libe  
ratur ab eo  
rū potestate.  
Serui an trā  
seant in fi  
scum.

Serui etiam, liberti, & famuli, cum dominus,  
iporum in hæresim incidit, ipso facto liberantur à  
seruitute & debito, quo tenebantur obstricti, ut no  
tant communiter Doctores in dicto c. vlt. de heret.

Sed de seruis questum est, an domino in hære  
sim incidere liberti efficiantur, & sui, an vero in fi  
scum transeant cum reliquis bonis confiscatis; Et  
Ioannes And. Geminianus, Franchus, & alij in c.  
Quicumque. §. vlt. de heret. lib. 6. & Ioannes de  
Anania, & Marianus Socinus in cap. vlt. extra de  
heret. Seruos hereticorum sicut & alia bona in fi  
scum transire sentiunt; dum scribunt manumissio  
nem seruorum factam ab illis, qui in hæresim inci  
derunt post delictum commissum esse nullam, &  
penitus inuvalidam, non propterea quod serui effi  
ciantur sui iuris, sicut sunt filij hereticorum, quā  
primum eorum parentes incidunt in hæresim, sed  
quia heretici non habent potestatem & dominium  
in illos, cum serui & alia bona censeantur à tempo  
re debiti commissi confiscata fuisse.

Serui Chri  
stiani nō cō  
fiscantur.

Ego in hac questione distinguendū esse putarē.  
nam aut serui Christiani sunt, aut adhuc remanent  
infideles. si Christiani sint, domino in hæresim inci  
dente libertati restituntur, nec in fiscum transeūt  
cū reliquis bonis. ita sancitum inuenio per instru  
ctionem quandam primam Hispalensem anno Do  
mini MCCCCXXXIII. c. 24. vbi ita scriptum  
est: Domini Rex & Regina, humanitate & cle  
mentia utentes uoluerunt seruos quorumcumque  
hæreticorum libertate donari, si in eorum pte

stare existentes Christiani fuissent. hætenus ibi,  
in eadem sententiam consentire videtur Simancas  
de cath. instit. tit. 6. r. de seruis, nu. 8. & Alfonso  
Castrus lib. 2. de iusta heret. punitione. c. 7. per tex  
tum in l. Manichæos. C. de heret. ibi: Seruos in su  
per exita noxam esse uolumus, si dominum soci  
legum euitantes ad ecclesiam catholicam seruitio  
fideliori transferint. hæc ibi.

Quod si serui non fuerint Christianam fidem  
professi, cum dominus eorum in hæresim labi  
tur, tunc cum reliquis bonis in fiscum transeunt;  
& in hoc sensu loquutos fuisse crederem Ioannem  
And. Geminianum, & alios, quos paulo antea ci  
taui. Serui enim in patrimonio, in rebus, seu bonis  
dominorum esse, explorati iuris est, l. rem in bonis.  
ff. de acquir. rerum domi. l. vlt. §. vlt. C. de verbor.  
signif. & probat. late Andreas Tiraquellus in l. si  
vnuquam. C. de reuocan. donat. in illis verbis: Dona  
tione largitus q. 17. nu. 323. & 324.

Si domini heretici respiciant & ad gremium  
Ecclesie recipiantur, & bona sua illis de miserio  
dia condonentur, iuxta c. Vergentis. extra, de he  
ret. seruorum tamen Christianorum dominij (qui  
paulo antea ob delictum dominorum effecti heretici  
sui iuris) non recuperant, quia libertas quocum  
que modo data, reuocanda non est. l. 1. & 2. C. si ad  
uersus liberti. quod etiam fauore fidei, ut mains  
serpiat incrementum, seruari oportet.

An autem similiter serui catechumeni, qui  
dum erant baptizati cum domini eorum in hæresim  
laberentur, liberati restitui debeant, vel contra in  
fiscum transire, & in seruitute remanere, non ine  
pte queritur? & mihi iustissimum videtur, ut fa  
uore religionis, & ut catholica fides egregium su  
scipiat incrementum, libertati restituantur, & sui  
iuris efficiantur, præsertim cum catechumeni in de  
uotione & fidei Ecclesie persistentes membra Chri  
sti sint effecti, cap. veniens. extra de presbytero  
non bapti. & propterea iustum est ut gaudeant pri  
uilegijs Christianorum, cum ecclesiasticis consuetu  
tionibus subijciantur, ut late probat Andreas ab  
Exea, in c. 1. de constit. nu. 268. & multis seq. vers.  
quid autem in Catechumenis.

Si quis rursus à me querat, an serui infideles,  
qui dominum hereticum reuelauerint, in fiscum  
transire debeant, an vero contra libertatem dona  
ri; respondebo, si studio vere laudis id fecerint, præ  
mio & honore dignos esse, l. quisquis. §. vlt. C. ad  
legem Iuliam maiest. ac libertati quidem quando  
que restitui posse, sine qua non contingit plenus  
honor; quæ libertas tunc potissimum esset talibus  
danda, cum spes haberetur, quod ad fidem forent  
facilius conuertendi, & pro hac sententia videtur nō  
obscure facere textus in dicta l. Manichæos. C. de  
heret. in illis verbis, quæ paulo antea recitauimus.  
Sed de his iam satis.

Postremo illud præter cetera est obseruandum  
quod Romanus Pontifex tradit in dicto cap. vlt. de  
heret. videlicet hæc fidelitatis obsequia, & obliga  
tionum debita tunc dominis hereticantibus, & obliga  
tionum debita tunc dominis hereticantibus, negari, & alia  
iudicandum, si occultum sit eorum delictum, & fa  
ne non

Serui  
Christiani  
confiscantur

Serui  
catechumeni  
liberantur

Serui  
infideles  
liberantur

Serui  
infideles  
liberantur

Serui  
infideles  
liberantur



ne non obfcure in dicto cap. vlt. ita videtur sentire Hostienfis Philippus tamen, vt refert Ioanes And. idem esse dicit, quamuis occultum fit crimen, dummodo probari possit, quod dictum Ioannes And. ibidem verum esse interpretatur, si ad probationes sit processum, quia tunc probatio facit delictum esse manifestum, cap. cum olim extra de verbor. signis. Panormitanus eodem loco ait, a die quidem commissi delicti dissoluta esse hęc omnia obligationum debita: hanc autem ad solutionem a debito, vel bonorum publicationem aut confiscationem allegari non posse, nisi manifesta causa probetur, quod ego intelligo per sententiam. Syluester in summa verbo, heresis. l. q. 8. vers. vnde dicitur, quod eorum pascalli dicit, non esse necessariam sententiam, sed sufficere manifestatione facti: immo profecto nec ipsam probationem in actu esse necessariam, sed sufficere possibilitatem certam probandi.

Equidem hoc verissimū est, hęc omnia obsequia & obligationum debita cessare, quam primum commissum est heresis crimen quamuis sit occultū. Et ratio est, quia cum bona hereticorum ipso iure sint confiscata a die commissi criminis, & cum secundū leges de heret. lib. 6. vbi id notant glossa & doctores, corpore quod quis incidit in heresim, & perdit omnia bona, & per consequens omnes obligationes & iura quę sibi debebantur, dissoluantur, cum appellatione bonorum obligationes, actiones, & iura continentur, l. bonorum. ff. de verbor. signis & not. in c. reuocum. extra de testam. quod ipsum aperissime etiam indicat verbum illud, absolutos, positum in dicto l. vlt. de heret. quod significat sententiam a iure latam, non duram a iudice ferendam.

Obligaciones vero huiusmodi fidelitates, & debita per heresim semel amissa non recuperant heretici, quamuis reconciliantur, & recipiantur ad Ecclesia gremium, vt recte Hostienfis, Panormitanus & alij adnotarunt in dicto c. vlt. de heret. quia obligatio extincta non renouiscit, c. quęrit. de consuetud. dist. 4. cap. quam periculosum. 7. q. 1. cum similibus. Recuperabunt autem tunc cum illis reuertentibus condonata & quasi restituta fuerint ab eo, qui potestatem habet.

QVINTA AB S T I O CXX.

An heredes receptatorum, defensorum, &c. hereticorum, cogi possint ad exequendam penitentiam receptatoribus impositam.

S Y M M A R I V M.

- 1 Crimen suspicionem de heresi inducens per mortem extinguitur.
2 Heredes cogendi non sunt ad perficiendam penitentiam personalem iniunctam suspecto, sed non peractam.

- A 3 Sed possunt cogi ad penitentiam viuenti iniunctam de bonis ipsius exequendam.
4 Confiscatio bonorum heretici fieri potest post eius mortem.



Entesima vicesima questio est: Vtrum Inquisitor possit cogere receptatorum, defensorum, & fautorum hereticorum heredes, post predictorum mortem, qui se sub obligatione bonorum suorum eidem Inquisitorum astrinxerant, ad penitentiam ab eis recipiendam & complendam, quatenus illam ipsi heredes penitentiam exequantur?

- R 1 Respondemus, q. talibus antequam moriantur, uel est per Inquisitores penitentia iniuncta, vel non. Si non, non est heredibus iniungenda, quia crimen est morte extinctum.
2 Si autem est iniuncta, sed non peracta, & est penitentia concere eius personam, utpote orationes, ieiunia, uel peregrinationes, non sunt heredes cogendi ad penitentiam supra dictam.
3 Si autem penitentia non est personalis, sed alias proficiens ad salutem, in bonis temporalibus exequenda, utpote, hospitale construere, uel similia: tunc ad talem exequendam heredes per Inquisitores merito sunt cogendi. hęc patent in c. Accusatus. §. si uero. de heret. lib. 6. ubi sic dicitur: Si uero pro ijs, quę in heresi receptando, vel defendendo hereticos, seu eis fauendo, non tamen existens hereticus, quis commiserit, sub obligatione bonorum suorum Inquisitoribus se astrinxit ad recipiendam ab eis penitentiam, & complendam: & ea licet iniuncta, non tamen peracta decessit, si per huiusmodi penitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exequendum, uel complementum ipsius, per Inquisitores cogi debent heredes uel alij, ad quos cum suo onere bona huiusmodi deuenerunt. Porro si propter huiusmodi hereticorum receptationem, defensionem, seu fauorem, quis ad faciendam penitentiam, quam Inquisitores ipsi iniungere uellent, bona sua obligauerit eidem; & antequam ei penitentia iniungeretur, decesserit: eius heredibus non est satisfactio pro extincto iam crimine iniungenda.

C In eo uero casu, quo heredes ad successiōnem non debent ob heresim sui auctoris admitteri; non obstante, quod auctore ipso uiuente, hoc non fuerit (interueniente ipsius morte) per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem eiusdem, nihilominus procedatur.

E Eadem uerba habentur in litteris Apostolicis Urbani iij. & Alexandri iij. Consultus. §. sunt & alij.

Confiscatio bonorum heretici post eius mortem fieri potest.

† Relat. supra pag. 133.

COMMENT. CLXIX.

M Vltæ assertiones colliguntur, quas uideas in sumario questionis & quantum ad primam attinet, quod uidelicet, hereticorum fautoribus

Hereticorum bonorum confiscatio post mortem eiusdem potest fieri.

Penitentia concere personam, utpote orationes, ieiunia, uel peregrinationes, non sunt heredes cogendi ad penitentiam supra dictam.

Relat. supra pag. 105.

Inquisitoribus se astrinxit ad recipiendam ab eis penitentiam, & complendam: & ea licet iniuncta, non tamen peracta decessit, si per huiusmodi penitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exequendum, uel complementum ipsius, per Inquisitores cogi debent heredes uel alij, ad quos cum suo onere bona huiusmodi deuenerunt.

Confiscatio bonorum heretici post eius mortem fieri potest.

† Relat. supra pag. 133.



Heredibus suspectorum morientium nihil iniungendum.

bus, & similibus morientibus ante iniunctam penitentiam, nihil sit iniungendum aut sibi aut suis heredibus, quia crimen morte extinctum est, videnda sunt quae tradidimus supra in hac 3. parte, super question. 43. §. alterum caput. & seq. nam cum suspensiones quantumvis vehementes in hoc crimine morte delinquentium suspectorum extinguantur, non debent condemnari post mortem ad villas penas, etiam pecuniarias.

Quod si lite pendente suspecti illi mortui sint, adhuc non debet imponi eorum heredibus pena pecuniaria ob solam suspicionem: quod satis colligitur ex textu in cap. accusatus. §. si vero. facit textus in l. vlt. c. ad legem Iuliam maiest. tradunt Geminianus & Francus in dicto cap. accusatus. §. porro. de heretic. lib. 6. & Ancharanus in cap. filij. notab. 2. de heret. lib. 9. & Simancas de catho. insti. tit. 18. num. 13.

Penitentia iniuncta personae cum penitentia extinguitur.

De secunda assertionem, quam ponit Emericus ubi. 1. ibi: si autem est iniuncta, nulla est dubitatio: nam si penitentia iniuncta a sola persona, cui imposita fuit absolui poterat, ea moriente, penitentia cessat. eundem hanc conclusionem tradunt Zanobius tract. de heretic. cap. 28. & Repertorium Inquisit. verbo, filij. §. nunc subsequenter. tales ergo penitentiae non traesunt ad filios vel heredes defunctorum: in eis enim imponendis non solum habita est ratio salutis anime, sed etiam afflictionis corporis: & propterea cum personam sequantur, cum persona quoque extinguuntur, & finiuntur.

Penitentia in bonis exequenda haec obitus defuncti imponatur.

Tertiam assertionem, videlicet, quod cum penitentia non est personalis, sed in bonis exequenda; tunc ad eam implendam compelli possunt heredes defuncti, pulchre explicat idem Zanobius tract. de heret. cap. 28. num. 6. & Repertorium Inquisit. verbo, filij. §. nunc subsequenter. & verbo, obligatio. §. quid si quis. idem cauit luculenter Concilium Sinerren. cap. 10. in hac verba: Et idem faciatis de illis, qui decesserunt accepta penitentia, nec impleta si esse in mora ceperint: vel pro illa complenda obligauerint, ut supra tetigimus, bona sua. haec ibi.

Bona obligata ad quemlibet successorum traesunt cum illo onere.

Hoc amplius obseruandum est, quod cum alicui suspecta de haeresi iniuncta sunt haec opera pietatis in bonis adimplenda, vt fabricare Ecclesiam vel hospitalia, restituere vsuras & similia; isque bona sua pro hac penitentia adimplenda obligauit, post mortem eius ad quemcumque successorem, etiam particularem, ea bona deuoluuntur, ad eum semper peruenient cum illo onere. ita colligitur ex dicto cap. accusatus. §. si vero. facit glos. in l. rescriptum. ff. de pactis. & in l. aufertur. §. fisci. ff. de iure fisci. & vtrouique Bartolus, traditque Repertorium Inquisit. praefatis locis, quod est in hac causa non leuiter aduertendum.

Quae ad postremam assertionem spectant de procedendo contra hereticos etiam post mortem in hoc crimine, quoad effectum confiscandi bona, copiose tradidimus supra in hac 3. parte, super dicta questione. 43.

An filij vel heredes illorum, qui morti proximi consolari ab haereticis petierunt, sint admittendi ad eorum excusationem.



Entesima uicesima prima questio est: Vtrum Inquisitor filios & heredes illorum, qui dum in egritudinis lecto decumbent, petierunt ab haereticis per eorum manus impositionem consolari, & sic fuerunt mortui, possit admittere ab probandum, quod ipsi defuncti tunc non erant sani capitis, uel quod amiserant iam loquelam?

Respondemus quod non, si dum uiuebant fuerant de haeresi diffamati, uel suspecti habitis aut legitime constitutis, quod sanae mentis existentes, petierint ab haereticis consolari: alias potest eos admittere: non tamen per uxores, filios, & familiares illorum, ut patet in c. Filij. de haeret. lib. 6. ubi dicitur sic

Filij uel heredes illorum, qui dum in egritudinis lecto decumberent, petierunt haereticos consolatos, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent, secundum pessimam consuetudinem eorundem, sicque uiam fuerint uniuersae carnis ingressi: ad probandum ipsi defuncti consolationem illam, immo uerius desolationem, non sanae mentis effecti susceperint, uel post perditam iam loquelam (cum tamen moris sit, ut dicitur apud eos, quod nullam taliter consolentur, qui non sit sanae mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: si dum uiuebant, diffamati erant de haeresi, uel suspecti: aut legitime constituti, quod sanae mentis existentes, huiusmodi haereticos petierunt. Alioqui admitti poterunt praedicti filij uel heredes ab probandum praemissa. Non tamen per uxores, filios, familiares, uel de suis aliquos: sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei relatores.

COMPLEMENT. CLXXI.

EX hac questione duas potissimum conclusiones colliguntur.

Prima est: Haeredes illorum, qui cum moriuntur haereticalia dixerunt vel faciunt, quale est petere consolationem haereticorum, admitti debent ad excusandos defunctos in hoc tribunali, dummodo defuncti dum uiuerent, non essent de haeresi diffamati, uel suspecti, aut dum essent sanae mentis, non petierint haereticorum consolationem. Nam si in vita diffamatio aut suspicio de haeresi praecessisset, aut cum sanae mentis essent, haereticorum consolationem petiissent; tunc nullo modo admittendi sunt heredum excusationes, sed defuncti uelut haeretici poterunt condemnari.



condemnari ex hac presumptione iuris & de iure, contra quam hoc casu non admittitur probatio in contrarium.

Altera & postrema conclusio est, prioris veluti declaratiua, nempe: Cum heredes defunctorum in hoc tribunali admittuntur ad excusandos defunctos, non possunt eos excusare per testes domesticos, veluti per uxores, filios, vel alios familiares; sed adhibere oportet alios testes omni exceptione maiores.

Hæc summa est huius questionis, quæ continet materiam frequentem, vilem & cognitu necessariam, de qua agit etiam auctor supra in hac tertia parte, questio. 43.

Ex titulis vero harum questionum intelliges Emericum diuerso consilio de materia procedendi contra defunctos differuisse, quamuis multis locis vtiatur eodem rescripto desumpto ex cap. filij. de heretic. lib. sexto.

Et priusquam propositam materiam aggrediar, operæ præcium erit adnotare quid sit hoc, quod dicitur in hoc textu de petenda consolatione hereticorum. hæc nunquam potui intelligere donec in codice illo bibliothecæ Vaticanæ inueni summam quædam F. Rainerij ex Ordine Prædicatorum de Catharis, & Leonistis, seu Pauperibus de Lugduno, in qua plene agitur de sacramenti Carbarorū, inter quæ vnum erat consolamentū, seu manus impositio, seu spiritalis baptisimus, in quo conferendo quis ritus esset solitus obseruari, abunde docui supra parte 2. super question. 13. §. manus impositio. ex quo intelliges hunc locum alioquin difficilem propter ignoratum nostrum hoc seculo ritum antiquitatis, quem heretici eius temporis obseruabant.

Prima conclusio in presumptione iuris & de iure fundata est, quæ non admittit directam probationem in contrarium. suspecti ergo vel diffamati de hæresi, qui tempore mortis petunt consolationem ab hereticis secundum eorum ritum & consuetudinem, si constat eos tunc sanæ mentis fuisse, tamquam consummati heretici præsumuntur & condemnantur à iure.

Iam dispositio huius textus, quo vtiatur hic Emericus, quæ locū habebat olim in Catharis & alijs hereticis, de quibus dixi supra parte secunda super question. 13. locum hodie sibi vendicabit in hereticis nostri sæculi, & alijs cuiuslibet ætatis vel temporis: nam verbigratia diffamatus vel suspectus de hæresi Lutheranorum, Calvinistarum, aut similitum, vel ex eis sectis conuersus, si tempore mortis, sanæ mentis existens iuxta ritum eius sectæ de qua erat diffamatus vel suspectus, vel ex qua fuit conuersus, consolationem, aut sacramenta, aut alios ritus & ceremonias eius sectæ proprias peteret, præsumptione iuris & de iure per hunc textum haberetur pro heretico.

Quod eadem omnino ratione locum habere existimo in conuersis ex Iudæis, Mahometanis, vel alijs infidelibus, qui tempore mortis cum sanæ mentis essent iuxta ritus parentum suorum & antiquæ perfidie decedere, ac sepeliri voluerunt.

Sed quomodo huiusmodi homines defendi possint, videamus. Duplex modus excusandi tales hic pro-

**A** ponitur, primus est, bona vita antea: nam si quis nititur probare defunctum non decessisse hereticum, nec illa hereticalia quæ dixit, aut fecit dixisse aut fecisse animo deliberato, sed verbi gratia per doloris acrimoniam, aut aliter, is probabit cum defunctum dum viueret, non fuisse de hæresi suspectum nec diffamatum, immo laudabiliter vixisse, & sacramenta Ecclesiæ more Christianorum debito tempore recepisse, & cætera peregrisse, quæ à veris & catholicis Christianis fieri solent. quod probandi genus contrarium suspicionem aut omnino excludit, iuxta doctrinam Baldi in l. 1. c. locati. num. 7. versic. & in simili, aut saltem valde elidit & minuit, quod apertissime deducitur à contrario sensu ex textu in dicto cap. filij. de heret. lib. 6. ibi: Si dum uiuebant, diffamati erant de hæresi, aut suspecti. Ergo si tales non erant, censendi videntur à delicto immunes, nec iudicandi sunt heretici.

Nec mirum hoc videri debet, quoniam bona fama antea vitæ multa bona operatur, de quibus Baldus in l. 1. c. locati. Sed inter cætera hoc vnum quod ad presens institutum spectat, videlicet, per bonam famam in genere, tolli indicia in specie contra aliquem orta, quod aliquos dixisse testatur Franciscus Casonus tract. 1. de indicijs. c. 2. nu. 10.

**C** Secundus modus excusandi defunctos proponitur, si ostendatur eos non fuisse sanæ mentis, cum petiuerunt hereticorum consolationem, aut alia dixerunt, vel fieri postularunt secundum ritum & consuetudinem antiquæ perfidie. & in hoc articulo tota difficultas posita est in declarando & intelligendo, an delictum præsumatur esse factum tempore furoris, vel tempore sanæ mentis: nam si tempore furoris factum fuisse præsumatur, nec ad culpam nec ad penam imputandum erit: secus autem iudicabitur si tempore sanæ mentis commissum fuisse concludatur.

In hoc ergo dubio sit hæc prima conclusio: Si illi qui ad excusandum huiusmodi defunctum, qui præsumitur hereticum fuisse, probent ipsum aliquando fuisse furiosum, in furore præsumitur durare, & tempore furoris commisisse delictum, & accusator siue Fiscalis, vel iudex si procedit ex officio, debet probare delictum esse factum tempore sanæ mentis. ita probat textus singularis in cap. indicas. 3. questio. 9. & ibi glossa communiter recepta in verbo, ostenderis. & glossa in cap. vlt. de successione ab intest. in verbo, competentem. vbi etiam per Doctores. nec deest ratio ad eandem conclusionem probandam, quoniam furor est qualitas & morbus, qui postquam est radicatus præsumitur durabilis, vt periti medici fatentur, & probat textus in l. humanitatis. C. de impuber. & alijs substit. & in l. 1. ff. de curatore furio. & docet nominatim Zabarella in cap. cum inter canonicas. de electio. in 5. opposicione. & confirmatur ex communi & recepta doctrina Bartoli in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de operis noui nunt. diceatis quod quando actus, vel delictum potest fieri tempore licito & illicito, ille qui agit vel accusat tenetur probare esse factum tempore illicito, & punibili.



Sit secunda conclusio: Si hic defunctus, qui dicitur tempore mortis deliquisse hæreticando, ante delictum non fuit furiosus, nec illi qui admittuntur ad eum defendendum & excusandum id probant; sed tantum dicunt & proponunt tempore delicti commissi fuisse furiosum, reuera huiusmodi defensores id probare debent, aliàs autem delictum censebitur commissum tempore sana mentis; quia semper quis præsumitur esse talis, qualis naturaliter esse debet. argumen. textus in l. nec codicillos. C. de codicillis, ubi id notat Baldus, Paulus de Castro & alij, & nominatim proficitur Angelus tract. de maleficijs, in verbo, scienter & dolose. vers. quid in furioso. Imola & Ancharanus in Clemen. 1. de homicid. Salycetus in l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt, num. 2. & alij plerique quos gratia breuitatis omitto.

Hac qua diximus de excusando per alios uel nõ excusando defuncto, qui dicitur tempore mortis hæreticari, intelligenda quoque censemus cum is non moritur, sed conualefcit & uiuit: nam si aliquando fuit furiosus in furore præsumetur deliquisse, & non punitur: si uero non fuit furiosus, nisi probauerit se fuisse mente alienatum cum illa hæreticalia dixit, uel fieri petiuit, legitime punitur.

Admonebo tamen grauissimas quasdam esse aegritudines & morbos, quibus facile solent homines mente amoueri, & iudicio priuari, quamuis antea sapientes fuerint, quod in hac causa diligenter est considerandum, & si opus fuerit iudicium medicorum peritorum adhibendum, cum agatur de maximo præiudicio.

Aetas etiam consideranda est, ob quam ingravescentem sepe absque morbo delirare solent homines, & aliena loqui, item spectanda sunt multa aliæ circumstantiæ, ex quibus intelligatur, an hæreticalia dicantur, uel fiant, aut dici & fieri præsumantur potius vi morbi, aut alterius affectionis, quam mentis, siue intellectus errore.

Sed dubium est, an credatur notario in testamento attestanti testatorem fuisse sana mentis, & uera sententia & communis est, non credi. Alexander consil. 141. incipien. Ponderatis, matureque perspectis. lib. 1. late Iason in l. Senium. C. qui testamen. facere pos. Baldus, Angelus, et Cummanus, in l. 2. ff. de testamen. & alij, quos prudens omitto.

Illud etiam in hac disputatione docendum erat, quod merito prima nostra conclusio uidetur postulare, ex quibus scilicet actibus possit furor probari, ut tandem deducatur eum qui accusatur, furoris tempore deliquisse, ne punitur; sed cum breuiter expediri res longa non possit, lectorem remittemus potissimum ad Franciscum Herculanum, qui in tract. de probanda negatiua, hæc demonstrat. nu. 157. vers. Secundus modus est. Circa secundam uero EymERICI conclusionem nulla occurrit difficultas: quæ non sit plene à nobis declarata supra in hac 3. parte

super questione 70. cetera dicta sunt super quæst. 43.

ADE EXCOMMUNICATIIS IN CAUSA FIDEI, & ABSOLUTIONE EORUM.

QUESTIO CXXII.

An hæretici, & eorum fautores sint excommunicati, & ab Inquisitoribus possint absolui.

S Y M M A R I V M.

- 1 Hæretici sunt ipso iure excommunicati.
- 2 Credentes quoque receptatores & fautores eorum.
- 3 Absolui autem ab Inquisitore possunt ab excommunicatione.



Entesima uicesima secunda questio est: Vtrum hæretici credentes, receptatores, defensores, & fautores eorū, ipso iure sint excommunicati; & si respiciat, possint absolui per Inquisitores?

1 Respondemus ad utrumque quoddam sic. De hæreticis patet quoddam sic, in c. Sicut ait. & in c. Ad abolendam. in princip. & in c. Excommunicamus. in princip. & præsertim, & breuius in c. Excommunicamus, 2. de hæret. ubi dicit sic: Excommunicamus & anathematizamus uniuersos hæreticos, Catharos, Patharenos, & infra; & alios, quibuscumque nominibus censeantur, & cetera.

2 De credentibus autem & ceteris supra dictis, habetur in c. Excommunicamus, 1. §. credentes. ubi dicitur: Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subiacere, & cetera.

3 Quod autem possint absolui per Inquisitorem, si respiciant, habetur in c. Ut officium. in princip. de hæret. lib. 6. ubi dicitur sic: Ut officium, & infra: Contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum;

nec non contra infamatos de hæresi, uel suspectos iuxta sanctiones canonicas (hominum metu diuino timori postposito) procedatis; Si uero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire uoluerit ad Ecclesiæ unitatem; ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis.

COMMENT. CLXX.

Dvæ sunt assertiones, Prima est. Hæretici, fautores & similes excommunicati sunt. Altera est: Eos esse per Inquisitores absolui utraque facilis est, & aperta.

Ac quantum ad primam spectat, non est putandum ab his primum Pontificibus, quorum sunt hæc res scripta,



scripta, quibus utitur hic Emericus, hæreticos, & eorum fautores anathemate percussos; nam inter penas hæreticorum, excommunicatio omnium est antiquissima, vel a Christo iam instituta Matth. c. 18. ibi: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.

Et B. Paulus ter legitur excommunicasse, ut patet ex sacris eius epistolis. 1. ad Corin. c. 5. & 1. ad Timoth. cap. 1. & ad Titum c. 3.

Adde Martinum Perez ab Ayala Archiepiscopo quondam Valentini lib. 1. de ecclesiasticis traditionibus par. 3. art. 6.

Secunda conclusio prærogativam præstat Inquisitoribus, de qua diximus supra in hac 3. par. super q. 92. adde Repertorium Inquisitorum & Locatum in opere iudicali verbo, excommunicatio Sylvestrum in summa, verbo hæresis, l. q. 8. & Simancam de catho. institutio. tit. 23.

Q V A E S T I O C X X I I I.

Quam penam incurrant fautores hæreticorum, si animo pertinaci perstiterint in excommunicatione per annum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Impedientes officium sanctæ Inquisitionis, si stent per annum in excommunicatione, quam propter hoc incurrerunt, condemnandi sunt ut hæretici.
- 2 Fautores meri, si non publicentur excommunicati, non incurrunt alias penas.
- 2 Si vero publicati fuerint, nec intra annum satis fecerint, multis penis sunt obnoxii.
- 4 Quas penas incurrant etiam si non durent in excommunicatione per annum.



Entesima vicesima tertia quaestio est: Quam penam incurrunt receptatores, defensores, ac fautores hæreticorum, qui sunt excommunicati ipso iure, si stant in excommunicatione per annum animo pertinaci?

1 Respondemus, quod si prædicti ex eorum receptatione, defensione, & fautoria impediunt fidei processum, iudicium, aut sententiam Episcopi, seu Inquisitoris directe vel indirecte, vel ad hoc præstiterint auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis vinculo sunt percussi: quod si in ea steterint per annum animo pertinaci, extunc sunt ut hæretici condemnandi, ut patet in c. Vt inquisitionis. §. prohibemus. vbi dicitur sic:

Prohibemus quoque districtius Potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus eorundemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine, absque dictorum Episcoporum, siue In-

A quisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato a carcere liberent: aut executionem sibi pro huiusmodi crimine a diocesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore, iniunctam, prompte (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent: vel aliàs diocesanos aut Inquisitorum iudicium, sententiam, seu processum, directe vel indirecte impedire præsumant. Si quis vero de prædictis Potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, seu Balliis, contra prædicta fecerit, aut præfatio fidei negotio sepefatis diocesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumperit, vel ipsum aliquatenus impedire: necnon, & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se noverit mucrone percussum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condemnatur.

2 Si autem prædicti ex eorum receptatione, defensione, & fautoria, aliàs nõ impediuerint Episcopi vel Inquisitoris iudicium, sententiam, vel processum; licet ipso iure sint excommunicati, nisi tamen excommunicati notentur & publicentur, non videntur alias penas incurrere, ex eo quod stant in excommunicatione per annum: Sed si publicantur excommunicati, & stent per annum, incurrunt penas multas, de quibus habetur in c. Excommunicamus. §. credentes. de hæret. vbi dicitur sic:

3 Receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiaccere: firmiter statuentes, ut postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si latifacere contempserit, intra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: Sit etiam instabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem; nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si vero aduocatus fuerit, eius patrocinium nullatenus admittatur: si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur, & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: ut in quo maior est culpa, grauior exerceatur uindicta. Si

E qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint; excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec eleemosynas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ specialis.

Supra pag. 102.

Infamiam, & alias penas tales incurrunt.

Quæ



4 Quæ autem sunt pœnæ prædictorum, etiam si non persistant in excommunicatione per annum animo pertinaci, dictum est supra hac par. 3. q. 113. 114. 115. 116. 117. & 118.

## COMMENT. CLXXII.

**D**E matèria huius questionis egit plene idem Eymericus supra par. 2. q. 47. vbi dixi. nec propterea sunt aliqua inutiliter repetenda.

Qui non im-  
pediunt sacri  
officiu, qua-  
uis sint tauro-  
res, an elap-  
so anno a-  
lias pœnas  
præter exco-  
municatio-  
nem incur-  
rant.

In hac questione illa solum occurrit difficultas, quæ oritur ex verbis EymERICI hic nu. 2. dum sentit, fautores & ceteros huiusmodi, si non impediunt officium Inquisitionis, etiam elapso anno non incurere alias pœnas præter excommunicationem, nisi excommunicati publicentur: nam contrarium videtur dicere auctor apertissime p. 2. q. 47. n. 3. dum ait; Omnes isti excommunicati in causa fidei, si per annum steterint in illa excommunicatione, non ut suspecti de hæresi tantum, sed ut hæretici sunt condemnandi. hæc ille.

Hæc cum intuerer paulo diligentius, animadverti non carere probabilitate EymERICI sententiam hoc loco. idem sentire videtur Repertorium Inquisitorum verbo, excommunicare. §. item fautores. & ratio esse potest; nam primi qui non modo fauent hæreticis, sed etiam officium impediunt, gravem contrahunt hæresis suspicionem, quæ elapso anno transit in violentam & iure probatam, ex qua possunt ut hæretici condemnari. Qui vero eisdem hæreticis fauent, non tamen impediunt Inquisitorum officium, non ita graviter peccant, ideoque nisi nominatim publicentur excommunicati, elapso anno non videntur ut hæretici condemnandi; hæc sententia benigna est, de qua quid sentiam in tanta breuitate non possum facile dicere, dicam alias cætera hic spectantia tradita sunt supra in 2. par. super ultimis questionibus.

## QVAESTIO CXXIII.

Quam pœnam incurrant excommunicati in causa fidei sic durantes per annum.

## SUMMARIUM.

- 1 Excommunicati propter contumaciam in causa fidei, &c. post annum ut hæretici condemnantur.
- 2 Id ipsum faciendum est de excommunicatis causa impedimenti dati sacro officio.
- 3 Et de excommunicatis ob omissam purgationem, &c.
- 4 Fautores autem hæreticorum alias pœnas incurrunt.

**Q**uestima vicesima quarta quæstio est: Quam pœnam incurrunt excommunicati in causa fidei, si steterint in excommunicatione animo pertinaci?

1 Respondemus, quod tales excommunicati,

sunt in multiplici genere: Nam quidam sunt excommunicati in causa fidei propter contumaciam, quia citati de fide responsuri reuolunt contumaciter comparere, & tanquam contumaces excommunicantur: Isti si stant in excommunicatione per annum animo pertinaci, extunc sunt ut hæretici condemnandi: ut patet cap. Cum contumacia, de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Cum contumacia (in causa prælerim fidei) suspicioni præsumptionem adiciat uehementem, si suspectus de hæresi uocatus a uobis, ut de fide respondeat, excommunicationis uinculo (pro eo, quod parere subterfugit, aut contumaciter se ablentat) per uos fuerit innodatus, quam si per annum animo sustineat pertinaci, extunc uelut hæreticus condemnatur.

2 Quidam sunt taliter excommunicati, quod iudicium, sententiam, seu processum Episcopi, uel Inquisitoris impediunt; uel ad hoc faciendū consilium, auxilium, uel fauorem dederunt. Isti si stent in excommunicatione per annum animo pertinaci, sunt uel hæretici condemnandi, ut patet in cap. Ut Inquisitionis. §. prohibemus, de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic.

Prohibemus quoque districtius Potestatibus dominis temporalibus, & rectoribus eorundemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, uel iudicent, siue captos pro eodem crimine, absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia uel mandato a carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine a diœcesano uel Inquisitoribus, seu Inquisitore, iniunctam, promp- te (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent, uel aliàs diœcesanorum aut Inquisitorum iudicium, sententiam seu processum directe, uel indirecte impedire præsumant. Si quis uero de prædictis Potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, uel eorum officialibus, seu Balliuis, contra prædicta fecerit, aut præfatis fidei negotio sapefatis diœcesano Episcopo, uel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte presumpserit, uel ipsum aliquatenus impedire: necnon & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, uel fauorem excommunicationis se noverit mucrone percussus; quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc uelut hæreticus condemnatur.

3 Quidam autem sunt taliter excommunicati, quia suspecti de hæresi habiti noluerunt se purgare. Isti si stent in excommunicatione per annum, sunt ut hæretici condemnandi, ut habetur in cap. excommunicamus 1. §. qui autem, extra de hæretic. vbi dicitur sic: Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles; nisi iuxta considerationem suspitionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriuntur, & usque ad satisfactionem condignam, ab omnibus euentur: ita quod si per annum in excommunicatione



inocatione persistit, extunc velut heretici con-  
demnentur.

4 Quidam sunt taliter excommunicati, quia sunt  
receptatores, defensores, & fautores hereticorum,  
& publicantur excommunicati. Isti si stant per  
annum, poenis plurimis feriuntur, ut patet in cap.  
Excommunicamus. s. credentes. de heret. de his  
dictum est supra quaestione proxima.

COMMENT. CLXXIII.

Res potissimum conclusiones ponit de excom-  
municatis persistentibus in excommunicatio-  
ne, ut patet in sumario quaestionis, circa quas ni-  
hil notatu dignum occurrit, quod non fuerit expli-  
catum supra parte 2. super quaestio. 47. vide prae-  
terea de hac materia illos, quos citauimus paulo an-  
tea super quaestione 122.

QVAESTIO CXXXV.

An tales excommunicati ex causa fi-  
dei absolui possint ab In-  
quisitore.

Entesima vicesima quinta quaestio est: Vtrum Inquisitor possit  
absoluere eos, qui steterunt per  
annum in excommunicatione  
animo pertinaci, uel alias pro  
causa fidei sunt excommunica-  
ti, si ad gremium Ecclesiae reuertantur?

Respondemus quod sic: quia tales (ut dictum  
est supra quaestione proxima) ut heretici sunt ha-  
bendi. Heretici autem, credentes, receptatores,  
defensores, & fautores eorum, ab excommunica-  
tione, quam incurrerunt, per Inquisitorem, si po-  
niteant, possunt absolui: ut habetur in c. Ut officium.  
in prin. de heret. lib. 6. ubi praemisso de om-  
nibus supradictis dicitur sic: Ut officium & infra  
Si uero aliquis ex praedictis haeretica labe primi-  
us abiurata, redire ueluerit ad Ecclesiae unita-  
tem, iuxta formam Ecclesiae absolutionis bene-  
ficio impendatis.

COMMENT. CLXXIII.

Super hac quaestione nulla occurrit obscuritas  
grauis, quae longa narratione egeat.

Primum, hac quaestio differt a superiori 122. in  
qua uideatur auctor tractare idem privilegium;  
nam ibi docuit quod Inquisitores possunt absolue-  
re redeuntes ab haeresi, uel haeresis suspicionem, qui  
propterea fuerunt ipso iure excommunicati: hic  
uero docet etiam posse absolue eos qui in excom-  
municatione durarunt per annum animo pertinaci.

Sed dubitari poterat, quomodo possit Inquisitor  
absoluere eos, qui per annum perdurant in excom-  
municatione, cum anno elapso ut heretici sint con-  
demnandi. c. cum contumacia. de heret. lib. 6.

Et breuiter respondeo, quod qui post annum re-

uertuntur, quamuis non audiantur quoad bona re-  
cuperanda; audiuntur tamen quoad excusandum  
crimen: & si misericordiam implorent, recipiuntur,  
ut plene dixi supra in 3. parte super 13. modo  
processum fidei terminandi.

QVAESTIO CXXXVI.

An Inquisitor dispensare possit ab ir-  
regularitate cum praefatis ex-  
communicatis.

Entesima vicesima sexta quaestio est:  
Vtrum Inquisitor possit cum praedi-  
ctis excommunicatis, si forsan irre-  
gularitatem incurrerint, ubi respi-  
ciant super irregularitate dispensare?

Respondemus, quod non inuenitur, quod hoc  
possit Inquisitor in iure cautum, nec in quibus-  
cunque privilegijs sibi concessum; quare non po-  
test cum talibus dispensare.

COMMENT. CLXXXV.

Na est conclusio: Cum redeuntibus, si forte  
aliquam incurrerint irregularitatem, Inqui-  
sitor non potest dispensare, quia non inuenitur sibi  
concessum.

Inquisitores secum mutuo dispensare posse su-  
per irregularitate, si quis eorum fortassis quando-  
que eam contraxerit, docuit Eymericus 3. par. q.  
27. & dixi supra in hac 3. parte super q. 23. Rur-  
sus, eos posse absolue redeuntes ab excommuni-  
catione, paulo antea demonstrauit.

An autem non modo a censura excommunica-  
tionis, sed etiam ab irregularitate, quam contingit  
contrahere ob haeresim, uel apostasiam, cum re-  
deuntibus possint dispensare, nunc ostendit, & con-  
cludit id non licere Inquisitoribus, quia nullo iure  
concessum id eis reperitur: uidem tradit reperto-  
rium Inquisitorum uerbo, irregularitas. & alij  
ueteriores.

Hodie hac lis sublata uidetur per rescriptum  
Clementis VII. Pont. Max. quod incipit. Cum si-  
cut. s. uobis etiam. quo conceditur facultas In-  
quisitoribus, & eorum Commissarijs dispensandi  
com clericis secularibus ac personis religiosis cu-  
in suis ordinis super quauis irregularitate contra-  
cta ob haeresim uel Apostasiam; quod etiam agno-  
uerunt Locatus, in opere iudiciali uerbo, irregula-  
ritas, num. 2. & Campegius apud Zanchinum tract.  
de heret. cap. 27. uersic. Adde ulterius, id Clemen-  
tis rescriptum refertur in fine huius operis inter  
litteras Apostolicas pro officio sanctae Inquisi-  
tionis.

Ceterum quid nobis de hoc articulo sentiendum  
uideretur, supra in hac 3. parte super q. 113. ex-  
plicauimus; ubi & irregularitatem contrahi pro-  
pter haeresim, & super ea solum Romanum Pontifi-  
cem dispensare diximus.

Rescriptum uero Clementis VII. circa hoc per po-  
steriores

An Inquisi-  
tores super irre-  
gularitate di-  
spensare pos-  
sint.



Posteriores Pontificum extraneantes reuocatum esse videtur: adeo quidem vt Pius Papa Quintus anno M. D. LXXI. die sexta mensis Septembris Pontificatus sui anno secundo, Didaco de Spinosa generali Hispania Inquisitori inhiuerit, ne posset huiusmodi homines ad aliqua beneficia, aut si clerici forent, vt ad superiores ordines ascenderent, habilitare, aut cum presbyteris dispensare, vt in altaris ministerio deseruirent. Sed vide Maiolum libro 5. de irregularitate cap. 46. & Nauarum in Manuali confessorum cap. 27. titu. de tertia specie irregularitatis nu. 205. ex quo intelliges solum Papam dispensare in irregularitatibus prouenientibus, ex defectu anime.

**DE INDULGENTIIS**  
pro fide laborantibus consequendis.

**QVAESTIO CXXVII.**

An Inquisitor conferre possit indulgentias accedentibus ad eius concionem pro fide factam.

**Q**uestio vicesima septima quaestio est: Vtrum Inquisitor clerico, vel populo, quem conuocat ad sermone[m] pro fide, quem interdum facit, vel alias habeat potestatem indulgentias conferendi?

Respondemus quod sic? viginti, vel quadraginta dierum, vt patet in litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Prae cunctis. §. priuandi praetera, uersic. necnon ubi dicitur sic: Necnon & largiendi viginti, uel quadraginta dierum indulgentiam, quoties opportunum uideritis, omnibus uel poenitentibus & confessis, qui ad uestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit nobis, & singulis uestrum praesentium tenore facultas.

**COMMENT. CLXXVI.**

**H**oc priuilegium concedendarum indulgentiarum, ac distribuendorum Ecclesia thesaurorum, licet Pontificum proprium sit, ut docet Sotus lib. 4. sent. dist. 21. q. 1. art. 4. fauore fidei Inquisitoribus est tributum per Romanum Pontificem, vt quoties alio aliqua in fauorem fidei celebratur, possit Inquisitor concedere viginti uel quadraginta dierum indulgentiam.

Hoc priuilegium multi Pontifices concesserunt: nullus autem reuocauit. concessit Innocentius III. referri pro incipiente: Mahina eius temporis. item alio incipiente: Tunc potissime. & ante Innocentium III. concessit etiam Gregorius nonus referri pro incipiente: Ille humani generis. haec sunt impressa in Bullario litterarum Apostolicarum, in fine huius operis.

Relat. supra pag. 119.

Priuilegium concedendi indulgentias qui concesserunt Inquisitoribus.

Meminerunt huius priuilegij Reperitorium Inquisito. verbo, indulgentia. §. nunc uidentum summa Armilla verbo, Inquisitor nu. 20. Ioannes Rojas tract. de haeret. par. 2. num. 415.

Num autem posteriores Pontifices Romani in his rescriptis easdem indulgentias concedentes modo censeantur priores confirmare; uerum etiam de nouo illas concedere, ita quod prioribus accumulenter, ut singuli viginti uel quadraginta dierum aut trium annorum per se concessisse uideantur. ita quod Inquisitores octuaginta dierum, aut centum sexaginta, & amplius concedere possint: item quod Pontifices non modo trium annorum,

sed sex uel nouem, uel quindecim indulgentiarum tribuisse uideantur, dubium esse posset. Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitorum accumulati uideatur sentit e verbo, indulgentia eorum §. 5. sed uerius est, posteriores Pontifices easdem priores indulgentias confirmare, nec diuersas concedere: quod series rescriptorum indicat, & huius sententia uideatur esse auctor non obscure supra in hac 3. parte, in principio numero 55. & in omnibus se re modis terminandi processum fidei ubi nusquam apparet eum significare, vt huiusmodi indulgentia cumulatiue concedantur.

Benignius tamen esset, si sua Sanctitas fauore dei eas cumulari, vt homines ad fauendum Inquisitoribus hoc spiritali & maximo premio iuuari facilius excitarerentur.

**QVAESTIO CXXVIII.**

An Inquisitor conferre possit indulgentias socijs ac notarijs suis.



uestio uicesima octaua quaestio est: Vtrum Inquisitor socijs uel notarijs, & notarijs habeat potestatem indulgentias conferendi?

Respondemus quod ipse non, sed dominus noster Papa conferet eis tres annos quando labora uerit. Et si in prosecutione moriantur, plenam confert remissionem peccatorum, vt patet in litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Prae cunctis. In quibus post praedicta uerba posita supra quaest. proxima dicitur sic: Socijs uel Fratribus uestri ordinis, & notarijs uestris, qui una uobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborauerint, & omnibus qui uobis personiter assisterint in eodem negotio, & qui ad impugnandos haereticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, ex animo uobis praestiterint auxilium, consilium, aut fauorem: de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de inuenitis sibi poenitentijs relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam ueniam indulgemus.

Relat. supra pag. 120.



COMMENT. CLXXVII.

**D**va sunt assertiones: Prima est: Socijs & notarijs Inquisitorum laborantibus in sacro officio ad hæreticos extirpandos Papa confert indulgentiam trium annorum.

Altera est, quod si in prosecutione hæreticorum, & in executione officij sacri, seu in eius ministerio moriantur, plenam indulgentiam consequuntur.

Utramque assertionem probat rescriptum Urbani iij. hic ab Eymérico allatum, & rescriptum Gregorij noni, quod incipit. Ille humani generis idem concessit Clemens iij. & Urbanus iij. rescripto alio incipiente: Licet ex omnibus, que vidimus autentica in archiuo Bonon. inquisitionis.

Meminit etiam huius privilegij Bernardus Comensis in Lucerna, verbo, indulgentia eorum. §. i. & Repertorium Inquisitorum verbo, indulgentia. §. nota quod Fratres.

Num autem hæc trium annorum indulgentiam consequantur non solum socij Inquisitorum & notarij, verum etiam alij sancti officij ministri, veluti consultores, Fiscalis, & similes, quæri potest, & hi etiam hanc indulgentiam habent, vt constat ex quæstione sequenti, cum in hoc negotio non mediocriter laborent.

Idem fortassis esset dicendum de illis, qui scribunt contra hæreticos, instrumentes Inquisitores hæreticæ prauitatis, qualiter sese in suo officio gerere debeant contra fidei hostes: hi enim quamuis in rescripto & verbis privilegij nominatim non continentur ob eandem tamen rationem equum videtur, vt rescripti privilegio vtantur.

Hoc sane iustissimum videtur, vt Sæcetas sua ad hos quoque dignaretur hoc privilegium extendere, quando vero hanc indulgentiam consequantur, sequentia demonstrabunt.

Q V A E S T I O C X X I X .

An Inquisitor largiri possit indulgentias alijs sibi in officio assistentibus, & auxiliantibus.

**E**ntesima vicesimanona quæstio est: Vtrum Inquisitor consiliarijs & omnibus alijs, qui sibi personaliter assistunt, & existunt in executione sui officij, vel alijs præstant sibi ex animo auxilium, consilium, uel fauorem, habeat potestatem indulgentias largiendi?

Respondemus, quod ipse Inquisitor non, sed dominus noster Papa confert eis tres annos de indulgentia: & si in prosecutione officij moriantur, remissionem plenam omnium peccatorum, ut patet in prædictis litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. vt tactum est statim supra quæst. prox. in quibus dicitur sic; Necnon & largiendi: & infra: Et omnibus

**A** qui uobis personaliter astiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, ex animo uobis præstiterint auxilium, consilium, aut fauorem: de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi peccatis relaxamus: & si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, plenam ueniam indulgemus.

**B** Et in c. Excommunicamus itaque. §. Catholici, extra de hæretic. dicitur sic: Catholici uero qui crucis assumpto characteræ ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto privilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceduntur.

Quæ autem sunt illa, dicitur quæst. prox.

Quamplura alia privilegia conceduntur cruce signatis prædictis pro extirpanda hæretica prauitate, per Inquisitores eis conferenda, vt patet in litteris Apostolicis positis supra parte 2. Innocentij, ut nihil uobis desit.

Relat. supra pag. 101.

COMMENT. CLXXVIII.

**N**on modo qui assidue & continuo Inquisitoribus assistunt, vt sunt necessarij ministri, de quibus hæcenus dictum est, trium annorum indulgentiam consequuntur, & plenariam cum in prosecutione negotij moriuntur; verum etiam quicumque alij, qui ubi oportuerit Inquisitoribus adstant, eodem indulgentiarum privilegio fruuntur. id probat apertissime rescriptum Urbani III. quo vtitur hic Eymericus, sed apertius idem tradit Gregorius nonus rescripto incipiente: Ille humani generis, in hæc verba: Ad hæc, ut super præmissis omnibus officium sibi commissum liberius possint & efficacius exercere, omnibus qui ad prædicationem eorum (scilicet Inquisitorum) accesserint, in singulis stationibus viginti dies; illis uero qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, in munitionibus, uel castellis, uel alijs contra Ecclesiam rebellantes, ipsis ex animo auxilium, consilium præstiterint, uel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniuncta sibi peccata relaxamus: & si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti & ore confessi sunt, plenam ueniam indulgemus. hæc ibi.

**H**oc privilegio hodie in primis gaudent cruce signati, quibus in Hispania similes sunt illi, quos dicimus familiares, qui nutibus inquisitorum obediunt, ea exequuntur, quæ ad promotionem huius sacri officij, & ad fidei propagationem, & ad hæreticæ prauitatis extirpationem spectant.

Eandem etiam indulgentiam consequentur qui eoque zelo fidei cum opus esset, inquisitoribus auxiliantur:

Quicumque Inquisitoribus auxiliatur, trijs ann. indulgentiam consequuntur.

Cruce signati gaudent hoc privilegio.



rentur: vt vel hinc catholici magnopere excitari de-  
beant ad fauendum, & auxiliandum Inquisitorib.

## Q V A E S T I O C X X X.

An Inquisitor plenariam indulgentiam consequatur in vita,  
& in morte.



Entesima tricesima & ultima quaestio est: Vtrum Inquisitor plenariam indulgentiam habeat in vita pariter & in morte?

Respondemus quod sic; In vita quidem quodcumque pro exequendo officio laborat: in morte autem si in prosecutione officij diem claudit extremum.

Relat. supra  
pag. 129.

Quod autem habeat in vita pro officio laborando, patet in praefatis litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Prae cunctis. §. vobis autem, dicitur sic:

Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quae succurrentibus terrae sanctae in generali concilio est concessa.

Quae autem in dicto concilio succurrentibus terrae sanctae est concessa, patet in c. Ad liberandam. extra de iud. & Sarra. in parte decisa. notat Hostien. in lectura: in qua de succurrentibus terrae sanctae infra habetur ita: Nos autem de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confisi, & ex illa, quam nobis, licet indignis, contulit Deus ligandi atq; soluendi potestate, omnibus, qui laborem istum in proprijs personis subierint & expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus fuerint veraciter corde contriti, & ore confessi, veniam indulgemus, & in retributionem iustorum salutis aeternae pollicemur augmentum: Eis vero qui non in personis proprijs illuc acceperint, sed in suis dumtaxat expensis, iuxta facultatem, & qualitatem suam viros idoneos destinauerint: Et illis similiter, qui licet in alienis expensis, in proprijs tamen personis acceperint; plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis uolumus & concedimus esse participes, iuxta qualitatem subsidij & deuotionis affectum, omnes, qui ad subuentionem ipsius terrae sanctae de bonis suis congrue ministrabunt, aut circa praedicta consilium, & auxilium impenderint opportunum: omnibus etiam pie proficientibus in hoc opere communi, sancta & vniuersalis Synodus orationum, & beneficiorum suorum suffragium impertitur, ut eis digne proficiat ad salutem.

Datum Later. xix. Kalendis Ianuarij Pontific. nostri anno octauo.

Quod autem Inquisitor habeat & in morte, patet in litteris Apostolicis antedictis, vbi praemisso de indulgentia, quae confertur Inquisitori praedicta; & quae locijs & fratribus sui ordinis &

notarijs: & quae omnibus, qui personaliter astiterint in fidei negotio Inquisitori, & praestiterint ex animo auxilium, consilium & fauorem: de omnibus generaliter sequitur sic: Et si qui ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam ueniam indulgemus.

## C O M M E N T. CLXXIX.

Haec postrema est in vulgatis codicibus huius operis quaestio, in qua de insigni Inquisitorum priuilegio disseritur; nam & in vita, & in morte omnium peccatorum indulgentiam consequuntur: vtramque partem probat Eymericus apertis Pontificum rescriptis.

Tradunt idem hoc priuilegium Repertorium Inquisiti. verbo, indulgentia. §. item Inquisitores. Tabien. in summa verbo, Inquisitor. §. 39. in fi. lo. Ro- yas tract. de haeret. par. 2. nu. 412. & alij.

Quantum uero attinet ad primam partem, quod uidelicet, Inquisitores consequantur in vita plenam indulgentiam suorum peccatorum, dubium est, at intelligitur semel tantum in tota vita, an vero in singulis actibus perfectis, qui contra haereticos in fauorem & laudem fidei celebrantur, & Repertorium Inquisiti. verbo, indulgentia. §. item Inquisitores. in quolibet actu, hac frui indulgentia testatur his verbis: Item Inquisitores exercendo officium, gaudent in quolibet actu Inquisitionis, quando fit aliquis actus reconciliationis per eos, vel aliqua executio durante tempore officij, in quolibet actu indulgentia plenaria omnium peccatorum suorum hac ibi. cui sententiae libentissime accedo.

Idem sentiendum puto de indulgentia trium annorum, quae conceditur auxiliantibus officio sanctissime Inquisitionis, et inquisitoribus haereticis praetatis in fauorem fidei: illi enim non tantum semel in tota vita, sed in quolibet actu perfecto, & ab alio diuerso, quo Inquisitoribus praestant huiusmodi auxilium, trium annorum indulgentiam consequuntur.

Quae his locis de indulgentijs tradit copiose Eymericus, continentur apertissime in rescripto quodam Alexandri Quarti incip. Firmissime teneat, quod vidimus authenticum in bibliotheca Illustrissimi Cardinalis Felicis Peretti de Montalto, allatum ex Assisio ex archiuo conuentus Fratrum ordinis Minorum.

## Q V A E S T I O C X X X I.

An Extrauagantes in fauorem fidei  
& sancti officij editae sint  
seruandae.



Entesima tricesima prima quaestio est: Extrauagantes quae concessae fuerunt per summos Pontifices in fauorem fidei & officij Inquisitionis, an teneant in robore suo?

Dice n-



Dicendum est quod sic; dummodo non contrarietur his, quae sunt inserta in Sexto, tit. de haeret. & constitutionibus Clementis eod. tit. Patet lib. 6. c. Statuta. §. ult. & confirmatur per proœmiũ Sexu, adiuncta glossa super uerbo, referuatur. ubi Ioannes And. dicit; referuantur cõstitutiones omnes, quae editae sunt super negotio haereticae prauitatis, non contrariae constitutionibus huius libri, ut infra de haeret. cap. ult. in fine. Et lib. eod. super cap. Contra Christianos. & tit. de haeret. in Nouel. enumerando gloss. in prima glossa dicit idem. Constat autem quod decretalis ultima in eod. 6. lib. in fine, referuat mandata praedecessorum istis constitutionibus non obstantib. Item idem in glossa super cap. Per hoc, in verbo, ordinationes, dicit: Ordinationes. etiam in hoc uolumine non insertas, dummodo non his constitutionibus contrarias, infra eo. cap. ult. in fine: sunt enim ibi referuatae, & de his loquitur proœmium huius libri, in fine.

A *exemplaribus supra q. 84. Et plane codex Bononiensis omnibus est vetustior, descriptus nempe tẽpore Pij II. Pontifi. Max. post 130. q. antiquorum more ita habet: Deo gratias. unde facile colligas Emericũ ibi absoluisse opus: quod etiam videntur nõ obscure indicare illa verba quaestionis 130. Centesima tricesima & ultima quaestio, &c.*

B *Ceterum quia codex Bononiensis multã habet auctoritatem ex veritate, & sinceritate, ac veritate (est enim in multis ceteris emendatior) ideo hanc quaestionem hic adiacere placuit, quae est veluti commentarius q. 84. Et mihi valeet sit verisimile haec scripsisse auctorem, qui in praefata q. 84. ad probandum extrauag. in causa haeretica prauitatis non esse reuocatas. sola rescriptorum Pontificiorum auctoritate utitur: hic vero more suo auctoritate interpretũ idem confirmat. ex docendi enim ordine & stylo conijcio, haec postea addidisse auctorem.*

*Posset nõ incõmode ex duabus quaestionibus una fieri: verum non est uisum ab antiquitate recedere.*

*Est autem impressa (paucis emendatis) iuxta exemplar codicis Bononiensis; nõ in codice Card. de Garbara nonnulla adduntur, quae aperte indicant nõ esse Emerici, cum testimonium Ioannis Imolensis citetur, qui multis post Emericum annis floruit.*

C *Atque in his ad laudẽ omnipotentis vnus & trinus Dei (in cuius sanctissima Trinitatis festo hoc an. M. D. LXXXIIII. die 27. Maij finita & absoluta fuit secundo huius operis praefectio & emendatio) sit tandem nostrorum Commentariorũ in Directoriũ inquisitorum finis constitutus, quos sacrosancta Romana & uniuersalis Ecclesia correctioni supponi in omnibus & per omnia volumus.*

COMMENT. CLXXX.

**I**n duobus codicibus Barcinonẽsi impresso, & Sabellano manuscripto enumerantur tantũ cẽtum triginta quaestiones, quo ordine haecenus sũt impressae: sed codices Bononiẽ. & Illustriss. Card. de Gãbara manuscripti, hanc quaestionem amplius habent in fine adiectam: De constitutionibus extrauagantibus editis contra haereticam prauitatem in fauorem fidei, earumque robore seu ualore, quae non multum discrepantibus uerbis habetur in omnibus

Franciscus Pegnã sacrae Theologiae & Iuris utriusque Doctor.

F I N I S.

3.  
at. 3.  
& seq.  
conuocari  
i continere  
§. 475 col. 1  
effugiat penas  
tempo-



